Palæographia Græca, sive de ortu et progressu literatum Græcarium. Et de variis omnium sæculorum scriptionis græcæ generibus: itemque de abbreviationibus & de notis variarum artium ac disciplinarum. Additis figuris & schematibus ad fidem manuscriptorum codicum / Opera & studio D. Bernardi de Montfaucon.

Contributors

Montfaucon, Bernard de, 1655-1741.
Komnenos, Joannes, 1657-1719.
Porphyrios, metropolitan of Nikaea.
Bouhier, Jean, 1673-1746.

Publication/Creation

Parisiis : Apud Ludovicum Guerin, widow of J. Boudot & C. Robustel, 1708.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/uzg8egwk

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



S. le Clere Inven.
P. F. Giffart Sculp.

PALÆOGRAPHIA GRÆCA,

SIVE

DE ORTU ET PROGRESSU LITERARUM GRÆCARUM,

ET

De variis omnium sæculorum Scriptionis Græcæ generibus : itemque de Abbreviationibus & de Notis variarum Artium ac Disciplinarum.

Additis Figuris & Schematibus ad fidem manuscriptorum Codicum.

Opera & studio D. BERNARDI DE MONTFAUCON, Sacerdotis & Monachi Benedictini è Congregatione Sancti Mauri.

PARISIIS,

Apud { LUDOVICUM GUERIN, sub signo S. Thomæ Aquinatis. / Viduam JOANNIS BOUDOT. sub signo Solis aurei. / Et CAROLUM ROBUSTEL, sub signo Arboris Palmæ. } Viâ Jacobæâ.

M. DCC. VIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



LUDOVICO

BURGUNDIÆ DUCI,

GALLIARUM DELPHINI

PRIMOGENITO.

QUANDO *quidem me hujus tibi nuncupandæ operæ cupidum, pro innata humanitate,* SERENISSIME PRINCEPS, *jubes pulso metu ac pudore ſecurum accedere, Palæographiam Græcam tibi offero, diu meditatum,*

assidua exercitatione concinnatum opus, cui a multis jam annis vigilias sudoresque meos consecravi. Rem tanto labore partam in tuto ut collocem, ad patrocinium me confero tuum; certus auspicio tali sinistrum nihil prodeunti in lucem operæ metuendum : sed plana omnia faustaque obventura, meque parem votis consiliisque meis exitum esse consecuturum.

Non una erat quæ mihi tam optabilem Patronum commendaret ratio; immo vero omnia in unum concurrere videbantur; Regii splendor generis, cui nullum par in orbe; Avi Patrisque virtutes, quas omnes in te uno ceu in speculo expressas conspicimus; præclara domi forisque gesta, quibus tibi viam, LUDOVICI MAGNI *vestigiis insistens, ad immortalem famam parasti. Te non ita pridem vidimus Batavorum fines ingressum, exterritos adventu tuo fœderatos ita præcipites in fugam conjecisse, ut sat tutum nusquam sibi præsidium relictum putarent. Hinc ad Rheni oram, Patris tui victoriis præclareque gestis nobilitatam con-*

verſus, novas ibi palmas adeptus, nova tropæa erexiſti. Obſtupuit Germania, ubi obſeſſum Briſacum urbem omnium ad limites ſuos poſitarum munitiſſimam, intra tredecim ab admotis operibus dies ad leges Victoris accedere conſpexit. Hoc Gallici nominis hoſtibus ſpecimen datum eſt, unde diſcant qualem in poſterum fortunam quoties adversùm ſigna moveris, qualem exitum belli ſint experturi. Mirum autem dum vi bellica tremendus, tantas hoſtibus clades inferres, qua rurſum humanitate, qua liberalitate, omnium tibi exercitus tui ordinum animos conciliares: Prætoribus, Tribunis, gregario militi perinde carus; tam felici præſtantis naturæ genio, ut nihil ex gravitate comitas, nihil facilitas ex imperii dignitate decerperet.

In otio autem, PRINCIPUM DECUS, *ſic tempora, ſic momenta omnia moderaris, nihil ut vacuum in vitæ decurſu maneat, ac, ut ait Tullius, ne ipſum quidem otium ſit otioſum: ſed illius olim ſapientiſſimi Regis*

consilio morem gerens, omnia suis spatiis & horis demetiris, ut opportune singula, non modo quæ prudentem ac generosum, sed etiam quæ Christianum Principem decent exsequare; ratus nihil esse has fluxas caducasque opes, fortunas, facultates, nisi ad perennem illam felicitatem dirigantur.

Stimulos mihi addebat, SERENISSIME PRINCEPS, *ille studiorum studiosorumque amor, quem ubique præfers; bonarum artium, quæ ad dignitatem Imperii mirum quantum valeant, illustrandarum tibi innata sollicitudo. His ego dotibus plane Regiis permotus, meam hanc, si non numeris omnibus absolutam, operosam certe lucubrationem, præsidio tuo libens commisi, ut rerum, quas tractat, delectu per se spectabilis, nominis tui decore ornata, spectabilior eluceat.*

Argumenti genus tibi, SERENISSIME PRINCEPS, *non displiciturum confidimus: agitur de veteri Græca scriptura, cujus ab ipsis, ut ita dicam incunabulis ad postrema*

uſque tempora formas, mutationes fortunaſque varias deſcribimus, & quantum fas eſt ob oculos ponimus : certi rem utilitate non minus, quam ipſa novitate jucunditateque acceptam fore. Et ſane mirum inſignem hanc literariæ hiſtoriæ partem, veteribus prorſus intactam, a recentioribus ita neglectam fuiſſe, ut qui vel ea, quæ jam publici juris facimus, edere conatus ſit, neminem uſpiam memoratum reperiamus : etſi, ne mihi ipſe gratulari videar, innumeri pene tum ſuperiori ætate, tum noſtra, exſtiterint viri Græce doctiſſimi, qui id potuerint & fidentius ſuſcipere, & cumulatius præſtare.

Movebat ipſa Græcæ linguæ dignitas, ut pro viribus ad eam illuſtrandam aliquid conferrem ; diſciplinarum nempe et artium matrem, qua ſtante ſteterunt omnia vitæ civilis ornamenta ; qua deficiente illa quoque dilapſa ſunt. Florente literis Græcia, pari gradu Statuaria, Architectonice, Pictura, Muſica cæteræque artes viguere. Hinc ad Romanos

orbis domitores tranſlatæ Græcæ literæ, inconditam prius gentem omnium μαθήσεων *præceptis excoluerunt. Sub hæc ſive incuria, ſive rerum humanarum viciſſitudine, prolapſis literis, cetera quoque literis conjuncta artium & diſciplinarum omnium ornamenta plus quam decem ſæculis jacuerunt. Dixiſſes,* SERENISSIME PRINCEPS, *illas olim politiſſimas nationes priſtina ſpoliatas dignitate fuiſſe; adeo ut mali diuturnitate, nec præſentis dedecoris ſenſum, nec præteriti ſplendoris memoriam ullam habere viderentur.*

Immortales vero iis gratias habemus, qui jamdiu proſtratas literas, maxime vero Græcas, paulatim immenſis laboribus e tenebris eduxerunt: quod Principum curis & ſumtibus in Italia primum præſtitere Franciſcus Philelphus, Laurentius Valla, Theodorus Gaza, Angelus Politianus & alii. Cœptum in Italia decimo-quinto ſæculo Græcæ linguæ ſtudium, in Gallia ſubinde vehementer promotum & auctum eſt. Quantum ea in palæſtra meruerit

magnus ille Gullielmus Budæus; quantum Stephani, Robertus & Henricus; quantum Turnebi, Casauboni & cæteri, omnium eruditorum ore narratur: adeo ut ignoretur utra utri plus debeat; an Gallia literaturæ Græcæ, cujus adminiculo bonis artibus & disciplinis imbuta sit & expolita; an Græca ipsa literatura Galliæ, cujus beneficio exculta magis ac magis in dies efflorverit.

Eminuit hoc restaurandæ in Gallia Græcæ linguæ studio Francisci primi Galliarum Regis liberalitas; Francisci, inquam, primi, cujus ea in re institutum, SERENISSIME PRINCEPS, *a cæteris principibus pro norma & exemplo haberi possit; cujus erga literas amor a plerisque illius & proximi ævi scriptoribus celebratur.* Ille, *inquit M. Antonius Muretus*, homines eruditos ad se ex omnibus orbis terrarum partibus, amplissima eorum industriæ præmia statuens, convocabat. Ad regalem illius mensam non ullum acroama aut libentius aut sæpius,

quam vox alicujus eruditi hominis audiebatur : Qua re ad cæteras ſuas laudes eam addidit, qua nulla, meo quidem judicio, major eſt, nulla præclarior, ut communi omnium populorum conſenſu LITERARUM PATER nominaretur. *Vidit Rex æternis præconiis dignus, mutata rerum facie, florentes in Gallia artes illas, quæ ne nomine quidem antea notæ, mirum in modum poſtea frequentatæ ſunt : quæque a Græcis primum ortæ, ad alias deinde gentes latius emanaverant : & providus, ne ſemel inſtitutum in Gallia Græcæ linguæ ſtudium aliquando deficeret, cum Magiſtros & Doctores Græcæ linguæ aſſignatis ſtipendiis conſtituit ; tum præterea Codices Græcos ingenti ſumtu ad uſum Bibliothecæ Regiæ undequaque comparavit. Hujus veſtigiis hærentes poſteri Reges, fovendis iis, quæ inſtituta fuerant, ſtudiis non mediocriter advigilarunt, donec tandem regnante* LUDOVICO MAGNO, *tum cætera omnia ſummopere aucta ſunt, tum Bibliotheca*

illa

illa vere Regia tot acceſſionibus ditata eſt, ut Ptolemaïcæ & Attalicæ memoriam obruerit.

Hoc genus laudis, OPTIME PRINCEPS, *te a puero conſectatum eſſe gaudemus: quippe qui non modo literas ipſe apprime colas & amplectare; ſed etiam iis deditos foveas & exornes, ad meliora ſemper acuas & horteris: quo factum, ut apud proximas ſimul remotaſque nationes magnus rei literariæ Patronus audias. Quia vero plus habet ponderis exemplum, quod a magno Principe proficiſcitur, ſpes eſt te duce liberales diſciplinas omnes mutaſque artes majora in dies incrementa ſplendoremque novum conſequuturas.*

Reliquum autem eſt ut nos, qui partis Regum liberalitate & eruditorum labore commodis fruimur, eadem promovere & illuſtrare pro viribus enitamur. Eo certe animo hanc Palæographiam, ſive antiquæ Scripturæ recenſionem, adornavimus, ut ex vigiliis noſtris adjumenti quidpiam ad φιλέλληνας *redundaret. Quod ſi conatum approbes, ſi lucubrationibus noſtris*

EPISTOLA.

faveas, auctor nobis eris ut ad cætera, quæ per otium parantur, studiosius manum admoveamus: tuum enim judicium nobis instar omnium futurum est, SERENISSIME PRINCEPS, *cui diuturnum vitæ curriculum faustaque omnia apprecamur.*

Offerebat

Obsequentissimus addictissimusque famulus
Fr. BERNARDUS DE MONTFAUCON
Presbyter & Monachus Benedictinus é
Congregatione S. Mauri.

SYLLABUS

Eorum, quæ in Palæographia Græca continentur

PRÆFATIO.

RECENSIO PALÆOGRAPHIÆ GRÆCÆ, ubi I. *De Cinnabari.* II. *De ortu Literarum Græcarum.* III. *De Literis Samaritanis.* IV. *De formis* Γ *&* Π. V. *De Literis* Ξ *&* Ψ. VI. *De nummo Æsillæ.* VII. *De literis* ϵ, C, ω. VIII. *De Chyndonactis inscriptione.* IX. *De Diphthongo* υ. X. *De Abraxæis figuris.* XI. *De Literis uncialibus.* XII. *De notis Myriadum. De Indictionum numeris interdum mendosis.*

RECENSIO omnium, quas quidem novimus, Bibliothecarum Græcarum.

LIBER PRIMUS.

De instrumentis Græcorum ad Scriptionem, de Chartis, de Libris, de Calligraphis, sive Librariis, & eorum Notis. pag. 1

CAPUT I. *De Atramento & aliis Liquoribus ad usum Græcorum. De Chrysographia. De Picturis Codicum ad rerum repræsentationem. Instrumenta arandi ex Scholiaste Hesiodi manuscripto. De Prosopopœiis depictis.* 2

CAP. II. *De Chartarum nomine ac generibus, de Philyra, Tilia, Papyro Ægyptiaca. De Charta plumbea, de Tabellis ceratis, itemque de Elephantinis. De Charta coriacea, Membranea, & de Bombycinæ vetustate atque usu. De Pugillaribus & de Libris linteis.* 13

CAP. III. *De Stylo, de calamo & penna, ac reliquis ad scriptionem instrumentis. Schemata S. Lucæ ac Dionysii Halicarnassei scribentium ex antiquis exemplaribus. Schema veteris atramentarii San-Dionysiani.* 20

CAP. IV. *De nominibus, & de forma Librorum interiùs & exteriùs spectata; scilicet de Operimentis, de Quaternionibus. De Distinctionibus. De Interpunctione & ejus ortu, & carptim de Prosodia. De Contaciis ac Diptychis.* 25

CAP. V. *De Scribis & Librariis; nempe de Calligraphis, Tachygraphis, & Notariis. De Chrysographis, &c. De variis Calligraphorum ritibus, & de Notis eorumdem.* 34

CAP. VI. *Notæ ac nomina Calligraphorum à tertio sæculo ad decimum-tertium.* 39

CAP. VII. *Notæ ac nomina Calligraphorum à decimo-tertio sæculo ad decimum-sextum.* 63

CAP. VIII. *Nomina Calligraphorum ordine Alphabetico.* 94

CAP. IX. *De Regionibus & locis, ubi Græca scriptio frequentata fuit.* 108

LIBER SECUNDUS.

De origine Literarum Græcarum, & de progressu earumdem ad usque quartum à Christo nato sæculum.

CAP. I. *De ortu Literarum Græcarum ex Phœniciis, cum schemate omnium priscæ formæ characterum.* 115

INDEX

CAP. II. *Rabbi Azariæ narratio de Literis Samaritanis. Recenſio omnium formarum Phœniciarum & Samaritanarum.* p.123

CAP. III. *Obſervationes in ſingulas Literas Græcas, ut in præcedenti Schemate habentur.* 126

CAP. IV. *De tribus Inſcriptionibus Charactere Ionico veteri conſcriptis. De forma Literarum Græcarum à tempore Alexandri Magni circiter ad initium Cæſarum & Auguſtorum. De Siglis & Monogrammatibus urbium.* 133

CAP. V. *De inſcriptione Athenienſi, nunc Colbertina, Tiberio imperium ineunte poſita.* 145

CAP. VI. *De mutationibus, quæ primis Imperii Romani temporibus in Græcas Literas advectæ ſunt. Inſcriptiones Ancyranæ, & aliæ bene multæ, quarum magna pars nondum edita fuerat; cæteræ à mendis repurgatæ ſunt: ubi plurimi literarum nexus.* 151

CAP. VII. *De aliis quibuſdam Inſcriptionibus Græcis ad Auguſtorum priora ſæcula pertinentibus. Sigilla. Inſcriptiones Papiæ Diodori, Nicocratis Poëtæ, ac Græco-Gallica Chyndonactis. Alia Inſcriptio. Obſervationes quædam in varias literarum formas.* 168

CAP. VIII. *De Abraxæis Figuris & Literis. De Schematibus animalium, deitatumque Ægyptiarum, earumque commixtione cum Chriſtianis Myſteriis apud Baſilidianos. Alphabeta Baſilidianorum Græca. Liber plumbeus eorumdem, ubi figuris literiſque variis, duodecim diei horæ repræſentantur.* 177

LIBER TERTIUS.

Exempla Librorum antiquiſſimorum unciali charactere.

CAP. I. *De Libris vetuſtiſſimis membranaceis, in quibus characteres unciales alii quadri, alii rotundi ſunt, ſine accentibus & ſpiritibus, eorumque enumeratio: ſpecimina Codicum Colbertini & Cæſarei.* 184

CAP. II. *De vetuſtiſſimo Dioſcoridis Codice, nunc Cæſareo, qui ineunte ſexto ſæculo juſſu Julianæ Auguſtæ deſcriptus eſt, cum picturis variis, & ejuſdem Julianæ Auguſtæ imagine. Specimen characteris ejuſdem exemplaris. Diagramma genealogicum Julianæ Auguſtæ.* 195

CAP. III. *De Dioſcoridis Codice Neapolitano, qui par ſaltem vetuſtate eſt cum Cæſareo. Item de Codicibus Regio, Baſiliano & Alexandrino, æqualis circiter ætatis. De Codice Papyreo Turonenſi. Alphabeta & ſpecimina horum omnium Exemplarium.* 212

CAP. IV. *Specimina Codicum Græcorum ſeptimi circiter ſæculi, qui apud Latinos ſcripti ſunt; nimirum Regii, San-Germanenſis & Murbacenſis. Alphabetum Græco-Latinum ex Codice Lactantii Bononienſi, ejuſdem circiter ævi.* 217

CAP. V. *De Codicibus Græcis Græca manu ſcriptis ſeptimi & octavi ſæculi, Alphabetum Codicis Græci purpurei Neapolitani cum accentibus ſcripti. Exemplum ex Codice RR. PP. Jeſuitarum octavi circiter ſæculi. Aliud Codicis Colbertini, æqualis plus minus ætatis.* 223

CAP. VI. *Specimina characterum uncialium octavi & noni ſæculi, ex Codicibus Regio, Florentino, Colbertino, & tribus Italicis.* 230

CAP. VII. *Specimen Græcum noni ſæculi apud Latinos, ex Pſalterio Monaſterii S. Michaëlis in Lotharingia, quod Sedulii Scotti manu exaratum fuit: exemplum*

exemplum Scripturæ per κῶλα & κόμματα ex eodem Codice. Prophetiæ externorum de adventu Christi indidem. Specimen ex Glossario Laudunensi Græco-Latino. Epistola Amanuensis ad quemdam Abbatem. p. 235

CAP. VIII. *De Codice Regio operum S. Gregorii Nazianzeni, olim ad usum Basilii Macedonis Imperatoris. Tabula literarum initialium singularis formæ. Exemplum & descriptio Codicis Regii Dioscoridiani, in Ægypto scripti: item alterius Regii charactere unciali, sed decimi sæculi.* 250

LIBER QUARTUS.

De Characteribus ligatis, sive ductu calami conjunctis.

CAP. I. *Characteres ligati ex Tachygraphorum literis & actis ad Libros emanasse putantur: de Literarum singularum conjunctionibus. Tachygraphiæ exemplum ex diplomate San-Dionysiano. Characteres mixti noni ac decimi sæculi ex Codicibus Florentino ac Bononiensi. Exempla noni sæculi charactere ligato; nimirum ex duobus Colbertinis, & uno Basiliano.* 262

CAP. II. *Specimina characterum noni & decimi sæculi ex Codice Regio & altero San-Germanensi, de vitis Sanctorum ante Metaphrasten. Specimen aliud ex Codice Regio, qui anno Christi 914. scriptus est.* 272

CAP. III. *Specimina varia decimi sæculi ex Codicibus Regiis, Florentinis & uno Basiliano: item specimina duo scripturæ abbreviatæ decimi sæculi ex Codice Basilianorum, & ex altero Regio.* 277

CAP. IV. *De Cryptographia, sive de Alphabetis arcanis Græcorum, & eorum usu. Exemplum ex Codice Basiliano. De commixtione literarum arcanarum varii generis.* 285

CAP. V. *Specimina characterum undecimi sæculi ex Codicibus Illustrissimi Abbatis Dominici Passionei. Item ex Codice olim Monasterii S. Dionysii, in Gallia descripto, cum Alphabeto Norvagico indidem. Ex altero quoque Regio exemplum. De Codice quodam de & Bibliotheca Eudociæ Augustæ Macrembolitissæ.* 290

CAP. VI. *Specimina characterum duodecimi sæculi ex Typico Irenes Augustæ, propria ejus manu subscripto: item ex Codice Basiliano, & ex tribus Regiis. Inscriptio Crucis San-Germanensis, & aliæ.* 299

CAP. VII. *De triplici charactere Græco-Ægyptiaco; communi videlicet, Coptico, & alio peregrinitatis notam præferente.* 311

CAP. VIII. *Specimen decimi-tertii sæculi ex Codice Regio: de Librariis, qui duplici characterum genere scribebant. Specimina item tria decimi-tertii sæculi ex Codicibus anni notam ferentibus: de Codicibus ubi vetustior scriptura erasa, & altera recentior apparet: quanta pernicies Græcis antiquis Scriptoribus hinc allata fuerit.* 316

CAP. IX. *Alia specimina characterum decimi-tertii & decimi-quarti sæculi ex duobus Codicibus Regiis, ex Colbertino, & ex Codice Baluziano. Conspectus & index hujusce libri.* 323

CAP. X. *Alphabeta omnium formarum, quæ Libro secundo, tertio & quarto continentur, secundùm ætatis ordinem: itemque arcanarum literarum Alphabeta.* 334

INDEX

LIBER QUINTUS.

De Abbreviationibus, & de Notis disciplinarum & artium.

CAP. I. *De Abbreviationibus tritis & vulgaribus. Recensentur errores non pauci per Abbreviationes etiam tritas importati. De Abbreviationibus singularibus, & de Abbreviationibus aliis vocum & syllabarum, itemque nominum propriorum, ac de Monocondiliis.* p. 341

CAP. II. *Notæ Rhetoricæ & Oratoriæ, omnium lectu difficillimæ. Tabula alphabetica hujusmodi notarum.* 351

CAP. III. *De Notis Musicis, tam veteribus quàm recentioribus.* 356

CAP. IV. *De Notis Monetarum, tam veterum quàm recentiorum; item de divisionibus Arithmeticis, & earum notis.* 359

CAP. V. *De Notis Mensurarum & ponderum tam solidorum, quàm liquidorum.* 365

CAP. VI. *De Notis Astronomicis, Chymicis, Iatricis, &c. Item de Notis incognitis, Rabbinicis, & περὶ μαγικῆς.* 373

LIBER SEXTUS.

De re Diplomatica Græca.

Prologus de Diplomatibus Græcis, & de Diplomatibus Regni Neapolitani & Siciliæ. 378

1. *Diploma Josephi Authentæ, anno* 1099. 391
2. *Diploma Bertæ Comitissæ Loritelli, anno* 1112. 392
3. *Aurea Bulla Rogerii Regis anno* 1130. 393
4. *Diploma Philippi filii Leonis Logothetæ, anno* 1131. 401
5. *Testamentum Gerasimi Abbatis Monasterii SS. Apostolorum Petri & Pauli, eodem circiter tempore.* 403
6. *Specimen ex autographo desumtum, & tribus Tabulis comprehensum, Diplomatis Rogerii Regis: quo Christodulum Amiram, Protonobilissimum declarat, eodem circiter tempore.* 408
7. *Diploma Leonis Maleïni Ducis, anno* 1144. 410
8. *Diploma Philippi filii Joannis, anno* 1165. 415
9. *Index Græcus Constitutionum Sicularum a Frederico II. Imperatore, & Siciliæ Rege, anno circiter* 1230. 416

LIBER SEPTIMUS.

Joannis Comneni Descriptio montis Atho, & XXII. ejus Monasteriorum: ex Græco vulgari idiomate latinè versa. Sunt autem Monasteriorum nomina, 433

1. *Annæ.*
2. *Batopedii.*
3. *Gregorii.*
4. *Dionysii.*
5. *Dochiarii.*
6. *Zographi.*
7. *Iberorum.*
8. *Caracali.*
9. *Castamoniti.*
10. *Cutlumusæ.*
11. *Lauræ.*
12. *Xenophi sive Xenophontis.*

LIBRORUM ET CAPITUM.

13. *Xeropotami.*
14. *Pantocratoris.*
15. *Pauli.*
16. *Protati.*
17. *Russorum.*
18. *Simeni.*
19. *Simopetræ.*
20. *Stauronicetæ.*
21. *Philothei.*
22. *Chilantari.*

APPENDIX, p. 510
INDEX. 513
J. B. I. S. D. S. P. De priscis Græcorum ac Latinorum literis Dissertatio. 553

APPROBATIO.

PALÆOGRAPHIAM Græcam septem Libris distinctam, D. BERNARDI DE MONTFAUCON Sacerdotis & Monachi Benedictini è Congregatione S. Mauri, jussu Illustrissimi Galliarum Cancellarii, legi, opus doctum & laboriosum, summæque ad Græcos veteres Codices intelligendos & recensendos utilitatis, atque adeo editione dignissimum judicavi. Lutetiæ Parisiorum 7. Martii anno Domini 1708.

EUSEBIUS RENAUDOT.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre : A nos amez & feaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, Grand Conseil, Prevôt de Paris, Baillifs, Senechaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Justiciers qu'il appartiendra, SALUT. Nôtre amé Dom BERNARD DE MONTFAUCON Prêtre & Religieux Benedictin de la Congregation de Saint Maur, nous ayant fait remontrer qu'il desireroit donner au Public plusieurs ouvrages de sa composition, intitulez, *Palæographia Græca, sive de ortu & progressu Characterum Græcorum, deque omnibus ad veterem scriptionem Græcam spectantibus, additis Schematibus, & exemplis a tempore Peloponnesiaci belli usque ad decimum-sextum a Christo nato sæculum, ex marmoribus & nummis atque Codicibus manuscriptis. Accedunt Diplomata Græca regni Neapolitani & montis Atho, ejusque Monasteriorum & Bibliothecarum recensio, ac Descriptio ex Græco exemplari, Latine versa. Hexaplorum Origenianorum quæ supersunt omnia, decuplo saltem auctiora quam actenus edita fuerint : cum veteribus lectionibus Græcis, ex Samaritano & Syriaco expressis. Opuscula Sanctorum Patrum quindecim in Hexapla & versiones antiquas. Onomasticum Hebraicum secundum veteres Græcas versiones :* s'il nous plaisoit lui accorder nos Lettres de Privilege sur ce neceſſaires. Nous lui avons permis & permettons par ces Presentes de faire imprimer lesdits Livres conjointement ou separément, en telle forme, marge, caractere, & autant de fois que bon lui semblera, & de les faire vendre & débiter par tout nôtre Royaume, pendant le temps de seize années consécutives, à compter du jour de la datte desdites Presentes. Faisons défenses à toutes personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangere dans aucun lieu de nôtre obéissance, & à tous Imprimeurs, Libraires & autres, d'imprimer, faire imprimer & contrefaire lesdits Livres en tout ni en partie, sans la permission expresse & par écrit dudit Exposant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, de quinze cens livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit Exposant, & de tous dépens, dommages & interêts ; à la charge que ces Presentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, & ce dans trois moisde la datte d'icelles : que l'im-

preſſion deſdits Livres ſera faite dans nôtre Royaume & non ailleurs, & ce en bon papier, en beaux caracteres, conformement aux Reglemens de la Librairie; & qu'avant de les expoſer en vente il ſera mis deux Exemplaires de chacun dans nôtre Bibliotheque publique, un dans celle de nôtre Château du Louvre, & un dans celle de nôtre tres-cher & feal Chevalier, Chancelier de France le Sieur Phelypeaux Comte de Pontchartrain, Commandeur de nos Ordres; le tout à peine de nullité des Preſentes : du contenu deſquelles vous mandons & enjoignons de faire joüir l'Expoſant, ou ſes ayans cauſe, pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie des Preſentes qui ſera imprimée au commencement ou à la fin deſdits Livres, ſoit tenuë pour dûëment ſignifiée, & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires foy ſoit ajoûtée comme à l'Original. Commandons au premier nôtre Huiſſier ou Sergent de faire pour l'execution d'icelles tous Actes requis & neceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant Clameur de Haro, Charte Normande, & Lettres à ce contraires : Car tel eſt nôtre plaiſir. DONNE' à Verſailles le premier jour de Mars, l'an de grace mil ſept cens ſept, & de nôtre Regne le ſoixante-quatriéme. *Signé*, Par le Roy en ſon Conſeil, LE COMTE.

Regiſtré ſur le Regiſtre, N°. 2. de la Communauté des Libraires-Imprimeurs de Paris, pag. 382. *N°.* 385. *conformement aux Reglemens, & notamment à l'Arrêt du Conſeil du* 13. *Août* 1703. *A Paris ce* 17. *Mars* 1707. Signé, GUERIN, *Syndic.*

J'ay cedé & tranſporté aux Sieurs Loüis Guerin, Veuve Jean Boudot, & Charles Robuſtel le preſent Privilege, aux conditions faites entre nous. A Paris le 17. Mars 1707. *Signé*, Fr. BERNARD DE MONTFAUCON.

Regiſtré ſur le Regiſtre, N°. 2. de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, pag. 182. *N°.* 385. *conformement aux Reglemens, & notamment à l'Arrêt du Conſeil du* 13. *Août* 1703. *A Paris ce* 17. *Mars* 1707. Signé, GUERIN, *Syndic.*

PRÆFATIO.

DIUTURNÆ obſervationis fuit quod nunc aggredimur opus de veteri Græca ſcriptura, deque variis mutationibus, quæ ad extrema uſque ſæcula in Græcas literas advectæ ſunt: ab annis enim pluſquam viginti evolvendis Græcis exemplaribus operam dedimus pene quotidianam. Et principio quidem animadvertentes, quam neceſſaria eſſet iis, qui emendandis Græcis libris vacant, ætatis Codicum Manuſcriptorum notitia, dolebamus rem a doctis viris, qui in Græcis literis ætatem contriverant, non fuiſſe ſuſceptam. Etſi enim id ex ſe arduum difficileque videretur, attamen poſt aliquod factum experimentum, non tale putabamus eſſe, ut aſſiduo labore non poſſet ad optatum finem deduci. Aderant in re pene ſimili domeſtica exempla, quæ nos ad id oneris ſuſcipiendum maxime permoverent: monebat enim laudatum a laudatis viris Mabillonii noſtri τὸ μακάριον opus de Re Diplomatica Latina, paria in Græcis literis poſſe præſtari.

Deinde anno 1693. periculum facere cœpimus; videlicet ſi qui Codices in Bibliothecis Regia & Colbertina eſſent, anni & Calligraphi notam ferentes, ex iis ſpecimina excerpſimus: hinc ad alios notis vacuos nos contulimus; ac ſæpe facta cum prioribus notam habentibus comparatione, aliquam demum ea in re peritiam aſſequuti videbamur. Sub hæc in Italiam profecti, ſolitam explorandi operam numquam intermiſimus; ſed in Bibliothecis variis exemplaria Græca tractantes, ætatem eorum, qualem ad primum conſpectum aſſignabamus, cum notis Calligraphorum annum indicantibus & ad calcem, ſicubi exſtarent, poſitis, apprime conſentire paſſim experti ſumus; idque perſæpe in præſentia eruditorum. Cujus rei teſtes bene multi ſunt, maxime Venetiis, ubi ad duos pene menſes conſedimus. In Italia vero, perinde atque in Gallia ex optimæ notæ Codicibus cujuſvis ætatis ſpecimina, quàm accuratiſſime fieri potuit, excerpſimus.

Anno denique 1706. mutuo collatis exemplis, quæ variis ex Bibliothecis deſumſeram, non inutile fore ſperavi, ſi hæc ordine temporis diſtributa ederem, adjunctis ad ſingula annotationibus, quas ſenſim, operiſque ſubciſivis collegeram. Cum autem vetuſtiſſimi quique Libri, qui a Græcarum literarum primordiis ad uſque quartum a Chriſto nato ſæculum deſcripti fuere, funditus perierint; quod unum ſupererat, ex Tabulis æneis, marmoreiſque, ex nummis etiam antiquis formas illas remotioris ævi expreſſimus: ne quid omiſiſſe videremur, quod ad Palæographiam, ſive antiquam ſcripturam, pertineret.

Quis porro fructus ex tali veterum Græcarum ſcripturarum notitia ſperandus ſit, non eſt fortaſſe quod multis verbis demonſtremus, ne in re aperta

teramus otium. Nam quantum interſit eorum, qui veteres Græcorum Libros tractare ſolent, aut novis parandis editionibus vacant, Exemplarium veterum ætatem perſpectam habere, ii tantum ignorare poſſunt, qui ne primoribus quidem labris rem literariam attigerunt. Siquidem in veterum Scriptorum libris editis vitia ſæpiſſime occurrunt, lectioneſque dubiæ, quæ in vetuſtioribus exemplaribus non habentur, in recentioribus autem exſtant: ibi vero ætatem internoſcere admodum juvat, ut quod in antiquioribus illis non comparet, in recentiora exemplaria invectum eſſe judicetur: tametſi ea in re obſervatione & experientia multa eſt opus. Eorum item operum, quorum nulla apud Veteres mentio, quæque vel hactenus latent in Bibliothecis, vel ſine aliqua nota temporis edita ſunt, vetuſtas, ex ſola Codicum ætate ſæpe comprobatur; ut, exempli cauſa, Synopſis Scripturæ ſacræ, quam plerique nec injuria Athanaſio abjudicandam putant, quo ævo ſcripta fuerit fruſtra quæras apud Auctores, vel in ipſa Synopſi: at cum in Codicibus Regio & Vaticano octingentorum circiter annorum ejus pars non minima ſine auctoris nomine reperiatur; hinc colligas ante annos ſaltem octingentos emiſſam fuiſſe. Quia vero hac in re Latinorum ac Græcorum Codicum par ratio eſt, quod haud ita pridem accidit hîc referre viſum eſt. Erat quidam vir doctus & vetuſtatis amans, qui putaret Quinti Curtii libros decimoquinto ſæculo, poſt reſtauratas videlicet in Europa humaniores literas, ab aliquo viro Latine perito confictos fuiſſe, qui orbi literario fucum facere ſtuderet. Verum is ipſe quam longe aberraſſet a ſcopo cognovit, cum ſciſcitatus edidiciſſet in Bibliotheca Colbertina Quinti Curtii Codicem haberi, qui ſuperaret annos octingentos.

Hæc augeri poſſent: verum aliis exemplis, quæ bene multa ſuppetunt, adferendis ſupersedeo, quod neminem eſſe putem, qui ætatis cognitionem in tractandis Codicibus, non utilem modo, ſed neceſſariam quoque eſſe non fateatur. Monendum tamen eſt, etſi allatæ in hac Palæographia characterum variæ ætatis Tabulæ multum ad temporis notitiam juvare poſſint, neceſſariam tamen eſſe oculorum conſuetudinem: nam quantacumque diligentia in repræſentanda veterum ſcriptura adhibeatur, ab Exemplarium manuſcriptorum formis aliquantum ſemper deflectitur: obſervanda item ſunt in antiquis Codicibus atramenti conditio, color, temperatio & neſcio quæ alia vetuſtatis ſigna, quæ ne verbis quidem exprimi poſſunt, nedum in apographa hujuſmodi ſcripturarum referri.

Alia quoque non minor, imo fortaſſe major, utilitas ex ſpeciminibus characterum excerpi poteſt; quod videlicet eorum adminiculo, cujuſvis ætatis ſcriptura facile, ut plurimum ſaltem, legatur. Nam omnia, quæ variis in Tabulis poſuimus, ſcripturæ genera, vulgari poſtea charactere, adjuncta interpretatione, edi curavimus: quod quanto ſtudioſis commodo futurum ſit, experturos ſpero eos, qui iiſdem Tabulis utentur. Poſſem innumeros pene lapſus, a viris etiam doctis inter legendum admiſſos recenſere: verum jam abſtineo, quia in decurſu operis non pauca ſimilia notavi. Quantus porro ſit Codicum manuſcriptorum uſus habendus iis, qui emendandis veterum Libris vacant, confeſtim animadvertent ii, qui Tabulas illas varias inſpecturi ſunt. Nam qui multos ſeptimi & octavi ſæculi Codices legerit, is cum ad noni decimique libros ſe conferet, aliquantum laborabit: ſi poſtea ad duodecimi & decimi-tertii ſæculi ſcripturam accedat, frequenter hærebit: hinc ſi ab-

breviatam ſcripturam adeat, niſi abbreviationum formas calleat, hàrioletur oportet: ſi vero in arcanas literas & in notas artium ac diſciplinarum incidat, εἰς ἀμηχανίαν, niſi alphabeta noſtra conſulat, haud dubie agetur.

Has omnes difficultates pro virili noſtra auferre ſtuduimus: exempla omnium ſcripturæ generum cum explicationibus propoſuimus, artium, & honeſtarum diſciplinarum Notas exhibuimus, quarum pars maxima nondum, quod quidem ſciam, lecta fuerat: malas autem periculoſaſque artes, earumque notas; videlicet eas, quæ ad apoteleſmaticen, ſive *Aſtrologiam judiciariam*, præſtigias & divinationem pertinent, vel carptim tetigimus, vel omnino duximus eſſe negligendas. Deinde toto libro ſexto de Re Diplomatica Græca verba fecimus, quantum licuit per tenuiſſimas illas Diplomatum Græcorum reliquias, quæ in Occidentis partibus ſuperſunt: ubi præcipue de Neapolitanis, Siculiſque Diplomatibus, quorum novem edidimus, pertractatum eſt.

His, ut conſentaneum erat, præmiſimus omnia, quæ ſpectabant ad inſtrumenta ſcriptionis, ad librorum formam, ad Librarios, ſive Calligraphos: ubi Calligraphorum circiter trecentorum nomina, ætatemque Chronico primum, deinde Alphabetico ordine recenſuimus, ut in ipſis ſubſcriptionibus, quas ad verbum retulimus, habentur. In his vero Notis multa occurrunt, ad hiſtoriæ Chronologiæque notitiam peropportuna, ut eruditi quique fatebuntur. Librarii enim in hujuſmodi Notis ac ſubſcriptionibus, non modo annum, indictionem, & plerumque horam, qua ſcriptio deſierat, annotabant; ſed etiam Imperatorum & Patriarcharum illius temporis nomina ſæpe adjiciebant: ſi quid item gravioris momenti accideret, plerumque conſignabant literis: aliquando loca memorabant, ubi deſcriptum opus fuerat: clarorum illius temporis hominum inſigniora geſta interdum conſcribere non negligebant, &c. quæ quivis ſtudioſus obſervare poſſit.

Ad hæc vero, quia ut ſuſceptæ operæ ratio poſtulabat, multa identidem annotavimus, quæ ad varias diſciplinas pertinent, quorumque pars maxima ignota hactenus intactaque fuerat: atque etiam voces quam plurimas Græcas adtulimus, quæ vel non obſervatæ in Lexicis, vel carptim & perfunctorie explicatæ, vel ſecus quam par erat acceptæ fuerant; Indicem locupletiſſimum in fine paravimus: ubi hæc omnia accuratiſſime recenſentur. Nec fruſtra, ut ſpero, cedet iis, qui Tabulam hujuſmodi ſæpe conſulere non gravabuntur.

Hæc de Palæographia noſtra συνοπτικῶς præmittere viſum eſt. Quoniam vero in tanta rerum ſylva, tamque vario notitiarum argumento vix caveri poteſt ne quid ſcriptoris diligentiæ elabatur; viſum eſt hîc quædam majori luce digna retractare, tum & alia, quæ prætermiſſa fuerant, ſtudioſo Lectori proponere; idque eodem, quem in toto opere ſervavimus, ordine. Poſtea vero omnium cujuſvis ætatis Bibliothecarum Græcarum, quas quidem novimus, Recenſionem adornare non inutile fore putavimus: remque ab inſtituto noſtro non alienam eſſe duximus.

RECENSIO PALÆOGRAPHIÆ GRÆCÆ.

I. De Cinnabari.

PRimo libro de atramenti vario genere, deque aliis liquoribus ad uſum Græcorum agentes, diximus Cinnabarim à ſolis Imperatoribus ad literas ſubſcribendas uſurpatam fuiſſe. Deinde quæſivimus, num liquor ille purpureus, quo Græci Calligraphi, non in titulis modo, & in notis marginalibus, ſed etiam in ſubſcriptionibus propriis, in fine librorum apponi ſolitis, utebantur, differret à Cinnabari, qua utebantur Imperatores. Multiſque propoſitis ea de re conjecturis, veroſimile eſſe diximus, eumdem utrobique liquorem uſurpatum fuiſſe; ſed in Epiſtolis & Actis publicis eo ad ſubſcriptionem uti, Imperatoribus tantum licuiſſe; in cæteris autem; exempli cauſa in titulis & in notis librorum quibuſlibet, promiſcuum ejus fuiſſe uſum. Id vero jam quaſi pro certo & explorato habemus: nam liquor ille purpureus, quo Librarii utebantur, perinde atque Imperatorius, Cinnabaris vocatur ab Euſebio in Epiſtola ad Carpianum, necnon ab aliis ſubſequentis ævi Scriptoribus, nec ullum intercedere videtur inter utrumque diſcrimen.

II. De ortu literarum Græcarum.

Libro ſecundo cap. primo, rem à multis agitatam, nempe de ortu Literarum Græcarum, paucis expendimus, vulgaremque amplexi opinionem, diximus literas Græcas ex Phœniciis ortas eſſe. Plura dici poterant, ac variæ quæſtiones moveri; at è re fore putavimus ea dumtaxat, quæ, adhibito examine, majori luce donari poſſe videbantur, accuratius indagare; illa vero quorum obſcura ſuperſunt veſtigia, & circa quæ facta ſunt opinionum divortia, breviter & dilucide proponere. Nam ſi variorum ſententiam expendiſſem res extracta fuiſſet longius: cum alioquin ea, quæ de Literarum origine vel ab Hiſtoricis, vel à Grammaticis traduntur, utpote ad μυθικὸν tempus pertinentia, perplexa ſint & plerumque fabuloſa. Verum hanc, etſi duram admodum, provinciam ſuſcepit, vir non minus eruditione, quam dignitate conſpicuus J. B. in ſupremo Divionenſium Senatu Præſes, qui cum Diſſertationem de priſcis Græcorum & Latinorum literis adornaſſet, à me rogatus illam tranſmitteret edendam, votis meis perhumaniter obtemperavit. Eam ubi primum perlegi, luce digniſſimam cenſui: omnia enim ibi ſunt & luculenter poſita, & examinata diligenter. Quod ſi quid præter vulgarem eruditorum, aut etiam noſtram opinionem occurrat, quid mirum ſi in tanta rerum caligine quantam exhibent illa Deucalionea & Cadmeïa tempora, diverſi diverſas vias & opiniones ſequantur? In ſumma tamen rei cum erudito viro prorſus convenimus. Nam etſi ille Pelaſgicas literas, Cadmeiis vetuſtiores eſſe putet, hodiernas tamen Græcas, quemadmodum & nos, ex Cadmeiis & Phœniciis ortas eſſe profitetur; ut quiſque videbit in Diſſertatione ipſius, quam ad calcem Palæogrophiæ Græcæ edi curavimus.

III. De literis Samaritanis.

Eodem capite primo Libr. II. diximus, certum nobis videri, Origenis ac Hieronymi temporibus vulgarem eam opinionem fuiſſe, Scripturam ſacram ante Babylonicam captivitatem Samaritano hodierno charactere exaratam fuiſſe; ſed in reditu à captivitate Eſdram alios characteres, nempe Hebraïcos hodiernos, loco priſcorum ſubſtituiſſe. Id vero ſtatuimus his nixi ratio-

nibus & argumentis. Origenes & Hieronymus rem non ut dubiam enarrant, ut videre quisque possit in allatis ibidem eorum locis. Prior enim ait in Excerpto quodam non hactenus edito, nec dubiæ notæ, cujus verba descripsi, in accuratioribus exemplaribus nomen Dei tetragrammon priscis illis literis, non autem hodiernis ab Esdra invectis, exaratum haberi: quam ab Esdra factam literarum mutationem non uno loco memorat idem Origenes. Hieronymus non semel Samaritanæ scripturæ patrocinatur, remque indubitatam esse indicat his verbis, *Certumque est Esdram scribam legisque doctorem, post captam Jerosolymam, & instaurationem Templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc utimur: cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* Hæc diserte, & nulla subindicata sententiarum varietate Origenes & Hieronymus: quibus adjungi potest Eusebius, qui in Chronico suo, ad annum 4740. hæc scribit: *Fuit Esras legis divinæ eruditissimus, & clarus omnium Judæorum magister, qui de captivitate regressi fuerant in Judæam, affirmaturque divinas Scripturas memoriter condidisse, &, ut Samaritanis non miscerentur, literas Judaïcas commutasse.* Hæc una voce Scriptores illi Christiani, qui in Judæa diu versati sunt, & Rabbinorum familiaritate usi, ab iisdem traditiones Judæorum veteres edidicerunt, ut in operibus suis non raro testificantur. Cum autem illi opinionem huic adversam ne quidem memorent, hinc certe conjici posse videtur, alteram, quæ Samaritanarum literarum in Bibliis antiquitati patrocinatur, tunc vulgo receptam fuisse. Ad hæc autem inter Rabbinos Thalmudicos ex Mischnicis Rabbi Jose, ex Gemaricis vero Marsutra & alter, Samaritanam pro veteri Bibliorum scriptura habent. Quod si alii Rabbini Thalmudici, etiam plures memoratis, Hebraïcam hodiernam scripturam tueantur, id sane non tanti ponderis esse videatur, quandoquidem tantum erat Judæorum maximeque Rabbinorum in Samaritanos odium, ut posteaquam multa ab Esdræ tempore sæcula elapsa fuerant, nihil mirum sit Rabbinos quosdam, ut gentis affectui faverent, veritatem obscurare conatos esse, dixisseque priscas Scripturarum literas penes se, non penes Samaritanos, esse. Contra vero Rabbini, qui Samaritanam scripturam in Bibliis antiquiorem esse pugnabant, vi veritatis ad id compulsi fuisse videntur: non enim ex se & suo marte rem, quæ genti suæ dedecori esse putabatur, excogitassent. Auctorum vero Christianorum, nempe Origenis, Eusebii & Hieronymi, nihil prorsus interat, utrum Samaritanis, an Hebraïcis literis sacra Scriptura primitus descripta fuisset: quamobrem ea tradidisse putandi sunt, quæ tunc vulgus Judæorum & Rabbinorum maxima pars in ore habebant: siquidem Thalmudici illi, pauciſſimi erant, si cum multitudine Rabbinorum in Judæa & circumpositis regionibus versantium compararentur. His maxime argumentis & rationibus adductus sum, ut sententiam quæ Samaritanæ scripturæ patrocinatur, longe probabiliorem existimarem. At secus sentiunt viri eruditione graves, qui pugnant Thalmudicos doctores, qui numero plures Hebraïcæ scripturæ antiquitatem propugnant, Origenis & aliorum testimoniis anteponendos esse; videlicet Judam, cognomine *Sanctum*, Mischnæ collectorem, & Origene antiquiorem, qui Hebraïcas literas in Bibliis numquam mutatas, sed easdem semper mansisse affirmat: similiterque duos magnos Doctores Mischnicos RR. Elieseres, qui idipsum confirmant, uno tantum repugnante Mischnico doctore R. Jose. Gemaricos item plures Hebraïci,

quam Samaritani characteris antiquitatem defendere. Hinc vero petendam esse vulgarem veterum Rabbinorum opinionem, non autem ex iis quæ Origenes, Eusebius, & Hieronymus à Judæis de trivio acceperant. Fabulamque sapere (sic illi) quod dicit Origenes; nimirum accuratiora Scripturæ Hebraïcæ Exemplaria nomen Dei tetragrammon Samaritanis literis scriptum ævo suo circumtulisse: quandoquidem veteres Rabbini Thalmudici, qui pro Samaritanarum literarum in Bibliis antiquitate stabant, hujusmodi Exemplarium nusquam meminerunt: quorum certe mentionem facturi erant si revera extitissent. Utrum autem hæc, quæ contra adferuntur, priorem sententiam enervent, eruditorum judicio permittimus. Non est enim præsentis instituti hæc pluribus indagare; cum id abunde præstiterint, cum multi alii, tum præcipue Joannes Buxtorfius, qui Hebraïcarum, & Ludovicus Cappellus, qui Samaritanarum literarum patrocinium suscepit. Et alioquin cum ii etiam, qui Hebraïcarum literarum antiquitatem propugnant, Samaritanas nihilominus easdem esse atque Phœnicias, unde Græcæ literæ ortæ sunt, non diffiteantur; prius an posterius in Bibliis usurpatas fuisse dicant, nihil nostra interest.

IV. De formis Γ & Π. Eodem Libro secundo de prisca literarum Græcarum forma multa adtulimus, exque monumentis veterum figuras characterum varias expressimus. Γ vero literam, duplici forma in vetustissimis marmoribus & nummis occurrere diximus, nimirum Γ & Π. Sed observandum est priorem formam, in Ionicis Inscriptionibus, quæ sunt omnium, quas proferre possumus, antiquissimæ, unicam haberi, nimirum Γ: unde forte credatur esse vetustiorem alterâ.

V. De literis Ξ & Ψ. Singulare prorsus & contra quorumdam Grammaticorum opinionem est, quod ex marmoribus Baudelotianis circa literas Ξ & Ψ observamus; nimirum eas antequam in usu essent apud Græcos, (siquidem post sexdecim priores advectæ sunt,) per aspiratas literas, cum Σ conjunctas, expressas fuisse; videlicet Ξ per ΧΣ, ut in ΑΜΦΙΑΝΑΧΣ pro ΑΜΦΙΑΝΑΞ, & Ψ per ΦΣ, ut in ΟΦΣΙΑΔΕΣ, pro ΟΨΙΑΔΗΣ. Prioris autem literæ frequentia exempla suppetunt, ut videas eodem Libro secundo; posterioris autem unicum, nempe allatam vocem ΟΦΣΙΑΔΕΣ pro ΟΨΙΑΔΗΣ.

VI. De nummo Aëfillæ. Nummum Aëfillæ adtulimus cap. 2. in cujus antica caput Apollinis cum inscriptione ΜΑΚΕΔ, id est, Μακεδόνων; in postica vero, clava nodosa, tripus &c. cum inscriptione, AESILLAS, hac literarum forma. Circa illam vero Aëfillæ inscriptionem variæ sunt sententiæ: alii putant nummum ante rem Romanam cusum fuisse, vocemque Aëfillas Græcam vetustissimis Græcis characteribus exprimi: nam literas L & S apud veteres Græcos hac forma scriptas fuisse ex vetustissimis Marmoribus perspectum habetur; alii autem arbitrantur vocem illam AESILLAS Latine scriptam esse. Ego vero non ausim ad utramvis partem accedere: attamen ad formas Græcas L & S nummum Aëfillæ in exemplum attuli; & quidem nullo periculo, cum aliunde exploratum sit eas olim apud Græcos in usu fuisse.

VII. De literis ε, c, ω. Diximus literas Ε, Σ, Ω, ineunte Romano Imperio mutatas fuisse in ϵ, C, ω. Quæ autem de tali formarum commutatione variis in locis dicta sunt, hîc compendio referenda putamus. Formæ ϵ, C, ω, ante Romanum Imperium nusquam observantur in nummis & marmoribus: sed ineunte Romano Imp. in nummis Julii Cæsaris sub Augusto cusis, & in Augusti num-

mis formæ illæ ∈, C, ω adhibitæ deprehenduntur ; in iis maxime nummis, qui Smyrnæ percuſſi ſunt. Romæ item marmora, quæ quotidie eruuntur, quando Græcas inſcriptiones præferunt, has novatas formas fere ſemper habent : nummos enim Romæ Græce cuſos non novimus. Idipſum autem dicatur de aliis Occidentis partibus, ubi, vel a principio Romani Imperii, hæ novæ formæ admodum frequentantur ; vetuſtiores autem illæ E, Σ, Ω, rarius obſervantur, ac citius obſoleverunt. In Oriente vero a principio item Romani Imperii formæ ∈, C, ω, adhibitæ fuiſſe comperiuntur ; ſed rarius ſub Imperio Auguſti & Tiberii, poſtea vero uſque ad finem tertii ſæculi, utræque, nempe vetetes & novæ, paſſim obſervantur ; ita ut ſæpe in eadem inſcriptione utriuſque generis literæ reperiantur. Videnturque veteres illæ formæ in Oriente ad quartum & forte ad quintum uſque ſæculum adhibitæ interdum fuiſſe, in Tabulis ſcilicet marmoreis aut æneis. In nummis item utræque formæ occurrunt. Sed a fine primi Auguſtorum ſæculi C longe frequentius hac forma ſcribitur in nummis, unde Martialis,

Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma.

VIII. De Chyndonactis inſcriptione.

De Chyndonactis Inſcriptione Libro 2. cap. 7. acturi, eam ibidem repræſentari curavimus : explicationem vero nullam adjecimus, quod ſpes aliqua eſſe videretur poſſe me illam, aut meis aut amicorum oculis, accuratius in lapide ipſo diſpicere & examinare. Diu igitur multumque ſciſcitatus, quò tandem conceſſiſſet lapis ille ; Bernardi demum Monetæ Divionenſis, qui Pariſiis nunc verſatur, viri docti, horumque ſtudiorum amantiſſimi beneficio, rem ut modo ſubjiciam edidici. Præmittam ſolum, quæ de lapide primùm eruto enarrantur a Joanne Guenebaldo Divionenſi Medico in opuſculo cui titulus, *Le Reveil de Chyndonax* &c. Divione edito, anno 1621. poſt annos videlicet 23. quam lapis ille erutus fuerat.

Anno igitur 1598. ſecundâ Novembris, in agro Divionenſi, quingentis ferme ab urbe paſſibus, in loco dicto *Pouſſot*, dum vineam Guenebaldi ligone foderent quædam operæ, inciderunt in urnam lapideam rotundam, a ſuprema & ab ima parte planam. Erat autem urna altitudine pedis Regii, & pari diametro. In exteriori ſuperficie inſcriptum erat, X. V. In ima & plana urnæ ſuperficie inſcriptio mox adferenda legebatur, quæ duabus lineis in circulum poſitis conſtabat. Intra urnam lapideam erat altera vitrea, a collo & ab ima parte tenuior, a medio latior, in qua defuncti cineres cum oſſium particulis ſervabantur. In luce autem educta, iridis colores referebat, quod non arte quadam, ſed temporis decurſu & diuturnitate ſitus factum putatur. Idipſum enim quotidie obſervatur in urnulis vitreis, quæ Romæ variis in locis paſſim eruuntur.

Re undique pervulgata, eo viſendi cauſa concurſus factus eſt : acceſſerunt etiam ex longinquis partibus viri docti, inter quos Iſaacus Caſaubonus & alii ab eodem Guenebaldo in opuſculo ſuo memorati. Hujus inſcriptionis exemplum Jano Grutero tranſmiſſum eſt, ſed vitiatum : nam ut contendit Guenebaldus, inſcriptio a Grutero edita nec accurate ponitur, nec in forma literarum cum lapide conſentit. Sub hæc, anno 1621. in eamdem urnam & inſcriptionem Diatribam ſuam edidit is ipſe Joannes Guenebaldus, cujus erat lapis, idque Gallico vulgari idiomate, hoc titulo : *Le Reveil de Chyndonax Prince des Vacies Druydes Celtiques Dijonois*, &c. Poſteaque anno 1639 Andreas Taurellus, itidem Divionenſis, qui Bononiæ in Italia ſedes poſuerat,

Dissertationem Latine eadem de re edidit, ubi ea ipsa pene, quæ Gallico idiomate initio Diatribæ suæ Guenebaldus dixerat, Latine a Taurello enuntiantur. Taurelli autem Observationes confutavit vir eruditus Philippus a Turre in erudito Opere de Deo Mithra. Restat ut, quo demum abierit urna lapidea, enarremus. Ea anno 1628. adhuc in ædibus Guenebaldi extitisse refertur a Claudio Batholomæo *Morisoto* in Epistola sua ad Jacobum Gothofredum, quæ est Centuriæ prioris octogesima. Postea qua ratione inde translata fuerit ita narrat D. Philibertus de la Mare Senator Divionensis, Libro secundo vitæ Claud. Salmasii nondum editæ, cujus excerptum ab exemplari supra laudati Domini Bernardi Monetæ, ipso concedente, mutuati sumus.

„ Non ægre ab eo (Joanne Guenebaldo) impetravit Thuanus Inscriptionis „ apographum, quod ad Janum Gruterum harum rerum promum condum „ confestim transmisit, a quo postea in illo locuplete antiquarum inscriptio- „ num Thesauro insertum est pag. MCLIX. cum eo tamen lapsu ut Chyndona- „ ctis tumulum hunc Augustoduni servari scripserit, qui tamen Divione in „ Guenebaldi ædibus, ubi centies illum vidisse memini, semper servatus sit, „ donec obtinendæ Cisterciensis Præfecturæ spe Benignus Guenebaldi F. eum „ Richelio Cardinali dono dederit, a cujus obitu inter Sereniſſimi Principis „ Gastonis Aureliorum Ducis cimelia translatum esse dicunt. Sed quia hujus „ Epigraphes antiquitatem a nonnullis in dubium vocatam fuisse audio, quasi „ Guenebaldus huic tumulo, certæ alioqui apud omnes, nec dubiæ antiqui- „ tatis, Græcos incidi characteres curasset, qui in eo condi Chyndonactis ci- „ neres fabularentur, hoc unum ad evincendam illorum opinionem dixisse „ satis sit, tot tantisque viris probatam fuisse hanc Græca scribendi rationem, „ ut dubio locus esse amplius non possit. Adde quod peritissimus harum re- „ rum Claudius Salmasius, omni exceptione major, & quidem oculatus non „ semel testis, inscriptionem hanc veluti sinceram ac legitimam suis in Epi- „ ctetum & Simplicium notis & animadversionibus laudaverit, ut cinerum & „ reliquiarum corporis cum ipsis manibus & anima, cujus illi cineres fuerunt, „ conjunctionem intercedere veteres credidisse adstrueret : qui Manes & ani- „ mam lædi putarent cum ossa violarentur, aut cineres dissiparentur, vel etiam „ indiligentius tractarentur.

Characteres autem Inscriptionis alio modo refert Gruterus ; alio & longe diverso Guenebaldus nempe sic,

Grut *Chyndonactis Inscript.* *Gueneb*

ΜΙΘΡΗC ΕΝ ΟΡΤΑΔΙ CΩΜΑ
ΤΟ ΧΩΜΑ ΚΑΛΥΠΤΕΙ
ΧΥΝΔΟΝΑΚΤΟC ΙΕΡΕΩΝ
ΑΡΧΗΓΟΥ ΔΥCΕΒ ΑΠΕΧ
ΛΥCΙΟΙ ΚΟΝ ΟΡΩC

ΜΙΘΡΗC ΕΝΟΡΓΑΔΧΩΜΑ
ΤΟ CΩΜΑ ΚΑΛΥΠΤΕΙ
ΧΥΝΔΟΝΑΚΤΟC ΙΕΡΕΩ~
ΑΡΧΗΓΟΥ ΔΥCΕΒ ΑΠΕΧΟΥ
ΛΥCΙΟΙ ΚΟΝ ΟΡΩC

Gruterus

Gruterus ut ab Amerio Thuano acceperat edidit ; Thuanus aliena manu & fide uſus eſt. Guenebaldus vero, penes quem lapis erat, ac cui fortaſſe magis credendum videatur, multos nævos in Gruterano apographo annotavit ; nempe ⊟ *Theta*, ſic quadratum exhiberi, cum ſit in lapide rotundum, & O ſimiliter : ω ſic pluries repræſentari ⊓, quod tamen ſic in lapide jaceat Ω : literam P a vertice quadratam deſcribi ſic ꟼ, quæ rotunda ſit in urna : Υ hac forma depingi ⅄, cum ſic exſtet in lapide ⅄. Adjeciſſet etiam duos ſemicirculos τὸ B in Gruterano Theſauro quadratos repræſentari, ſecus quàm in Edito ipſius Guenebaldi. Præter characterum formas vitiatas, hos item lapſus in Gruterana inſcriptione notat Guenebaldus : I additum in voce ΟΡΓΑΔ, ubi punctum habetur ; I contra ſublatum a voce ΟΡΩΣΙ, licet extet in lapide. Ν adjectum poſt vocem ΙΕΡΕΩ &c.

Hic autem hærere me fateor circa literarum formas Gruteranas. Etenim ne vitia in Scribam imperitum referam, vetant illæ formæ quadratæ veteres, quæ in marmoribus remotiſſimæ antiquitatis non infrequenter occurrunt, ut in Palæographiæ decurſu deprehendes. Illæ vero, uno excepto ω, quod nuſquam ita ſcriptum ⊓ vidi, vetuſtiſſimi ſunt uſus. Si igitur Scriba, quiſquis ille fuerit, indiligenter exſcripſiſſet, literas rudi more efformaſſet, non autem antiquas illas formas, quæ nonniſi peritis notæ ſunt, pro veris ſubſtituiſſet. Quare conſulto, & ut falleret ſic literas effinxerit neceſſe eſt, vel is qui exſcripſit, vel ipſe Gruterus, cui tranſmiſſum apographum eſt.

Quid quod Guenebaldus, ne quidem ſecum ipſe conſentit ? nam bina inſcriptionis ejuſdem ſchemata, quæ edi curavit ; alterum in ære cum urnæ figura, alterum in lignea tabula, formâ literarum non parum inter ſe differunt. In poſtremo quippe, quod ſupra repræſentavimus, Χῶμα ſcribitur per X, in altero per K κῶμα : hanc vero poſtremam lectionem ipſe in decurſu opuſculi ſui ubique ſequitur, ut nulla ſubſit Typographici mendi ſuſpicio. ΤΟ CΩΜΑ ſic ſcribitur ſupra ; ſed in altero Guenebaldi ſchemate ΤΩ CΩΜΑ. In voce ΚΑΛΥΠΤΕΙ, poſtrema ſyllaba ſic in uno ſolutis literis legitur ; in altero autem ſchemate Τ & Ε ſic junguntur ⊧. Ad vocem ΙΕΡΕΩ pro ἱερέων ſupra, loco τὸ Ν lineola circumflexa ſcribitur ; at in altero Guenebaldi exemplo duæ lineolæ ſic poſitæ *ıı* literam Ν pene exprimunt. Demum in poſtrema voce, ΟΡΩσι, *Sigma* hac recenti, & ſane ſuſpecta mihi figura, delineatur, *Iota* vero virgulæ formâ ſcribitur ; at in altero Guenebaldi ſchemate hæc confuſe lineolis rectis depinguntur. Cum igitur Gruteranas Guenebaldus formas repudiet, neque ipſe tamen ſibi conſtare videatur, quæ germana horum characterum forma ſit, nondum ſatis perſpectum habemus. Ut ut vero ſit de literarum figura, Guenebaldus ita legit,

Μίθρης ἐν ἐργάδι (κῶμα) ὃ σῶμα καλύπτ[ει]
Χυνδόνακτος ἱερέων ἀρχηγοῦ.
Δυσεβὴς (ſic) ἀπέχου Λύσιοι κόνιν (κόνιν) ἔρδουσι.

Id eſt,

In luco Mithræ hic tumulus corpus tegit Chyndonactis Sacerdotum Principis. Impie abſtine, Lyſii cineres tuentur.

Duæ autem literæ XV, in exteriori urnæ ſuperficie inſculptæ, Χυνδόνακ[τος] indicant.

In dubium a nonnullis vocari & a Guenebaldo confictam exiſtimari

Chyndonactis inſcriptionem narrat ſupra Philibertus de la Mare ; ſed ejus γνησιότητα aſſerere nititur. Verum multa ſunt ibi, quæ commentum oleant. Primo enim illa characterum varietas, & diſcrimen quod Gruteranas inter formas & Guenebaldicas ; itemque inter Guenebaldi ligneas & ejuſdem æneas, intercedit, neſcio quid ſuſpicionis adfert. Abbreviandi modus in vocibus δυσθ. pro δυσθεὲς, vel melius δυαιθεὲς, χθν. pro χθονὶν, ὀργάδ. pro ὀργάδι, inuſitatus omnino peregrinuſque videtur. Metri ratio perplexa & imperiti hominis eſt, qui nec breves nec longas teneat.

Ad hæc, quod Μίθρης pro Μίθρᾳ Guenebaldus ſcripſerit, ex ignorantia profectum videtur: in marmoribus quippe omnibus Mithras deus, non Mithre dea celebratur. Λυσίων vero Θεῶν mentionem induxit, de quibus Plato his verbis Lib. de Republ. 2. αἱ τελεταὶ αὖ μέγα δυώασται, καὶ εἰ Λύσιοι θεοὶ. i. *Expiationes & expiatorii Dii multum poſſunt:* quamquam id fortaſſe Guenebaldus non ex Platonis, quem Latine tantum legebat, fontibus hauſerit ; ſed ex Budæi potius Commentariis ; unde quæ refert de diis geniiſque ἀλεξικάκοις, ἀποτροπαίοις, λυσίοις, φυξίοις, manifeſto corraſit. Hæc porro formula, λύσιοι χθονὶν ὁρῶσι, prorſus extranea eſt, nec uſpiam, opinor, viſa. Ipſaque vox λύσιοι pro diis Manibus ſignificandis in nullo hactenus monumento obſervata fuit. Plura poſſem adjicere, quæ Guenebaldum ipſum inſcriptionis auctorem eſſe arguant. Verum hæc ſatis ſunto, ut quivis vel mediocriter cautus nobile commentum ſubodoretur.

IX. De Diphthongo, υ. Diximus eodem Libro ſecundo cap. 7. Diphthongum υ hac forma, quæ a nono ſæculo in Manuſcriptis Codicibus frequentatur, reperiri in nummis tertii ſæculi: duoque exempla adtulimus ex Muſæo illuſtriſſimi Domini Foucaut. Poſtea vero duo alia indidem excerpta nacti ſumus, quæ hic apponere juvat.

In nummi cujuſdam antica facie, capita Juliæ Mæſæ & Elagabali adverſa, cum inſcriptione,

ΑΥΤΚΜΑΥΡΑΝΤΩΝΕΙΝΟCΑΥΓΙΟΥΛΙΑ ΜΑΙCΑ ΑΥΓ.

In poſtica typus fortunæ cum cornucopia & temone : inſcriptio vero ſic habet,

ΥΠΙΥΛΑΝΤCΕΛΕΥΚΟΥ ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ : ſic vero plenis vocibus legitur, ὑπὸ Ἰουλίου Ἀντωνείνου Σελεύκου Μαρκιανοπολιτῶν, i. *Sub Julio Antonino Seleuco, Marcianopolitarum.* Ibi vero Ιυλ. ſic legitur.

Alter nummus in antica habet caput Alexandri Severi, & hanc inſcriptionem,

ΑΥΤΚΜΑΥΡCΕΥΑΛΕΞΑΝΔΡΟC.

In poſtica mulier ſtolata dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ haſtam, atque ita legitur

ΗΥΜ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΟΥΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ, ſic vero legitur, ἡγουμόνος Τερεβεντίνου Μαρκιανοπολιτῶν. *Præſide Terebentino Marcianopolitarum.* Ubi in voce Ηγουμ. υ ſic ſcribitur.

Id porro monitum Lectorem velim, me cum inſcriptiones illas Numiſmatum aut Tabularum marmorearum adtuli, partim ex iis, quæ viſu perceperam, partim ex ſchedis amicorum, partim etiam ex Libris editis, characterum formas deſumſiſſe. Quæ meis ipſe oculis vidi, pariterque ea, quæ ab amicis probatæ fidei accepi, illa ſane accurate, quantum licuit, expreſſa fuere : quæ autem ex editis Libris acceſſerunt, pauca ſane ſi cum prio-

ribus comparentur, non ſemper ad fidem marmorum edita fuerunt. Quamobrem in duabus inſcriptionibus, quas ex Grutero excerptas edidi Libr. 2. cap. 7. p. 175. literam ϛ hac forma non ſine ſuſpicione protuli. Nam Gruterus ab aliis accepit, & Typographus formis vulgaribus ϵ expreſſit: dubiumque eſt an ſic in ſchedis delineatum repererit; an vero, quia non ſuppetebant formæ iis, quæ in ſchedis ferebantur, ſimiles, ex typis officinæ ſuæ characterem, qui proxime ad formam ſchedarum accedebat, adhibuerit; neglecta parva, ut putabat ipſe, quæ intercedebat inter utrumque, differentia.

X. De Abraxæis figuris.

De Abraxæis figuris ac literis eodem Libro ſecundo cap. VIII. non paucis diſſeruimus. Rem vero notatu dignam ibi prætermiſſam indicare lubet: nempe omnia illa ſymbola, literas, animaliumque formas, vulgo in gemmis & lapillis inſculpta reperiri; ſed interdum, licet rariſſime, eadem ipſa in nummis æreis repræſentari. Tria quatuorve hujuſmodi me in Italia vidiſſe memini, quæ, ni fallor, ad Baſilidianorum ſymbola pertinent. Unum hic adferam, cujus ectypum Romæ manu propria delineavi: ubi in altera facie noctua expanſis alis, cum duabus ſtellis & circulo, quem puto lunam repræſentare; in altera vero, luna item ſubjunctis quinque literis Γ, C, Φ, T, Π, qua forma in ſchemate exhibentur.

Apud Petrum Donatum.



Hoc autem ſymbolum ad quamdam noctis horam pertinuiſſe veri ſimile eſt. Nam ut Baſilidianos ad ſingulas diei horas aſſignata quædam ſymbola habuiſſe putamus; ut eodem loco diximus, ubi cujuſque horæ typum ex Libro plumbeo, non dubiis, ut exiſtimo, conjecturis protulimus; ſic pro ſingulis noctis horis, quædam item ſigna habuiſſe veri ſimile eſt. Quid autem ſibi velint literæ in altera nummi facie inciſæ, nondum ſatis perſpectum habemus. Cæterum hic nummus non percuſſus eſt, ut alii nummi ſolent; ſed figuræ & literæ ſtylo inſculptæ ſunt.

XI. De literis Uncialibus

Libro tertio de characteribus Librorum agitur; de iis ſcilicet, qui *literæ unciales* vocantur: qua voce neſcio an quiſpiam ante Hieronymum ſit uſus; de auctoribus loquor quorum ſcripta ſuperſunt: ſiquidem ante Hieronymum adhibitam fuiſſe, ipſe Hieronymus ſuadet in Præfatione Libri Job: *Habeant*, inquit, *qui volunt veteres Libros, vel in membranis purpureis, auro argentoque deſcriptis, vel uncialibus, ut vulgo aiunt, literis, onera magis exarata, quam Codices.* De vocis autem origine non ita conſtat; plerique putant, Unciales dictas literas fuiſſe, eas quæ pollicis craſſitudinem haberent, quia duodecim pollices quibus pes conſtat pro duodecim unciis habentur. Sed ſi hoc unquam modo ſcriptitatum fuerit, quantæ molis codicem fuiſſe putes eum, qui Homeri Iliada uncialibus literis exaratam complexus ſit? Alteram vocis ejus explicationem, & quidem veri ſimiliorem nobiſcum communicavit ſupra laudatus Bernardus Monetæ, quæ ſic habet. Corpus omne, res omnis, ait optimè Budæus Lib. de Aſſe I. in aſſem dividi ſolebat, qui deinde in duodecim "

» partes ſive uncias dividebatur. Ita pes, menſuræ genus, cum pro aſſe habe-
» batur, duodecim, quibus conſtabat, pollices, duodecim unciarum loco
» erant. Ita cum Alphabetum, quod 24. literas apud Græcos continet, tan-
» quam as quidam ſpectabatur, ac in 12. partes dividebatur ſive uncias, ſeque-
» batur quamlibet literam ſemunciæ tantum rationem habuiſſe: unde factum
» eſt ut quæ literæ communibus altero tanto majores erant, jam non ſemun-
» ciales ut reliquæ, ſed unciales ob inſignem illam magnitudinem dicerentur.

Ut ut vero ſit de prima vocis origine, unciales literas hodierno uſu dicimus eas in vetuſtis Codicibus, quæ priſcam formam ſervant, ac ſolutæ ſunt, nec mutuo colligantur. Hujuſmodi literæ unciales obſervantur in Libris omnibus ad nonum uſque ſæculum. Nono quippe ſæculo finem fecerunt Græci uncialibus literis ſcribendi; ita ut ne unum quidem Codicem viderim, aut alicubi exſtare compererim uncialibus literis deſcriptum, qui poſt nonum ſæculum exaratus fuerit: exceptis tamen Libris Chori & Eccleſiæ uſui deputatis, qui decimo atque undecimo, ac forte poſterioribus ſæculis, uncialibus & paulo majoribus literis ad facilius legendum, additis etiam notis ad cantum, deſcripti ſunt. Ex his autem poſterioribus nullum hactenus aut inſpexi, aut alicubi eſſe didici, qui poſt undecimum ſæculum exaratus eſſet.

Quarto Libro de charactere ligato, ſive ductu calami conjuncto, verba facimus, ac ſæculorum noni, decimi, undecimi, duodecimi, decimi-tertii, decimi-quarti ſpecimina damus; & quidem excerpta ut plurimum ex Codicibus anni notam ferentibus. Inter vulgaris Scripturæ exempla, Arcanarum literarum alphabeta cum explicatione proferimus; earum videlicet, quarum frequens eſt Calligraphis uſus, nec tamen ab ullo uſpiam lectæ fuiſſe videntur. Demum claudimus Alphabeto generali: ubi formas omnes ſingularum literarum per temporis ordinem locamus.

Liber quintus Abbreviationes cujuſvis generis, Monocondilia, ſive Monocondylia, (nam utroque modo legitur,) notas artium ignotas & intactas hactenus, complectitur: quas ſummo labore & ſtudio ex variis Codicibus exſumptas, Lectori benevolo pergratas perque jucundas fore ſperamus. Quia vero in notis Myriadum erratum perſæpe fuiſſe credimus, rem ibi brevius fortaſſe, quam par erat, pertractatam, viſum eſt hic pluribus explanare.

XII. De Notis Myriadum.

Notæ numerales, ſive literæ numeris deſignandis conſtitutæ, a Grammaticis & *Lexicariis* adferuntur; ita ut α', *unum* ſignificet; β', *duo*; γ', *tria* &c, ut vel tirones norunt. Pro denario autem numero, ι', *decem*, ια', *undecim* &c. pro centenario, ρ', *centum*, σ', *ducenti* &c. Pro millenario α, *mille*; β, *bis mille* &c. Cum hac autem numerandi methodo hactenus conſentit Codex Regius 2724. qui anno mundi 6191. ſecundum Græcorum calculum; Chriſti autem 1183. ſcriptus eſt, & quidem a perito Calligrapho, qui Ærarii generalis Conſtantinopolitani Acta evolvere, ex iiſque varia excerpere ſe profitetur. Is autem myriadas ſive dena millia longe alia ratione notat, quam ſolent Grammatici: illi quippe dena millia ſic ι, vicena millia κ; 30000 λ, notant. Hic autem ſic, α̈ dena millia, ſive myriadem unam, β̈, 20000, ſive myriadas duas, γ̈, 30000. ſive myriadas tres, ῑ̈, 100000, ſive decem myriadas, ια̈ 110000, ſive undecim myriadas, ιβ̈, 120000, ſive duodecim myriadas, & ſic de reliquis; ita ut quando plures numeri ſimul ponuntur, duo puncta poſtremæ ſemper literæ numerali ſuperſcribantur. ρ̈ autem centum myriadas, ſive 1000000. ſignificat, ρῑ̈ centum & decem myriadas. ρια̈ centum & unde-

cim myriadas, & ſic de reliquis σ̈, ducentasmyriadas τ̈ trecentas &c. Millia autem myriadum ſic notantur α̗̈, mille myriades; ͵β̈ bis mille myriades &c. Si autem millenario alii numeri adjungantur, duo puncta poſtremo numero ſuperſcribuntur, verbi gratia θ͵ϡ δ̗θ̈, novem mille nongentæ nonaginta novem myriades: ubi ſemper intelligas myriadas ſingulas dena millia ſignificare. Ubi autem ultra poſtremum hunc numerum, videlicet ad myriadas myriadum, pervenitur, tunc plenis vocibus, non autem notis, numeratur ſic, μύρια μυριάδες. Nec ultra numeros perſequitur ille, quiſquis fuerit, Calligraphus. Ego vero ſuſpicor numeros, qui plerumque apud veteres Scriptores non quadrare videntur, ex hujuſmodi notarum ignoratione vitiatos ſæpe fuiſſe. Hæc porro deſumta fuerunt ex opuſculo ejuſdem Codicis, cui titulus, περὶ λογισμῶν, id eſt, *de librarum ſupputationibus*. Incipitque fol. 21. verſo.

Eam quidem numerandi rationem memorat Joachimus Camerarius, & poſt eum Georgius Heniſchius in opuſculo de Numeratione multiplici, ubi tamen non omnia explicat ut ſupra, & in centenariis myriadum peccat ſemper: nam centum myriadas notat per 100000, id eſt *centum millia*, ducentas myriadas, *ducenta millia*, & ſic de reliquis omnibus centenariis myriadum. Sed quoniam ille notis numeralibus, non modo myriadas myriadum, ſed etiam longe ulteriores numeros, notis diſtinguit: quæ notæ in Codice Regio, de quo ſupra, non habentur, viſum eſt hic ejus locum totum adferre. Sic autem habet p. 56. *Alii inter quos Camerarius, ſecundam Nonariam aliter notari tradunt. Ibi enim novum limitem incipiunt, quem quintum & μυριαδικῶν ſeu μυριοπαδικῶν ἁπλῶν vocant, qui complectitur decem mille, centum mille, decies millies millia, hoc modo* ᾱ, 10000. β̄, 20000. γ̄. 30000. δ̄. 40000. ε̄, 50000. ϛ̄, 60000. ζ̄, 70000. η̄, 80000. θ̄, 90000.

ῑ, 100000. κ̄, 200000. λ̄, 300000. μ̄, 400000. ν̄, 500000. ξ̄, 600000. ο̄, 700000. π̄, 800000. ϟ̄, 900000.

ρ̄, 100000. (*ſic male & in ſequentibus*) σ̄, 200000. τ̄, 300000. ῡ, 400000. φ̄, 500000. χ̄, 600000. ψ̄, 700000. ω̄, 800000. ϡ̄, 900000.

͵α̗̈, 10000000. ͵β̗̈, 20000000. ͵γ̗̈, 30000000. ͵δ̗̈, 40000000. ͵ε̗̈, 50000000. ͵ϛ̗̈, 60000000. ͵ζ̗̈, 70000000. ͵η̗̈, 80000000. ͵θ̗̈ 90000000. *Sextum faciunt iidem* μυριοπαδικῶν διπλῶν, *hoc modo.*

α̗̈̈, 100000000. β̗̈̈, 200000000. γ̗̈̈, 300000000. δ̗̈̈, 400000000. ε̗̈̈, 500000000. ϛ̗̈̈, 600000000. ζ̗̈̈, 700000000. η̗̈̈, 800000000. θ̗̈̈, 900000000. & ita deinceps. Hæ ſunt μύρια μυριάδες. Sic γ̗̈̈, τρισμύρια μυριάδες; vel χιλιοντάκις ἑνεάκις μύρια μυριάδες. *Sic deinceps incrementa numeri punctis notantur, ut* μυριάκις μυρίαι μυριάδες α̗̈̈. *qui eſt numerus* μυριοπαδικῶν τριπλῶν, &c. Hactenus Georgius Heniſchius poſt Camerarium & alios. Hæc vero numerandi ratio, quam in nullo umquam Codice manuſcripto uſurpatam vidi, cum ea quæ ſuperius ex Codice Regio allata eſt, in quibuſdam convenit, in aliis vero ſecus, ut quiſque videre poſſit.

De ſexto Libro, ubi de Re Diplomatica Græca: itemque de ſeptimo, ubi Deſcriptio montis Atho, vide quæ diximus in Præfationibus, ad ſingulos.

De Indictionum numeris, interdum mendoſis.

In notis Indictionum ſæpe peccatum aut variatum fuiſſe, jam multi viri

docti animadverterunt : quare nihil mirum ſi in tanta Indictionum ſylva, quantam, ex Codicibus excerptam, præfert hæc Palæographia, aliquot reperiantur ſecus poſitæ, quam in Calculis & Tabulis chronologicis habentur. Perſæpe autem hæ Indictionum varietates ex Calligraphis ortæ ſunt, qui aut errabant in numero, aut cum ad poſtremos præcedentis Indictionis menſes devenerant, ſubſequentis anni Indictionem annotabant, vel contra ſi ineunte anno ſcriberent, præcedentem Indictionem ponebant. Indictionem vero pariter & annum, ut ex ſupra memorato Codice Regio ſtatuitur Libro quinto cap. 4. primâ Septembris incipiebant. Sic exempli cauſa, nota Leonis Clerici Ægyptii p. 48. annum mundi præfert 6509. hoc eſt Chriſti 1001. Indictionem vero 13. & tamen ea eſt 14. ſed quia ineunte anno ſcripſit Leo, præcedentis anni Indictionem notavit.

Pag. autem 49. ad annum 1045. a Theopempto Calligrapho notatur indictio 12. quæ eſt 13. Ibidem in nota ſequenti ejuſdem anni Indictio 3. ponitur : ſed ex ſubſcriptione pene deleta puto excidiſſe ι ante γ'. & prius ιγ'. ſcriptum fuiſſe ; id eſt, *Indictione decima-tertia.*

Pag. 56. ad annum 1276. Calligraphi lapſu ſcribitur Indictio 10. quæ eſt 4. Sic autem legas ibi, & in Græco, δ'. Ibidem ad eumdem annum notatur Indictio 14. quæ eſt 4.

Pag. 71. ad annum 1364. notatur Indictio quinta & eſt ſecunda, & ad annum 1366. notatur Indictio nona, quæ debet eſſe quarta. Binas autem exſcripſi ex catalogo Bibliothecæ Laurentianæ, ubi fortaſſe mendum.

Pag. 73. ad annum 1382. legitur Indictio undecima : eſt autem quinta.

Pag. 77. ad annum 1427. in Catalogo Laurentiano legitur Indictio octava, eſt vero quinta.

Pag. 78. ad annum 1435. legitur Indictio ſecunda : eſt autem 13.

Pag. 83. ad annum 1467. lege Indict. 15. & ad annum 1475. lege Indict. 8.

Pag. 303. legitur Indictio quarta, & eſt ſecunda.

RECENSIO OMNIUM, QUAS QUIDEM novimus Bibliothecarum Græcarum, tam veterum, quam recentiorum in quibus manuſcripti Codices habentur.

NON abs re, nec præter inſtitutum noſtrum fore duximus, ſi Bibliothecarum omnium Græcarum, quæ vel olim extiterunt, vel etiam hodie, manuſcriptis Græcis inſtructæ, variis in locis habentur, recenſionem aggrediantur : addito etiam, quantum licebit, Librorum manuſcriptorum numero. Jam vero multi de Bibliothecis ſcripſerunt, quorum lucubrationibus, ad hanc novam brevemque inſtituendam Bibliothecarum Græcarum deſcriptionem uſi ſumus, quamplurimis adjectis, quæ nos ipſi tum apud Scriptores veteres, tum in ipſis hodiernis Bibliothecis collegimus.

Vetuſtiſſima omnium, quas memoratas apud Scriptores comperimus, Bibliothecarum Græcarum, fuit illa PISISTRATI, olim Athenarum Tyranni, qui, ut ait A. Gellius, *Libros Athenis diſciplinarum liberalium publice ad legendum præbendos primus poſuiſſe dicitur : deinceps curioſius accuratiuſque ipſi Athenienſes auxerunt : ſed omnem illam poſtea Librorum copiam Xerxes Athenarum potitus, urbe ipsâ præter arcem incenſa, abſtulit aſportavitque in Perſas. Hos porro Libros univerſos multis poſt tempeſtatibus Seleucus Rex, qui Nicanor appellatus, referendos Athenas curavit.*

POLYCRATEM quoque Samium, EUCLIDEM Athenienſem, NICOCRATEM Cyprium & EURIPIDEM, libris coacervandis nobiles fuiſſe refert Athenæus, lib. 1. c. 2.

In CNIDO etiam una Cycladum inſula, Bibliotheca conſtituta fuit, quam Hippocrates, ut quidam dicunt, ex invidia, quod Cnidii medicinæ ſectam ſuæ contrariam profiterentur, concremavit. Vide Soranum in vita Hippocratis & Zwingerum. Hujus vero Bibliothecæ primordia ignorantur.

CLEARCHUS Heracleæ Ponticæ Tyrannus, unus ex diſcipulis Platonis, cujus in Heraclienſes ſævitiam pluribus narrat Juſtinus, libro 16. Bibliothecam comparavit, atque ea re magnam conſequutus laudem eſt.

ARISTOTELIS Bibliothecam ejuſque fortunas ita deſcribit Strabo, lib. 13. *Protulit Scepſis Socraticos Eraſtum & Coriſcum, & Neleum Coriſci filium, qui auditor fuit Ariſtotelis & Theophraſti, & ejuſdem Theophraſti Bibliothecam ſucceſſione nactus eſt, in qua Ariſtotelis etiam Bibliotheca fuit : nam Ariſtoteles ſuam Theophraſto tradidit, cui & ſcholam reliquit. Primus omnium, qui nobis ſunt noti, Libros collegit Ariſtoteles : idque Ægypti reges facere docuit. Theophraſtus Neleo tradidit. Hic libros Scepſin translatos, ineruditis hominibus reliquit, qui libros incluſos negligenterque jacentes tenuerunt : cumque Attalicorum Regum ſtudium intelexiſſent, quibus Scepſis parebat, conquirentium libros ad inſtruendam Pergami Bibliothecam, ſub terra ſuos in foſſa quadam occultaverunt. Ibi ab humore & blattis vitiatos, tandem qui ex ea erant ſtirpe Ariſtotelis Theophraſtique libros Apelliconi Teio magna pecunia vendiderunt. Tenebatur is Apellico librorum amore magis, quam Philoſophiæ ſtudio : quamobrem laceræ ſcripturæ reſtaurationem quærens, in nova libros tranſtulit exempla, lacunaſque imperite reſarcivit, ac libros edidit mendorum plenos. Uſu venit Peripateticis antiquis, qui poſt Theophraſtum vixerunt, cum libris*

carerent, paucosque dumtaxat, præcipue exotericos, haberent, ut nulla de re exquisite pertractando philosophari posſent; sed tantum de propositis disputarent. Qui vero post editos hujusmodi libros extitere, facilius quidem philosophari & Aristotelem imitari potuerunt: sed ob mendorum multitudinem multa conjectando dicere cogebantur. Multum huc etiam Roma contulit: statim enim a morte Apelliconis, Sylla cum Athenas cepisset, Bibliothecam illius recepit: quæ cum Romam esset allata, Tyrannio Grammaticus a Bibliothecæ præfecto obtinuit, ut sibi eorum usus permitteretur, (homo Aristotelis studiosus,) & Bibliopolæ quidam ineptis usi Librariis, neque cum exemplaribus comparantes, quod & aliis libris exscriptis vendendi causa tum Romæ tum Alexandriæ (factum est) &c. Hunc Strabonis locum, utpote prolixiorem, Latine tantum protulisse satis esto.

SMYRNÆ vero Bibliothecam fuisse ita narrat Strabo, lib. XIV. *Hodie omnium est urbium pulcherrima: pars ejus in monte structa muris præcincta est, maxima autem ejus pars in planicie ad portum & magnæ Matris Templum & gymnasium: vici varii & quantum fieri potuit recta linea diducti: viæ lapidibus stratæ, porticus magnæ & quadratæ, partim in plano, partim in editis contignationibus. Est & Bibliotheca, & Homerium (Ὅμηρον) porticus quadrata, Templum habens Homeri ejusque simulacrum. Nam Smyrnæi quoque Homerum sibi acriter vendicant: & numisma æneum apud eos Homerium vocatur.* Hujus loci versionem in multis vitiatam emendavimus: &, brevitatis causa, Græca prætermisimus.

APAMEÆ quoque ad ostia Marsyæ positæ Bibliothecam viginti millia voluminum fuisse tradunt: quæ maxima ex parte Græca fuisse putantur. Hujus Bibliothecæ principia ignota.

Sed illas omnes longe superavit ALEXANDRINA Bibliotheca, quam primus paravit Ptolemæus Philadelphus Rex Ægypti, insignis Musarum patronus, ideoque Poëtarum scriptis non immerito celebratus. Hic conquisitis vario linguarum genere Codicibus, non apud Græcos modo, sed apud Æthiopas, Indos, Persas, Babylonios, Assyrios, Chaldæos, Phœnicas, Romanos, tantum librorum numerum collegit, ut ad septingenta demum millia pertigisse dicantur: cujus in coëmendis libris liberalitas, vel ex hoc uno facto prædicatur. Cum Athenienses frumenti inopia premerentur, non prius alimenta concessit, quam sibi tragœdiarum Sophoclis, Euripidis, & Æschyli autographa tradidissent: pro iisque quindecim argenti puri talenta oppignoravit: quibus acceptis, apographa exquisite eleganterque exarata remisit Athenas, civitatem ea summa XV. talentorum donavit, quam in pignus acceperat. Is ipse sacros Hebræorum libros in Græcam linguam transferri curavit: qua de re infinita prope a viris doctis disputata fuerunt. Sed ea omnia volumina, inquit A. Gellius, numero pene septingenta millia, bello Alexandrino, *dum diripitur ea civitas, non sponte, neque opera consulta, sed a militibus forte auxiliariis incensa sunt.* Sic item Ammianus Marcellinus, lib. 22. sed Seneca quadraginta solùm millia incensa refert.

Huic accensenda Bibliotheca altera in Ægypto, quæ SACRA appellabatur: in cujus vestibulo scriptum erat, ἰατρεῖον ψυχῆς; id est, Medicinalis animæ officina.

Aliam item in SEBASTIO, sive Augusti Templo, Bibliothecam memorat Philo Judæus, de legatione ad Caium.

ATTALUS & EUMENES Pergami reges Bibliothecam ingentem collegerunt, quam, ut Plutarchus scribit, ducentis librorum millibus constantem

M. Antonius

M. Antonius Cleopatræ dedit. Sed poſtea Romam tranſvecta fuiſſe putatur.

ÆMILIUS PAULUS, devicto Perſeo Rege & ſubacta Macedonia, Libros Regios Romam deportavit, quos filiis ſuis literarum ſtudioſis legendos tradidit.

Celebratur item Bibliotheca LUCULLI, qui bello Mithridatico ſtrenue perfunctus, libris reponendis ſplendida ædificia Romæ conſtruxit, quæ perpetuo patebant ſtudioſis omnibus, etiam advenis, tamquam amœniſſimum Muſarum diverſorium. Erat autem hæc Bibliotheca librorum copia & elegantia inſignis. Eo confluebant viri docti ex Græcia, Arabia variiſque gentibus, & aſſidente Lucullo de Philoſophia diſputabant. Qua re ſibi Lucullus æternam gloriam comparavit.

M. Terentius VARRO Ciceronis familiaris Bibliothecam habuit, & quidem Græcis, ut putatur, libris inſtructam. Si quidem Cicero Varronem, utpote Græcè doctum, Græcis paſſim verbis alloquitur libro IX. Epiſtolarum ad Familiares.

Huic adjungenda ipſius M. Tullii CICERONIS Bibliotheca, quæ, perinde atque aliæ omnes Romanæ illo tempore, libris multis Græcis inſtructa erat. Suæ vero Bibliothecæ meminit Cicero pluribus in locis.

QUINTUS item CICERO, frater Marci Bibliothecam habuit, de qua idem Marcus ad Quintum fratrem, *de Bibliotheca tua ſupplenda, libris commutandis, Latiniſque comparandis, valde velim iſta confici.*

T. POMPONIUM ATTICUM Bibliothecam habuiſſe dicit M. Tullius Cicero Ep. ad Atticum, l. I.

Puteolis Bibliothecam FAUSTI fuiſſe memorat Cicero Epiſt. ad Atticum, l. 4. *Ego*, inquit, *hic paſcor Bibliotheca Fauſti.*

DIDYMUS ALEXANDRINUS, qui Ciceronis ætate floruit, tria millia & quingenta volumina conſcripſiſſe dicitur. Is Χαλκέντερος, *Chalcenterus*, ſive æneus venter ab aſſiduitate ſcribendi vocabatur, itemque βιβλιολάθης, quod, cum hiſtoriæ cuidam ut vanæ repugnaret, ejus quidam Liber prolatus eſſet, qui eam hiſtoriam a ſe ſcriptam contineret.

Admiranti vero, inquit Michaël Neander, & cauſam quærenti, quomodo « unus homo tantum legere, tantum conſcribere potuerit, Damaſcius, quicum- « que ille fuit, reſpondebit ubi ait, στοιχεῖα πρῶτα μέγιστα τῶν ὄντων πολυπράμο- « νος ἱστορίας, ἔρως, φιλοπονία, ἀγχίνοια. *Prima & maxima elementa multiplicis rerum* « *cognitionis, ſunt ſtudium, laboris amor, ingenii acrimonia.* Atque hæc ſunt, quæ « noſtra ætate & veterum & recentium ſcripta nobis exhibent. «

Credibile eſt illos pariter vitiiſque jociſque «
Altius humanis exeruiſſe caput. «
Non Venus & vinum ſublimia pectora fregit, «
Officiumque fori militiæque labor. «
Nec levis ambitio, perfuſaque gloria fuco «
Magnarumque fames ſollicitavit opum. «

ASINIUS POLLIO, hoc genere laudis cæteros omnes Romanos, qui ante ſe fuerant, antecelluit, qui Romæ in atrio Libertatis publicam Bibliothecam inſtituit, eamque doctorum Imaginibus exornavit, inter quas eminebat M. Varronis, Romanorum doctiſſimi, adhuc ſuperſtitis Imago. V. Plin. l. VII. c. 30. & l. 35. c. 2. Is autem, nempe Aſinius Pollio, videtur exſecutus ea, quæ JULIUS CÆSAR in animo habebat, quæque haud dubie perfecturus erat, niſi fato præoccupatus fuiſſet, nempe, ut ait Suetonius, *Bibliothecas Græcas &*

Latinas, quas maximas poſſet, publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Niſi forte melius dicatur idipſum feciſſe OCTAVIUM AUGUSTUM de quo Suetonius: *Addita porticus cum Bibliotheca Latina Græcaque: quo loco jam ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit.*

In TIBERIANA domo Bibliothecam fuiſſe narrat A. Gellius, l. 13. c. 18.

In TEMPLO PACIS Romæ Bibliothecam fuiſſe narrat idem A. Gellius, quæ quidem a VESPASIANO Imp. collecta dicitur.

EPAPHRODITUS CHÆRONENSIS Grammaticus, qui, teſte Suida, ſub Nerone & uſque ad Nervam floruit, triginta voluminum millia collegit.

His etiam connumerandæ Bibliothecæ illæ Romanæ, quas incendio abſumtas DOMITIANUS reſtaurari curavit, *Exemplaribus*, inquit Suetonius, *undique petitis, miſſiſque Alexandriam, qui deſcriberent emendarentque.*

JULII MARTIALIS Bibliothecam in villa poſitam canit Martialis Poëta, lib. 7. epigr. 15. Iſta porro ætate, tam familiaris Romanis erat Literarum Græcarum uſus; ut Bibliothecæ Romanæ non minus Græcis, quàm Latinis libris eſſent refertæ.

Celebris fuit Bibliotheca illa ULPIA a TRAJANO Imp. Plinii junioris ſuaſu inſtructa, in qua libris linteis geſta principum; Elephantinis vero Senatuſconſulta conſcribi curavit. Quin & ipſe PLINIUS JUNIOR Bibliothecam inſtituit Libris in omni diſciplinarum genere refertam.

Memorat idem ipſe Plinius junior Bibliothecam HERENNII SEVERI his verbis: *Herennius Severus, vir doctiſſimus, magni æſtimat in Bibliotheca ſua ponere imagines municipum tuorum Cornelii Nepotis, & Titi Caſſii.*

HADRIANUS vero Imp. cum inſignes & plurimas ædes Athenis feciſſet, agonem edidit, Bibliothecamque miri operis exſtruxit, ut habet Caſſiodorus in Chronico.

Eodem tempore HERODES ATTICUS, vir Conſularis, Sophiſta, inter Græciæ literatos ſua ætate facile princeps, in librorum lectione conſenuit, & ad uſque finem, ut putatur, imperii M. Aurelii ætatem produxit: omnium veterum flores collegit, librorumque haud dubie ſuppellectile inſtructus, tantam & ipſe opuſculorum, quæ perierunt, copiam edidit, ut pro Bibliotheca haberi poſſent. Tanta demum literarum laude floruit, ut Hadrianus Sophiſta in ejus funere orationem ſuam ſic orſus ſit, Πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα, *Rurſum ex Phœnicia literæ.* Et vere ipſe Phœnicias literas revocaſſe dici poſſit, qui in villa ſua Triopia columnas, nunc Farnezianas, Ionicis veteribus literis, quæ ad Phœnicias proxime accedunt, inſcribi curaverit. Quarum columnarum inſcriptiones & formam ſecundo Libro adferimus.

LARENSIS, vel ut alii vocant, LAURENTIUS referente Athenæo, l. 1. Librorum Græcorum copiam tantam congeſſit, ut omnes libris colligendis nobiles ſuperaret, Polycratem, inquam, Samium, Piſiſtratum tyrannum Athenienſium, Euclidem Athenienſem quoque, Nicocratem Cyprium, Pergami Reges, Euripidem Poëtam, Ariſtotelem philoſophum, &, qui horum libros in poteſtate habuit, Neleum, a quo ſcilicet omnes libros mercatus Ptolemæus rex, cognomine Philadelphus, cum iis, quos Athenis & Rhodi emerat, in nobilem Alexandriam transferri curavit. Florebat autem Larenſis M. Aurelii tempore.

Memorabilis item eſt Bibliotheca GORDIANI JUNIORIS Africani, de qua hæc Julius Capitolinus: *In ſtudiis graviſſimæ opinionis fuit: forma conſpicuus,*

memoriæ ſingularis, bonitatis inſignis, adeo ut ſemper in ſcholis, ſi quis puerorum verberaretur, ille lacrymas non teneret. SERENO SAMONICO, *qui patri ejus amiciſſimus, ſibi autem præceptor fuit, nimis acceptus, & carus uſque adeo, ut omnes libros Sereni Samonici patris ſui, qui cenſebantur ad ſexaginta & duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret: quod eum ad cælum tulit. Siquidem tantæ Bibliothecæ copia & ſplendore donatus, in famam hominum literatorum decore pervenit.*

BIBLIOTHECA JEROSOLYMITANA ab ALEXANDRO Epiſcopo conſtructa, inter alia, multorum Eccleſiaſticorum doctrina excellentium virorum Epiſtolas complectebatur, unde Euſebius ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſe plurima mutuatum teſtificatur, lib. 6. Hiſt. Eccl. c. 20.

Narrat Publius Victor CONSTANTINI MAGNI tempore Bibliothecas publicas Romæ fuiſſe numero unde-triginta, quarum multas ipſe vel reparavit vel erexit.

PAMPHILUM Martyrem Bibliothecam undequaque collegiſſe narrat Euſebius Hiſt. Eccl. lib. 6. c. 32. & alibi. Eadem ipſa Bibliotheca videtur eſſe, quam Cæſareæ aperuerat JULIUS AFRICANUS, quam poſtea ad triginta uſque voluminum millia auxerunt EUSEBIUS & PAMPHILUS Laodicenus Preſbyter, qui ſua manu maximam partem librorum Origenis deſcripſit, quos theſauri loco habere ſe teſtificatur Euſebius. EUZOIUS cum GREGORIO NAZIANZENO plurimo labore, collapſam Origenis & Pamphili Bibliothecam in membranis inſtaurare conatus eſt. Hanc vero Bibliothecam ſæpe conſuluit Hieronymus in emendatione librorum Veteris Teſtamenti. Viditque in ea Evangelium Matthæi Hebraïce. *Vid. Hieronymum in Catalogo Script. Eccleſ. Apol. contra Rufinum. Contra Pelagium lib. 3. in cap. 3. Epiſt. ad Titum. Præfat. in Matthæum.*

CONSTANTIUS Imperator Bibliothecam exſtruxit, & librorum copiam collegit, quam poſtea Bibliothecam multis acceſſionibus nobilitavit JULIANUS Imperator, qui eam in Regiam porticum, ubi Bibliothecam novam excitaverat, tranſtuliſſe narratur. In hac Bibliotheca ſeptem Antiquarios conſtituit VALENS Imperator, quatuor Græcos & tres Latinos, ſcribendi peritos, quibus annonam aſſignavit.

JULIANUS Imperator ſupra memoratus, qui eruditione ac ſtudio literarum magnam conſequutus laudem eſſet, niſi defectione ſua a Chriſtiana religione, ac odio in eamdem, *Apoſtatæ* nomen meruiſſet, Bibliothecam numeroſiſſimam Antiochiæ collegit, cui etiam GEORGII Ariani Epiſcopi Alexandrini Bibliothecam adjungi curavit.

ANTIOCHIÆ in Templo Trajani Bibliotheca erat pretioſa: quam inſtigatione uxoris Jovianus cum Templo incendi juſſit: quæ res Antiochenorum in Jovianum odium concitavit. *Suidas.*

Memoratur ab Hieronymo Bibliotheca VICTORIANA, veterum deſideratiſſimorumque exemplarium locuples.

Ipſe quoque HIERONYMUS Bibliothecam ſibi numeroſam comparavit, ac Heliodoro comite in Syriam conceſſit, ut in ſolitudine ac ſtudiis viveret.

Prædicatur etiam THEODOSIUS JUNIOR eo nomine, quod collegerit ſacros Codices, & quæ ab interpretibus ipſorum ſcripta erant & ſcribebantur, decemque myriadas, ſive centum millia Librorum coacervaverit, ut ea laude Ptolemæo Philadelpho minime cederet. Socrat. l. 7. c. 22. Niceph. l. 14. c. 13.

Conſtantinopoli imperante BASILISCO, graviſſimum incendium Bibliothecam abſumſit inſtructiſſimam & clariſſimam, eamdem, quam ſupra diximus a Conſtantio & Juliano Imperatoribus inſtitutam, δώδεκα μυριάδας βιβλίων ἀποκρύφων ἐν αὐτῇ ἔχουσι; hoc eſt, *In qua repoſita erant centum-viginti librorum millia*, narrantibus Zonara & Malcho Sophiſta Byzantio. In eadem Bibliotheca fuiſſe narratur inteſtinum draconis, longitudine pedum centum & viginti, in quo deſcripta erant Homeri poëmata, Ilias nempe & Odyſſea. Abſumtam incendio Bibliothecam reſtauravit ZENO Imperator, curante Juliano Præfecto Urbis, qui Zenoni ſtatuam auratam poſuit ante veſtibulum. Conſtantinopolitana eadem Bibliotheca ſub LEONE ISAURO ſplendida & numeroſiſſima erat. Cujus Imperatoris juſſu tota conflagravit, & cum ea duodecim Bibliothecarii ſimul igne conſumti ſunt.

ROMANA ſub Pontificibus Bibliotheca prædicatur a multis: Baſil. epiſt. 82. Greg. Magn. lib. 7. epiſt. 29. & aliis. Codicibus autem Græcis perinde atque Latinis inſtructam fuiſſe ſuadet Leo Cinnamus Calligraphus anno 759. qui ſe librum Joannis Damaſceni ex ea tranſſumtum exſcripſiſſe ſignificat.

Sub Theophilo Imperatore Conſtantinopoli in PATRIARCHIO fuiſſe memoratur Bibliotheca Patriarcharum in THOMAITE, quæ Theophilo imperante tota conflagravit. Ibi autem erant S. Joannis Chryſoſtomi Commentaria, referentibus Zonara & Cedreno in Theophilo.

Sub hæc Conſtantinopoli libros collegiſſe traduntur BASILIUS MACEDO, LEO SAPIENS, & CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS, & fortaſſe alii, quorum aut nulla, aut obſcura mentio.

Undecimo autem ſæculo, EUDOCIA MACREMBOLITISSA, uxor primo Conſtantini Ducæ, deinde vero Romani Diogenis, Imperatorum, literarum laude floruit, multos edidit libros, Bibliothecam numeroſam curâ ſumtibuſque ſuis paravit. Unus ex ejus Bibliotheca eductus Codex hodie in Colbertina Bibliotheca exſtat: cujus ſpecimen notamque dedimus Libro quarto, cap. 5. ubi de ejuſdem Eudociæ Operibus & Bibliotheca non pauca diximus.

Anno 1276. memoratur a Leone Cinnamo Calligrapho Bibliotheca Imperatoria Conſtantinopolitana imperante Michaële Duca, Angelo, Comneno, Palæologo. Vide Lib. 1. cap. 7. ad eumdem annum.

Memoratur item Bibliotheca GEORGII COMITIS Corinthii, qui Codices a *Marco Mamura* Cretenſi acceperat. Horum vero Codicum pars habetur in Bibliotheca Cæſarea.

Bibliothecæ Orientales poſt captam Conſtantinopolim.

Poſt captam Conſtantinopolim variis in locis manſere priſcarum Bibliothecarum reliquiæ, quas memorat Antonius Verderius, & poſt eum Antonius Poſſevinus; nimirum in PATRIARCHIO Conſtantinopolitano manuſcripti Codices circiter quinquaginta.

Penes ANTONIUM CANTACUZENUM Principem circiter triginta.

Apud CONSTANTINUM BARINUM totidem, vel circiter.

Apud JACOBUM MARMORETAM Principem totidem.

Apud JOANNEM SUZI numero pauci.

Apud MANUELEM EUGENIUM circiter triginta.

Verum elapſis a tempore, quo primum Catalogi hujuſmodi conſtituti

ſunt annis pene centum & triginta, quorſum abierint hujuſmodi Codices ignoratur.

Penes Patriarcham Conſtantinopolitanum nomine CALLINICUM, qui non multis ab hinc annis obiit, Codices Græcos non paucos fuiſſe, narrabat mihi quidam, qui haud ita pridem Conſtantinopoli huc advenerat.

THEODOSIÆ ſive CAFFÆ in Cherſoneſo Taurica aliquot erant libri manuſcripti, quorum Catalogum texuit Antonius Poſſevinus, p. 115. & ſeqq.

In Monaſterio S. TRINITATIS IN CHALCE inſula proxime Conſtantinopolim manuſcripti Græci Codices exſtant numero pauci, quorum Catalogum penes me habeo.

Bibliothecæ MONTIS ATHO in Deſcriptione Joannis Comneni, quam ad calcem hujus Palæographiæ edidimus, recenſentur; nimirum in Monaſterio MAGNÆ LAURÆ, Bibliotheca mirabilis: in Monaſterio item DIONYSII: in Monaſterio BATOPEDII duæ Bibliothecæ: in Monaſterio IBERORUM tres Bibliothecæ. Hæ vero ſeptem numero Bibliothecæ, quot & cujuſmodi libros complectantur, nondum accepimus; ſi fides Joanni Comneno, innumeris pene cujuſvis argumenti libris refertæ ſunt.

In Pathmo inſula in Monaſterio quodam Græci Codices habentur, quorum Catalogum dedit Antonius Poſſevinus, p. 42. Ibi vero ad ſexaginta circiter numerantur. Quorum ſaltem multos hinc & inde diſtractos diſperſoſque fuiſſe veriſimile eſt.

In aliis item Græciæ Monaſteriis hodiernis Codices ſuperſunt, non ita magno, ut putatur, numero: itemque in privatorum domibus. Ex Jacobi Sponii itinerario, hæc pauca excerpſimus.

Corcyræ penes HIERONYMUM ULACH Cretenſem multi Codices Græci erant, inter quos, ſi fides Sponio narranti, viginti circiter ἀνέκδοτοι.

In Zacyntho inſula AGAPITUS PAPA Bibliothecam habere dicitur, ubi Codex nondum editus de Vitis SS. Patrum, Archiepiſcoporum, Abbatum & Calogerorum.

Aliquot item Codices vidiſſe ſe commemorat Jacobus Sponius penes ANTHIMUM Archiepiſcopum Athenienſem.

In Monaſterio PENTELI propter Athenas omnia fere Patrum opera in manuſcriptis haberi refert idem Sponius, narratque ſe, cum accepiſſet ea in Bibliotheca reperiri Apologiam pro Chriſtiana religione Imperatori Hadriano ab Ariſtide Philoſopho oblatam, eamdem ibi fruſtra quæſiviſſe.

De Bibliothecis Occidentalibus poſteriorum temporum, ubi Codices Græci exſtant.

In Bibliothecis Occidentalibus variis, multi Codices Græci habentur: quorum plerique ex Græcia exportati; alii autem a Græcis Calligraphis poſt captam Conſtantinopolim in Italia, Gallia aliiſque regionibus exſcripti ſunt. Horum vero omnium, quotquot in Bibliothecis Europæis exſtant, numerum, ſi comparemus cum vetuſtis illis, quas ſupra memoravimus, Bibliothecis, perexiguum ſane dicamus oportet. Nam ſi omnes Italiæ, Galliæ, Angliæ, Bataviæ, Germaniæque Codices Græcos ſupputaveris, vix eos ad viginti millium numerum pertingere deprehendes.

In una autem Alexandrina Ptolemaïca Bibliotheca ſeptingenta millia voluminum numerabantur, quorum maxima pars Græci erant: in Attalica ducenta millia, in aliis 120000. in aliis 100000. unde intelligas quam multa veterum Scriptorum opera perierint. Siquidem Bibliothecæ noſtræ, eorum qui ante Ptolemæos & Attalos ſcripſerunt, Codices admodum paucos habent; ſed pleroſque Biblicos, Eccleſiaſticos, aut eorum Scriptorum, qui poſt abſumtam incendio Alexandrinam, aut exportatam Attalicam floruere.

Monendum tamen eſt, libros illos Bibliothecarum remotiſſimæ vetuſtatis, quorum mentionem ſupra fecimus, non tot ſcripta & opuſcula complexos eſſe, quot in hodiernis Bibliothecarum noſtrarum voluminibus continentur: ſed quodlibet opuſculum, ſeu λόγον, ut Græci vocant, volumen unum ut plurimum confeciſſe; ut plurimum dico, quia certum eſt in uno volumine, ſive πυκτίῳ ut Græci vocant, interdum Iliada Homeri deſcriptam fuiſſe: nam Iliadis Homeri volumen ſe habuiſſe teſtificatur Gregorius Nazianzenus: itemque Philocaliam Origenis, alio volumine comprehenſam. Verum opuſcula alia breviſſima, uno in volumine deſcribebantur: ita ut quodlibet opuſculum integrum volumen ſive librum unum efficeret: ſecus quam in recentioribus libris; iis maxime qui ab undecimo & duodecimo ſæculo deſcripti ſunt: ubi uno in Tomo centum & aliquando plura diverſorum opera deſcripta videmus. Hac vero ratione intelligas oportet, cum dicitur, Didymum Alexandrinum Chalcenterum tria millia & quingenta volumina conſcripſiſſe, & Origenem ſex millia librorum edidiſſe: nam ſi noſtris hodiernis libris ſimiles dixeris, neuter tantum præſtare potuit, ne quidem ſi tantam per totum vitæ curriculum diligentiam adhibuiſſent, quantam ſemel Hermolaus Barbarus, qui triginta-ſeptem dierum ſpatio ſe Codicem Athenæi integrum deſcripſiſſe teſtificatur, qui Codex nunc exſtat in Bibliotheca Regia, cum Hermolai Barbari ſubſcriptione.

Ad hæc autem illo ævo, cum literis uncialibus majuſculiſque ſcriberent, ex libro minoris argumenti & materiæ volumina conficiebant, ac unum dumtaxat λόγον, aut opuſculum uno in tomo ſcribebant, niſi ejuſdem materiæ & argumenti ratio, plures in uno volumine libros, ſibi mutuo cohærentes, ſimul exarare poſtularet, ut in Homeri Iliade, de qua ſuperius. Poſtquam autem minutiore & ligato charactere libros deſcribi cœptum eſt, tunc, ut ſupra diximus, in uno eodemque Codice varia diverſorum opera conjunctim poſita & deſcripta ſunt. Ut autem ad Bibliothecarum, quam ſuſcepimus, recenſionem veniamus. Ab Italia ordiemur, ad quam, utpote Græciæ viciniorem, multo plures Græci Codices advecti ſunt.

IN ITALIA.

ROMÆ.

VATICANA Bibliotheca cæteris omnibus, ſaltem Italicis, manuſcriptorum pretio atque copia antecellit. Ea primum a Nicolao V. deinde vero a ſubſequentibus Pontificibus, manuſcriptis cujuſvis generis, ſpeciatimque Græcis multis, aucta fuit. Ea quippe una multas inſignes Bibliothecas complectitur, Urbinatem, Sirleti Cardinalis, Palatinam, Chriſtinæ Reginæ, cui adjuncta erat PAULI PETAVII Bibliotheca, aliæque minores. Bibliothecam vero Vaticanam manuſcriptorum Græcorum duo millia complecti narrabant mihi

ejuſdem Bibliothecæ cuſtodes : quos inter libros multi vetuſtiſſimi pretioſiſſimique ſunt.

OTTOBONIANA, ſive Em. Cardinalis Ottoboni Bibliotheca, Bibliothecæ olim de ALTAEMPS Codices habet alioſque multos, inter quos exſtant Græci plurimi. Numerum non teneo, ſed puto eſſe non multo paciores 400. vel 500.

BARBERINA Bibliotheca multis inſtructa libris manuſcriptis eſt. Græcos autem ibi 70. circiter numeravi. Aiunt olim magno numero fuiſſe; ſed furtim ſubductos pene quingentos in alienas manus deveniſſe.

CHIGGIANA, ad triginta circiter Codices Græcos habet, quorum quidam magni pretii ſunt.

SFORTIANA olim multis pretioſiſque Codicibus inſtructa erat, qui quorſum abierint ignoratur.

In Bibliotheca S. MARIÆ IN VALLICELLA, aliquot item Græci Codices inter alios multos Latinos habentur.

In COLLEGIO ROMANO RR. PP. JESUITARUM Græcos Codices non ita magno numero exſtare renuntiatum eſt.

Bibliotheca Illuſtriſſimi Abbatis DOMINICI PASSIONEI, librorum copia & delectu inſignis, ducentos circiter Græcos Codices continet : aliquorum ſpecimina dedimus Libro IV. & in Appendice Calligraphorum ſubſcriptiones nonnullas.

Bibliotheca RR. PP. S. BASILII Romæ Codices Græcos centum quinquaginta circiter complectitur, omnes fermè in membranis ac vetuſtiſſimos, ex Monaſteriis Calabriæ advectos. Hujus autem Bibliothecæ frequens mentio habetur in hac Palæographia Græca.

In Monaſterio CRYPTÆ FERRATÆ; olim multo plures, quam hodie, exſtabant Græci Codices manuſcripti. Jam autem viginti circiter ſuperſunt.

NEAPOLI.

In Monaſterio S. JOANNIS DE CARBONARIA Auguſtinianorum exſtant Codices Græci centum : aliqui vero vetuſtiſſimi eximiique ſunt. Hæc Bibliotheca, olim numeroſior, Antonii Seripandi fuit, qui eam ex Jani Parrhaſii teſtamento acceperat.

In Monaſteriis CALABRIÆ Ordinis S. Baſilii : multi variis in locis Codices Græci ſuperſunt, quos exportari Romam curabat R. P. Mennitius Ordinis S. Baſilii Præfectus Generalis : ne iis in partibus, ubi linguæ Græcæ ſtudium prorſus interiit, incuriâ deperirent.

IN SICILIA.

In Monaſterio S. SALVATORIS Meſſanenſi, multi Codices Græci habentur, quorum numerum non teneo. Plerique omnes Sanctorum Patrum opera complectuntur. Poſſevinus in Catalogis, p. 35. eorum laterculum adfert. Quorumdam indicem & titulos penes me habeo.

In Monaſteriis item Ordinis S. BASILII in Sicilia, Græcos haberi Codices narrabat mihi Præfectus ille ſupra laudatus: ſed nullam hactenus eorum notitiam accepimus,

IN HETRURIA.

SENIS.

In NOSOCOMIO exſtare dicunt autographum Commentariorum Sancti Joannis Chryſoſtomi in Joannem.

FLORENTIÆ.

Celeberrima illa Bibliotheca LAURENTIANA, a Coſma primum, deinde a Laurentio & reliquis Magnis ſereniſſimis Hetruriæ Ducibus collecta, Codices Græcos manuſcriptos habet circiter mille : in quibus multi ſunt antiquiſſimi, magnique pretii. Atque adeo inter præſtantiſſimas omnium Bibliothecas hæc annumeretur oportet.

Ibidem in Monaſterio BEATÆ MARIÆ Benedictinorum Codices Græci habentur numero centum. Multi ſelecti & optimæ notæ ſunt : quorum Catalogum dedimus in Diario Italico, p. 362. & ſeqq.

In Bibliotheca S. MARCI Dominicanorum, Codices magno numero ſunt, in quibus quadraginta circiter Græcos recenſui.

BONONIÆ.

In Bibliotheca S. SALVATORIS Canonicorum Regularium Codices Græci circiter triginta, quorum Catalogum dedimus in Diario Italico, p. 407.

CESÆNÆ.

CESÆNÆ Bibliothecam mſſ. fuiſſe aliquot Græcis Codicibus exornatam narrat Antonius Poſſevinus, p. 104.

VENETIIS.

Bibliotheca S. MARCI : quæ Codices Græcos omnes Cardinalis Beſſarionis habet, & quidem amplo, ut putatur, numero. Si fides Philippo Thomaſino Græci Codices ad ſexcentos circiter ibi numerantur, qui, ut fertur, 30000. millium aureorum pretio a Cardinali BESSARIONE emti ſunt. Hos dum Venetiis eſſem explorare facultas non fuit mihi, nec cuipiam erit, donec ſapientiſſimo Senatui placeat tantam ſuppellectilem in publicum uſum emittere : qui unus Manuſcriptorum fructus eſſe poteſt.

Excellentiſſimi JULII JUSTINIANI Patricii Veneti τῦ μακαρίτυ Muſæum Codices Græcos habet octoginta numero, quorum plerique optimæ notæ. Eorum Catalogum dedimus in Diario Italico, p. 433.

In ædibus CAROLI GRIMANI Patricii Veneti eſt Bibliotheca Codicibus Græcis inſtructa numero plus minus ſexaginta. Præcipuorum Catalogum dedimus in Diario Italico, p. 40. & 41.

In Bibliotheca S. JOANNIS & PAULI Dominicanorum habentur Codices circiter viginti : quorum Catalogum dedimus, p. 47. Diarii Italici.

Eſt item Venetiis Muſæum v. cl. MELETII TYPALDI Archiepiſcopi Philadelphiæ, ubi Codices Græci circiter quinquaginta. Eorum aliquot notavimus in Diario Italico, p. 46.

In Muſæo item v. cl. ANTONII CAPELLI Patricii Veneti pauci Codices Græci ſunt : quorum item notam dedimus.

In

In Bibliotheca v. cl. BERNARDI TREVISANI Nobilis Veneti Codices Græci non pauci ſunt : quos ego non inſpexi ; quia cum ultimò Venetiis deceſſi ex inſula quadam in urbem transferebantur.

Multi quoque alii Codices Venetiis in ædibus Nobilium aliorumque latent. Ob trajectus enim facultatem brevitatemque, eo frequenter exportati ſunt ex Græcia, ac in dies exportantur.

Jacobus Philippus Thomaſinus in libro, cui titulus, *Bibliothecæ Venetæ manuſcriptæ, publicæ & privatæ, Utini anno* 1650. Inter Bibliothecas illas, aliquot manuſcriptis Græcis inſtructas refert : ſed quia raro notat Græcine an Latini ſint Codices, quos recenſet ; ſciri nequit, quot libri manuſcripti Græci in ſingulis habeantur. Quæ Codices Græcos habere feruntur hæ ſunt Biblioth. S. ANTONII, quæ jam pridem tota conflagravit. SS. JOANNIS & PAULI de qua ſupra : ubi multo plures tunc extitiſſe Codices videntur, quam jam habeantur. BESSARIONIS Cardinalis, quæ eſt ipſiſſima Sancti Marci de qua ſupra.

BAROCIANA, cujus titulus male poſitus emendatur ad calcem hoc modo : *Bibliotheca Librorum Græcorum Mſſ. vetuſtiſſimorum D. Jacobi Barocii Patricii Veneti præcellentis ingenii : non minore diligentia, quam ſumtu conquiſita, & Roberti Martinii Bibliopolæ Londinenſis ære anno* 1628. *in Britanniam translata. Qua cum plurimis magni pretii aliis Codicibus Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Cantuarienſis poſtea Oxoniæ Bibliothecam Bodleianam, præclaro munificentiæ argumento locupletavit.* De hac Bibliotheca inferius agitur, ubi de Bodleiana. D. JOSEPHI DE AROMATARIIS Bibliotheca aliquot exemplaria Græca habere dicitur ibidem. Itemque FEDERICI CERUTI Muſæum : atque ANDREÆ DE RUBEIS. In Cœnobio quoque SANCTI FRANCISCI A VINEA pauci Græci mſſ. numerantur : atque etiam in Bibliotheca VINCENTII GRIMANI Calergi.

Has Bibliothecas, hæc Muſæa Græcis Codicibus inſtructa Venetiis notat Philippus Tomaſinus. Patavii item inter multas, quas recenſet, Bibliothecas, hæ Græcos Codices habere dicuntur.

PATAVII.

In Bibliotheca Canonicorum Regularium S. JOANNIS IN VIRIDARIO ſexaginta circiter Codices mſſ. Græci habentur, quos enumerat idem Philippus Thomaſinus.

In Bibliotheca S. JUSTINÆ admodum pauci.

In Bibliotheca THEATINORUM pauci.

In Muſæo LAURENTII PIGNORII exiguo numero.

In Bibliotheca CORRADINA item pauci.

In Bibliotheca NICOLAI TRIVISANI, quadraginta Codices Græci.

MUTINÆ.

In Bibliotheca SERENISSIMI DUCIS MUTINENSIS manuſcriptorum Codicum Græcorum feſtivam copiam vidi, numerum non inivi ; ſed præcipuorum Catalogum dedi in Diario Italico, p. 31. & ſeqq.

PARMÆ.

In veſtibulo quodam exſtant duo ſepta, aſſeribus admotis circumquaque

clauſa, ubi Codices manuſcripti, in iiſque haud dubie Græci non pauci, ab aliquot annis tumulantur, ita ut nec evolvi poſſint, nec ſi quid detrimenti a tineis & blattis patiantur, iis mederi quiſpiam valeat.

MEDIOLANI.

Unam hac in urbe novimus eamque perinſignem Bibliothecam AMBROSIANAM, Codicibus manuſcriptis multis maxime autem Græcis inſtructam, ac in orbe literario celeberrimam. Græcorum Catalogum dedimus in Diario Italico, præcipuorum videlicet, eorumque qui primo ad manum venerunt; numerum autem non duximus. Sed puto non multum abeſſe a 500. vel 600.

TAURINI.

In Bibliotheca SERENISSIMI DUCIS ad ter mille circiter Codices numerantur: qui alii aliis impoſiti, & parietis more concinnati, conclavis cujuſdam latera occupant. In iis Græcos multos haberi dicebant, quorum nullam notitiam accepi.

IN GALLIA.

LUTETIÆ.

BIBLIOTHECA REGIA numero elegantia & præſtantia Cod. mſſ. nulli concedit. Græcos autem ad duo pene millia habet variæ manus & ætatis. Qui primus Codices Græcos huc advehi curavit Franciſcus I. fuit, Princeps ævo ſuo literarum Pater, deinde multi a ſubſequentibus Regibus additi, maximéque ab Henrico II. & Henrico IV. Demum ſub Ludovico Magno Bibliotheca Regia tantopere aucta fuit: ut nuſquam gentium ulla huic comparanda reperiatur. Inde maximam eorum partem, quæ in hac Palæographia continentur, mutuati ſumus, ut quiſque deprehendet in decurſu operis.

Huic vicina BIBLIOTHECA COLBERTINA ſecundùm Regiam inter præſtantiſſimas locum habet. Inter Codices vero mſſ. qui magno iſtic numero habentur, Græcos exſtare pene mille comperi, & quidem præſtantiſſimos, vetuſtiſſimoſque. Hæc vero Bibliotheca celeberrimam illam Thuanam complectitur: quæ tamen ne quartam quidem partem Colbertinorum Codicum facit. Hujus frequens mentio & uſus in hac Palæographia.

Bibliotheca COISLINIANA, olim SEGUERIANA, ſive Excellentiſſ. PETRI SEGUERII Cancellarii, Codices magno numero continet, inter quos quadringenti Græci vel circiter habentur, ad quos ſane difficiles ſemper aditus ſum expertus.

In Bibliotheca Excellentiſſimi MAURICII TELLERII Arch. Remenſis multi, iique inſignes, Græci Codices erant, quos ipſe haud ita pridem LUDOVICO MAGNO una cum Latinis obtulit ad uſum Biblioth. Regiæ.

Biblioth. Illuſtriſſ. D. HARLÆI in ſupremo Pariſienſium Senatu non ita pridē Principis, multi Codd. mſſ. habentur, ac in iis aliquot Græci optimæ notæ.

Bibliotheca COLLEGII LUDOVICI MAGNI, RR. PP. Jeſuitarum, Codicibus bene multis manuſcriptis exornatur. In iis Græci habentur numero circiter 360. quorum plerique recentes; ſed aliquot tamen antiquiſſimi & optimæ notæ.

Bibliotheca Monaſterii S GERMANI A PRATIS Benedictinorum, multos Codices pervetuſtos habet, inter quos pauci Græci ſunt; ſed vetuſtiſſimi & pretioſi; ut verbi cauſa Epiſtolæ illæ S. Pauli Græco-Latinæ. Hic item erat decantatum illud Gloſſarium Græco-Latinum, octavo vel nono ſæculo conſcriptum, quod paucis ab hinc annis ab neſcio quo improbo ſubreptum fuit.

Bibliotheca MESMIANA, Codices habet bene multos; Græcos autem circiter ducentos variæ ætatis & conditionis.

Bibliotheca Illuſtriſſimi Domini FOUCAUT multis pretioſiſſimiſque manuſcriptis exemplaribus exornatur; in iis vero, triginta circiter Græci Codices, quorum quidam optimæ notæ.

Bibliotheca DOMINICANORUM IN VICO S. HONORATI Codices mſſ. non paucos habet, in iiſque Græcos circiter viginti.

Bibliotheca RR. PP. ORATORII IN VICO S. HONORATI, Codices habet non paucos & exquiſitos, & Græcos aliquot bonæ notæ.

In Bibliotheca clariſſ. & eruditiſſimi EUSEBII RENAUDOTII, Codices multi Orientales habentur, in iiſque Græci aliquot, ab eruditiſſimo Cangio frequenter memorati.

In Bibliotheca clariſſimi & amiciſſimi viri STEPHANI BALUZII, multi Codices mſſ. ſunt; Græci autem triginta, quorum Catalogum minutatim feci, peneſque me habeo.

In Bibliotheca RAPHAELIS TRICHETI DU FRESNE, cujus catalogus typis datus eſt: memorantur Græci Codices manuſcripti circiter ſexaginta, qui in Bibliothecam Regiam tranſlati ſunt.

IN MONASTERIO S. DIONYSII IN FRANCIA.

Habetur Diploma autographum Imperatoris Conſtantinopolitani cujuſdam, & Codex anno 1408. miſſus & dono oblatus a Manuele Palæologo Imperatore per Manuelem Chryſoloram ejus legatum. Codex autem eſt XI. ſæculi.

REMIS.

In Bibliotheca S. REMIGII Benedictinorum, habentur exemplaria manuſcripta bene multa, & inter illa Codices Græci circiter ſexaginta, olim Cardinalis a Lotharingia Archiepiſcopi Remenſis.

EBROICIS.

In Bibliotheca S. TAURINI Ebroïcenſis Benedictinorum, habentur Codices Græci mſſ. circiter triginta, qui olim Cardinalis Perronii fuerant.

DIVIONE.

In Bibliothecis illuſtriſſimi D. BOUHIER DE SAVIGNI, in ſupremo Divionenſium Senatu Præſidis, itemque DD. DE LA MARE & LANTIN, in eadem ſuprema Curia Senatorum, habentur Codices Græci numero pauci.

TURONIS.

In Bibliotheca D. DU POIRIER, Codices manuſcripti Græci habentur numero pauci.

IN HISPANIA.

Insignis illa Bibliotheca SCORIALENSIS multis vetustissimisque Codicibus instructa erat, qui, ut quidem narratur, incendio perierunt.

OXONII.

In Bibliotheca BODLEIANA ex Barociana Codd. mss. 246. quos donavit illustrissimus D. Guillelmus Herbertus. Viginti-sex ex dono Thomæ Roe militis. Viginti-duo ex dono Oliverii Cromweli. Item non pauci ex dono Guillelmi Laudi Archiep. Cantuariensis. Multique alii Thomæ Bodleii. Pauci Joannis Seldeni. Aliquot Henrici Savilii.

In Collegio UNIVERSITATIS & in BALIOLENSI pauciſſimi : in MERTONENSI aliquot.

In COLLEGIO NOVO ad sexaginta circiter.

In LINCOLNIENSI pauciſſimi.

In Collegio CORPORIS CHRISTI, viginti circiter.

In Collegio S. JOANNIS BAPTISTÆ pauciſſimi.

In Collegio S. MARIÆ MAGDALENÆ 16.

CANTABRIGIÆ.

In Collegio S. EMANUELIS pauci.

In Collegio S. TRINITATIS circiter viginti.

In Collegio SIDNEY-SUSSEX pauci.

In Collegio CAIO-GONVILLENSIS pauci.

In Collegio S. BENEDICTI item.

In Bibliotheca Publica pauci.

In Eccl. Cathedrali West-Monasterienſi admodum pauci.

In Bibliotheca ISAACI VOSSII Codices Græci mss. 214.

LONDINI.

ABRAMI SELLERI pauciſſimi.

In Bibliotheca THOMÆ GALE circiter 200.

EDUARDI BERNARDI Bibliotheca paucos Codices Græcos habet.

Bibliotheca JACOBÆA Codices Græcos habet 42.

Bibliotheca GEORGI WHELERI Codices Græcos 79.

Bibliotheca JOANNIS MORI Episcopi Norvicensis Codices Græcos paucos.

IN GERMANIA.

BIBLIOTHECA CÆSAREA Libris Græcis manuscriptis magno numero instructa est, quorum fusissimam descriptionem Petrus Lambecius adornavit. Recenset autem Theologicos Codices 336. Juridicos 18. Medicos 52. Philosophicos 146. Historicos 69. Summa omnium est 621.

MONACHII in Bibliotheca Sereniss. BAVARIÆ Ducis & Electoris, ducenti sexaginta-duo Græci Codices recensentur in Catalogo Ingolstadii edito anno 1602.

AUGUSTÆ VINDELICORUM in Bibliotheca centum viginti-duo Græci

Græci Codices numerantur in Catalogo, quem David Hœſchelius auctor typis edi curavit anno 1595. Auguſtæ Vindelicorum.

BASILEÆ item Bibliotheca habetur multis Græcis manuſcriptis, quorum numerum ignoramus, inſtructa.

De PALATINA non loquar, quia eam in Vaticanam Bibliothecam tranſlatam fuiſſe ignorat nemo.

ARGENTORATI.

ULRICUS OBRECHT aliquot Græcos Codices habuit: quo defuncto quorſum abierint ignoratur.

IN BATAVIA.

LUGDUNI BATAVORUM eſt Bibliotheca, ubi inter manuſcriptos Codices, non pauci Græci numerantur.

LOVANII.

RR. PP. JESUITÆ Codices Græcos omnes, qui olim Juſti Lipſii fuerant, habere dicuntur a Miræo in Vita Juſti Lipſii.

IN UNGARIA.

MATTHIAS CORVINUS Ungariæ Rex Bibliothecam multis Græcis Latiniſque Libris inſtructam paravit: qua re non minus, quàm bellicis virtutibus, immortalem ſibi laudem peperit. Illius Bibliothecæ, ut putatur, reliquiæ, quando Buda a Germanis expugnata eſt, adhuc ea in urbe ſupererant.

ERRATA.

PAg. 4. linea 6. ante finem lege *conſtat.* & lin. ult. *conſtet.* P. 20. lin. 6. ante finem, lege *conſtantem.* P. 32. lin. 14. ante finem, lege *occaſio lapſus eſt.* P. 80. lin. 14. lege . 1449. P. 109. lin. 1. lege, *decerptum.* P. 110. lin. 4. ante finem lege, *ex Cypro maximeque ex Papho.* P. 140. lege ΟΦΣΙΑΔΕΣ. P. 145. lege *Nicomedienſium.* P. 154. lin. 23. dele & ante, *vel aliis.* P. 225. lin. 20. lege *Oſee.* P. 233. lin. 12. *ubi altera*, lege, *quò altera.* P. 249. lin. 29. lege, *paginam.* P. 251. lin. 18. lege *Te palmitibus ornatam imperii vitem.*
P. 278. lin. 21. lege . *us omnia*, dele, *in.* P. 302. lin. 13. lege *editum.* P. 311. lin. 23. ἐπὶ, lege ἐν. P. 354. lin. 12. lege φιλολογιφόβια. P. 352. lin. 30. lege πῶν τὸ, ἢ ἐπιπ. Quid non admittat, & quare.



PALÆOGRAPHIA GRÆCA,

SIVE

DE ORTU ET PROGRESSU CHARACTERUM Græcorum, & de variis omnium Sæculorum ſcriptionis Græcæ generibus.

ADDITIS FIGURIS ET SCHEMATIBUS.

LIBER PRIMUS.

De inſtrumentis Græcorum ad ſcriptionem, de Chartis, de Libris, de Calligraphis, ſive Librariis & eorum Notis.

PROOEMIUM.

DE veteri & varia characterum Græcorum forma dicturi, ne quid ſemel initam narrationem aliò avertat, e re duximus cætera omnia, quæ ad rem Librariam ſpectant, præmittere ac diſtinctis Capitibus explanare. Hoc itaque primo Libro agitur de Atramento, de Encauſto, cæteriſque ad ſcribendum uſurpatis liquoribus; de variis chartarum generibus; de ſtylo; calamo aliiſque manu tractabilibus inſtrumentis; tum de Librorum conficiendorum ratione; poſtea de Calligraphis variiſque Scribarum generibus; de notis Calligraphorum, quas primum Chronici more, deinde Alphabetico ordine recenſemus; demumque de Regionibus ac locis ubi frequentata Græca ſcriptio fuit. Et ſic clauditur primus hujus Palæographiæ Liber.

CAPUT PRIMUM.

De Atramento & aliis liquoribus ad uſum Græcorum: De picturis Codicum ad rerum repræſentationem: De Chryſographia. Inſtrumenta arandi ex Scholiaſte Heſiodi manuſcripto: De Proſopopœis depictis.

ATRAMENTUM vocant Græci μέλαν, μελάνιον; ſive etiam proprie, μέλαν ᾧ γράφομεν, *atrum quo ſcribimus.* Atramentum item dicitur μελανθηρία: at μελανθηρία, quæ erat atramentum metallicum, ad ligulam calceorum denigrandam maximè uſurpabatur: atque adeo, *Atramentum ſutorium* dicitur, ad diſcrimen *Atramenti librarii*, quod a Clemente Alexandrino, in loco mox adferendo, γραφικὸν μέλαν, id eſt, *Atramentum ſcriptorium*, vocatur. Non deſunt qui atramentum ἀπέψημον appellent. Verùm ἀπέψημον, quod *incoctile* ſignificat, videtur ſpecies atramenti eſſe, quæ igni non præparetur, ad diſcrimen Encauſti: nam ἔγκαυστον, *Encauſtum* admoto igne, ad picturam & literas Imperatorias, rubrum conficiebatur: nonnumquam ad ſcriptionem atrum edebatur, hinc Itali atramentum, *Inchioſtro:* noſtrates ex eadem, ut putatur, origine, *Encre.* Atramentum igitur librarium, ex ſucco loliginis vel ſepiæ fieri ſolebat, itemque ex fuligine fornacium ac balinearum: aliiſque forte modis non ita cognitis, quos explorare multi conati ſunt. Verum ea de re audiendus Plinius L. 35. c. 6. *Atramentum quoque inter factitios erit: quamquam eſt & terra geminæ originis. Aut enim ſalſuginis modo emanat, aut terra ipſa ſulphurei coloris ad hoc probatur. Inventi ſunt Pictores, qui e ſepulcris carbones infectos effoderent. Sed importuna hæc omnia ac novitia. Fit enim ex fuligine, pluribus modis, reſina vel pice exuſtis. Propter quod officinas etiam ædificavere, fumum eum non emittentes. Laudatiſſimum eodem modo fit e tædis. Adulteratur fornacum, balinearumque fuligine, quo ad volumina ſcribenda utuntur. Sunt qui & vini fæcem ſiccatam excoquant: affirmantque, ſi ex bono vino fæx fuerit, Indici ſpeciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon celeberrimi Pictores e vinaceis fecere, trygînon appellant. Apelles commentus eſt ex ebore combuſto facere, quod Elephantinum vocant. Apportatur & Indicum ex India, inexploratæ adhuc inventionis mihi. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhæreſcit æreis cortinis. Fit & e tædis ligno combuſto, tritiſque in mortario carbonibus. Mira in hoc ſepiarum natura: * ſed ex his non fit. Omne autem atramentum ſole perficitur, librarium gummi, tectorium glutino admixto: quod autem aceto liquefactum eſt, ægre eluitur.* Libro autem 27. c. 7. ait, Atramentum librarium ex diluto abſinthii temperatum, literas a muſculis tueri. Hæc de variis atramenti generibus Plinius, quibus adjici multa poſſent. Sed qui plura deſideraverit adeat Petri Mariæ Caneparii opus de Atramentis, ubi minutatim omnia, quæ ad atramentum pertinent, expenduntur. Quod autem jam in vetuſtioribus manuſcriptis Græcis conſpicimus atramentum, a priſco nigrore multum receſſit: nec tamen omnino flavum languidumque evaſit; ſed fulvum rutilumque manet, ut perſæpe a minii colore non multum recedat. Id autem obſerves in Codicibus permultis a quarto ad duodecimum uſque ſæculum; in permultis dixi: nonnumquam enim, cum a peritioribus atramentum confectum eſt, priſcum nigrorem ſemper conſervat: quod expertus ſane fui, etſi rariſſime, in Libris manuſcriptis, ubi ſcriptionis annus in fine ab

[* Erant tamen qui ex ſepiis facerent,

orbe condito, more Græcorum consignabatur. Accidit item, ut cum membranæ superficies non polita, sed ceu spongiosa est, quod subtilius in liquore est imbibatur, atramentique color flavus languidusque remaneat: quod etiam contingit in Bombycinis omnibus manuscriptis, ubi quod subtilius est chartam penetrat, crassior autem humor in superficie consistit.

Præter atrum colorem ad titulos Capitum, & Articulorum, maximeque ad præcipuas librorum inscriptiones, itemque ad notas marginales breviores, ad alias notulas quæ ad marginem remittunt, ad majusculas literas, usurpatur sæpissime minium, sive ruber purpureusque color. Qui mos perantiquus ab Ovidio memoratur,

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Ad subscriptiones item Imperatorias, quarum exempla duo inferius adferimus; aliud Constantini Imperatoris cujusdam; aliud vero Irenes Ducænæ Augustæ, purpureus color adhibetur, qui vulgari usu, apud Scriptores maxime Byzantios, dicitur Cinnabaris, Κινάβαεις, unde passim apud eosdem memoratas observes subscriptiones Imperatorum ὄξῃ κιναβάρεως. Erat porro Cinnabaris liquor ex cocto murice & trito conchilio, vel, ut Plinius ait, ex muricis sanguine confectus. Cujus primam confectionem, seu ἐργασίαν, invenisse dicitur quidam Callias Athenienſis, in Collectione historiarum Scaligeriana p. 323. secundæ Edit. Qua de re Nicetas Choniates Acominatus hæc habet Annal. L. I. p. 34. γράμμα ἐρυθρογράμματον, σφραγίδι τε χρυσᾷ καὶ σημείῳ νήμασι, ἔμπεδον κόγχης ἁλὸς δεδυμένῳ αἵμασι, τῷ κλήρῳ τῷ μεγάλῳ νεὼ ἀναδίδωσι. id est, *Literas rubro signaculo aureoque sigillo, & serico filo munitas, ac conchæ sanguine tinctas, Clero magni Templi offert.* Et paucis interpositis, ἠρυθροδεδυμένῳ βασίλειον γράφῳ, *rubricatas Imperatorias literas.* Narrat quoque Dio Lib. 40. nomina Imperatorum in vexillis inscribi, φοινικοῖς γράμμασι, puniceis nempe, purpureisque literis. Quod si Imperator tum pupillus per se Imperium non administraret, Tutor ejus virides literas usurpabat: qui color cum sit spei symbolum, futuram Imperatoris in virili ætate administrationem adumbrare videbatur. Vocabatur autem βατραχῖον χρῶμα, quod est *viridis color*, ab herba quadam βατραχὶς dicta: quid si dicamus, derivatum nomen a ranis terrestribus, quas χερσοβατράχους vocant Græci: quæ in Orientalibus Regionibus; imo in Occitania, Gallo-provincia, Italia frequentissimæ, ac viridi colore sunt, arbores conscendunt, foliaque virentia referunt?

Infinita prope de liquoribus hujusmodi adjicere possemus; sed quia id instituti nostri ratio non patitur, unum exquirere libet, num Cinnabaris ille, sive purpureus color & liquor χρυσοβυλλίοις sive actis Imperatoriis manu Augusti propria signandis subscribendisque destinatus, differat a minio, ad titulos & margines librorum usurpari solito. Sane si oculorum judicio steteris, & binas Principum subscriptiones supra dictas cum miniatis Manuscriptorum notis & titulis conferueris, vix quidpiam discriminis animadvertas. Et si liquor ille purpureus, quem item sacrum Encaustum vocant; tam sanctè ad Imperatorium usum consecratus erat, ut aliis eo uti licitum non fuerit; fateamur necesse est admodum peritos oculatosque fuisse istis temporibus eos, qui tam similes materias internoscere & distinguere valerent. Eusebius certe, Epistola ad Carpianum, τοῖς κανόσι μείωσις, sive notulas Canonum suorum, ὄξῃ κιναβάρεως, *Cinnabari*, depictas ait.

Adjiciam item notas Calligraphorum in fine Græcorum exemplarium plerumque poſitas, ubi Scribæ nomen, annus etiam, menſis, dies, indictio, & nonnumquam hora, qua completa deſcriptio fuit, annotatur, minio perſæpe exaratas eſſe, maximeque poſtremis Imperii ſæculis, ſive id tum impetratum a conſuetudine eſſet, nec tam accurate ſanctiones Principum ſervatæ fuerint; ſive etiam, uti diximus, rubri characteres illi varii eſſent, diſcrimenque ſe ſuis notis indiciiſque proderet: quam tamen differentiam nos non internoſcimus; ſive, quod fortaſſe veriſimilius, lex hujuſmodi Epiſtolas & acta publica ſolum ſpectaret, ac in libris ſcribendis vim non haberet. Neque prætermittendum eſt, ſi qua inſignia notabiliaque ad marginem deſcribant Librarii; ea ſæpe rubro charactere annotari; exempli cauſa, in Codice quodam Colbertino, ubi multa Patrum Eccleſiaſticorumque ſcriptorum loca congeruntur, quod genus librorum Pandecten vulgo nuncupant; ſicubi Origenis, Euſebii Cæſarienſis, Apollinarii, Didymi, aliorumque, qui temeratæ ſanæ doctrinæ rei apud Græcos habebantur, loca & nomina adferantur, in margine deſcribi videas ad ſingulos, & quidem miniatis conſpicuiſque literis, ἀνάθεμά σοι, *Anathema tibi.*

Nec minio ſolum utebantur Græci, in titulis notiſque marginalibus; ſed etiam cæruleo colore: non paucos ſane titulos vidi hac ratione deſcriptos. Attamen in nullum Codicem incidi, qui titulos omnes cæruleos præferret; ſed alternatim ibi cæruleus ruberque color inſerviebat, ad inſcriptiones, ad notas, ad majuſculas literas, quæ frequentius cæruleæ ſunt. Adeſt dum hæc ſcribo codex Regius, num. 2458. Bombycinus, deſcriptus anno Chriſti 1284. in quo majuſculæ alternatim rubræ ac cæruleæ conſpiciuntur. Paucos item codices Græcos evolvi in quibus tituli omnes flavo colore exarati erant, qui color mire languidus evadit, ut plerumque vix legi poſſit. In aliis item, ſed pauciſſimis, virides majuſculas literas deprehendi: ſed recentiores ſunt, ii ſaltem in quos hactenus incidi.

Liquore aureo etiam utuntur Græci, & quidem frequentius, quam Latini: Etenim innumeri pene codices habentur, ubi non titulos modo aureos, verum etiam paginas integras auro elegantiſſime deſcriptas obſerves: inter quos eminet, codex Regius num. 1809. opera S. Gregorii Nazianzeni complectens, multis tabulis elegantiſſimis auro varioque colore depictis inſtructus, quibus res in ſermonibus S. Doctoris enuntiatæ exprimuntur. Deſcriptus autem fuit nono ſæculo imperante Baſilio Macedone, & pro ejus Bibliotheca, ut arguitur ex tabula in fronte libri poſita, ubi Baſilius ipſe cum tota Imperatoria familia, in fundo aureo, Imperatorioque cultu depingitur: codex Colbertinus num. 700. VII. circiter ſæculi, Regiuſque num. 1886. decimi, quorum ſpecimina damus inferius: eorum item priores paginæ auro elegantiſſime deſcriptæ. Nihil porro concinnius vidimus Exemplari Græco Evangeliorum, quod exſtat in Bibliotheca S. Joannis de Carbonara Neapoli: nam Codex ille quadrus, pari ſcilicet latitudine ac longitudine, charta purpurea membranacea conſtet, perinde atque noſter ſan-Germanenſis. At illud intercedit inter utrumque diſcriminis, quod codex noſter Latinus, qui librum Pſalmorum complectitur, argenteis characteribus conſcriptus ſit, exceptis titulis, & nomine Dei ac Domini, quæ auro delineata ſunt; Neapolitanus vero Græcus a capite ad calcem totus aureis literis conſtat. Hujuſmodi codices memorat Hiero-

nymus Præfatione in librum Job. *Habeant*, inquit, *qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos: vel uncialibus, ut vulgo aiunt, literis, onera magis exarata, quam codices.* Inde nos purpureas hujusmodi chartas vocamus, quæ tamen non puniceæ, sed violaceæ sunt; idque in omnibus, quos nec parvo numero vidi, istius generis codicibus; videlicet San-Germanensibus nostris duobus, quorum alius Psalmos Latine, alius Evangelium Matthæi, item Latinè, complectitur. Hic vero postremus, aureis, iisque elegantissimis characteribus ab initio ad finem usque exaratus est. Alium hujusmodi vidimus in Bibliotheca Regia, Neapolitanum de quo supra: nec paucos, quorum priores solùm paginæ purpureæ sive violaceæ sunt. Licet enim purpureus color rubrum significet; at pro violaceo item tum antiquo tum hodierno usu accipitur. Alius item est Psalmorum codex hoc in Cœnobio, cujus prima folia purpurea sunt, reliqua nativi coloris. Exstant hujusmodi aliquot in Bibliotheca item Regia. Verum perinsignis est codex Cæsareus, unde specimina protulit Petrus Lambecius in Bibliotheca Cæsar. lib. 3. sub initium. Estque numero secundus inter codices Theologicos Græcos. Sic autem describit Lambecius. *Secundus codex manuscriptus Theologicus Græcus est antiquissimus, membranaceus purpureus, aureis & argenteis literis majusculis absque accentibus ante mille & trecentos annos exaratus, constatque foliis viginti-sex; quorum viginti-quatuor prioribus continentur fragmenta Geneseos, sive libri primi historiæ Mosaicæ, exornata quadraginta octo æque vetustis picturis, quarum beneficio cùm aliæ variæ antiquitates tam sacræ quam profanæ, tum in primis Romæ subterraneæ imagines, & magna pars rei vestiariæ, apud diversas gentes antiquitus usitatæ, plurimum possunt illustrari.* Istius vero codicis Cæsariani exemplum dabitur initio quarti libri. Cæterum ars illa aureis characteribus scribendi, usque adeo frequentabatur apud Græcos, ut multi hujusmodi artifices, qui χρυσογράφοι & χρυσογραφεῖς vocantur, apud Scriptores memorentur. Sic Cedrenus de Theodosio Adramitteno, οὗτος ἦν χρυσογράφος, *hic erat Chrysographus*, sive aureis literis scribens. Symeon Logotheta de Artemio Imp. τοῦτον φασιν οἱ ἱστοριογράφοι, τὸ χρυσογραφεῖον εἶναι, *hunc narrant Historici Chrysographum fuisse.* In Cod. Regio 2137. laudatur Symeon Monachus & Chrysographus.

Ars porro aureis literis scribendi, χρυσογραφία dicebatur. Exstat in Regia Bibliotheca Codex Græcus num. 618. hoc titulo, περὶ χρυσογραμμίας, ubi stylo Græco vulgari & infimæ ætatis, docetur quo pacto liquor ille aureus ad scriptionem sit conficiendus. Item apud Lambecium Biblioth. Cæsarea lib. 7. p. 95. memoratur Codex inscriptus, κατασκευὴ τῆς χρυσογραφίας, *Apparatus ad scriptionem auream*, eodem, ut videtur, quo Regius argumento. Opusculum autem hujusmodi Græcobarbare scriptum cum versione Latina subjicimus, excerptum ex codice Regio, cujus numerus olim erat 618. nunc autem, 3178. ubi Scriptores varii de auro conficiendo. Descriptus autem fuit in Creta a Theodoro Pelecano Corcyræo, anno Christi 1478. ut in fine legitur. Fol. autem 291. hæc habentur.

Περὶ χρυσογραμμίας ἕτερον.

Τρίψον βόλον ὥσπερ κινναβάριν, ἔπειτα ἔπαρον τοῦ ὠοῦ τὸ λευκὸν καὶ θὲς εἰς ἀγγεῖον· καὶ βάλον ὕδωρ, πάρεξον

Aliud opusculum de Aurea scriptione.

COntere bolum quasi Cinnabarin. Deinde sume candidum ovi, & in vasi depone: immitte

aquam, & valde commiſce, ſpumam ejice, ita ut tota exeat. Poſtea ex ovi aqua partem injice & commiſce cum toto bolo. Deinceps pone ubi opus eſt tibi. Cum autem exſiccatus fuerit, pone rurſum in bolo reliquam partem ovi, & expone aurum in aëre: & cum ſiccatum fuerit, cum cote politum & fulgidum redde.

καλῶς, καὶ ἐξάφρυσον ὡς ὅτε να βγῇ ὁ ἀφρὸς ὅλος. ἔπειτα βαλὼν ἀπὸ τὸ ὕδωρ τοῦ ᾠοῦ καὶ μίξον μετὸν βόλον· εἶθ' οὕτως δὲς ὅπου χρείζῃς, καὶ ἀφ' ὅτου ξηρανθῇ, δὲς πάλιν ἐπάνω εἰς τὸν βόλον ἀπὸ τοῦ ᾠοῦ τὸ λοιπόν· καὶ ὅταν (sic) τὸν ἀέρα τὸν χρυσόν· καὶ ἀφότης ξηρανθῇ, ἐπάνω τρίβε καὶ αλίβοναι μετὸ (sic) πῶμα κόνιν.

ENARRATIO

De arte conficiendi aurea capitula in Libris.

SUme aurum purum & commiſce, miſceque cum argento in igne in vaſculo *conflatorio*: Deinde injice ſulphur & cum illo commiſce in marmore Porphyretico, & pro viribus contunde, ita ut fiat quaſi pulvis, & pone illud in paropſide figlina lævigata: admove igni exiguo, & operi operculo figlino mundo: curatoque ut calefiat donec ruborem contrahat. Deinde cum frigidum erit, repone in marmore Porphyretico, & contunde cum aqua multa, & cum parva ſpongia [abſterge]: poſtea collige & injicito in vaſculum mundum, & deſine modico tempore donec infra demiſſum expurgetur: ac ejecta aqua, rurſum ablue illud, donec a materia emaculetur. Cum autem ſcribere voles, a veſpera injice gummi cum aqua, & cum auro calefacito. Deinde ſcribe primum capitula, tum pone aliud cum ochra ſeu flava materia & gummi commixtum, aut cum cinnabari. Supra autem ipſa capitula ſcribe cum penicillo pictorio, eodem modo quo penicilli adhiberi ſolent, & literas fac aureas.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ

Περὶ τοῦ ποιῆσαι χρυσὰ κεφάλαια ἐν βιβλίοις.

ΛΑβε χρυσάφιον καθαρὸν καὶ λεπτύνον, καὶ ἀνάμιξον μετὰ ἀργυρίου ἐν πυρὶ εἰς τὸ χωνίον· εἶτα βάλε θειάφιον καὶ ἀνάμιξον μετὰ αὐτὸ ὅπου μάρμαρον πορφυρίτου, καὶ τρίψον αὐτὰ ὅσον σοι δυνατόν, ἵνα γένηται ὥσπερ παπαλίνη, καὶ δὲς αὐτὰ εἰς πινάκιν ἀγλαστὸν πήλινον· καὶ δὲς αὐτὰ ἐν πυρὶ μαλθακὸν, καὶ σκέπασον μετὰ ὀστράκου καθαροῦ, καὶ ὀπτμελίσθητι ἵνα ἐκκαή (sic) ἕως ἂν ἐρυθριάσῃ. ἔπειτα ψυχρὸν ἤτω ἐν μαρμάρῳ πορφυρίτου, καὶ τρίψον μετὰ ὕδατος πολλοῦ, καὶ μικρᾷ σπογγιᾷ, καὶ σπώδαξον αὐτὰ, καὶ βάλε εἰς ἀγγεῖον καθαρὸν, καὶ ἔα αὐτὸ ὀλίγον, ἕως οὗ νὰ καθαρισθῇ κάτω· καὶ ῥίψας τὸ ὕδωρ πάλιν πλυῖον αὐτὸ, ἕως οὗ καθαρισθῇ ἀπὸ τῆς ὕλης. καὶ ὅταν θέλῃς γράψῃς, βάλε ἀφ' ἑσπέρας κομμίδιν μεθ' ὕδατος, καὶ σύγκαυσον μετὰ χρυσαφίου. εἶτα γράψον πρῶτον τὰ κεφάλαια· εἶτα πῆρε ἕτερον μετὰ ὤχρας ἀναμιγμένα μετὰ τοῦ κομμιδίου, ἢ λαγχάνει μετὰ κινναβάρεως. ἐπάνω δὲ αὐτῶν τῶν κεφαλαίων γράφε μετὰ ζωγραφικοῦ κονδυλίου, ὡς ἔθος ἐστὶ τῶν κονδυλίων, καὶ ἀπότελε τὰ χρυσᾶ.

Περὶ τῦ χρυσῶσαι ζῶα εἰς κίπαν, ἢ κλάδη ἢ ἄλλον ἕτερον, ϗ τὸ ἄλλον ἀχρύσωτον.

De modo inaurandi animalia in catino, aut ramos, aut aliud quidvis auri ſuperficiem non habens.

Λαβὼν ὀστᾶ περίκαυσον (ſic), καῦσον αὐτὰ ἐν πυρὶ, ἕως οὗ τεφρωθῶσιν· εἶτα μίξον ὀλίγην γύψον μετὰ ψιμυθίου, ϗ τρίψον καλῶς ἕως ἂν λεανθῶσιν. ϗ μίξον ἰχθυόκολλαν· περίχριε τοὺς τόπους ὅθεν βούλῃ χρυσῶσαι, ϗ ἂς ξηρανθῇ, μετέπειτα δὲ χρύσου τὸ ἕτερον.

OVilla oſſa combure igne, donec in cinerem convertantur: deinde immiſce parum gypſi cum ceruſſa, & probe contunde donec tenuiſſima evadant, miſce ichthyocollam, ſive collam piſcis, & illini loca, quæ inaurare cupis, & poſtquam ſiccata fuerint, reliquum inaura.

Artis aureas literas conficiendi, ut hic edocetur, periculum nuper fecit quidam e noſtris, harumce rerum peritiſſimus: qui rem ſibi probe ceſſiſſe renuntiavit, & ſpecimen aureæ ſcriptionis, ſecundùm traditam hîc normam confectæ, nobis obtulit.

Gaudent maxime Græci librarii picturis, & imaginibus, queîs res ab Autoribus deſcriptas nativis coloribus atque picturis repræſentent. Unde etiam plerumque res obſcuras nec ita perſpicue enuntiatas intelligere eſt. Sic in codicibus Vaticano & Laurentiano Coſmæ Ægyptii Topographiam Chriſtianam complectentibus, paſſim imagines rerum de quibus agitur in Libro, nec imperite delineatæ, occurrunt: quarum nos in Editione hujus auctoris nuper emiſſa, non paucas, eaſque ſolum, quæ rebus intelligendis opportunæ erant, edi curavimus. Exemplaria item Dioſcoridis tria perinſignia & vetuſtiſſima; nempe Cæſareum, Neapolitanum ac Regium quorum ſpecimina dabuntur infra, plantarum omnium ſchemata cum coloribus exhibent: audioque alia ejuſdem Scriptoris circumferri pari ornatu conſpicua. In Iliade Homeri Ambroſiana Mediolani, ſoluta oratione undecimo circiter ſæculo conſcripta, Tabellæ hiſtoriarum paſſim habentur, omniaque illuſtriora geſta ob oculos ponuntur. In Regia item Bibliotheca Codex elegantiſſimus decimo ſæculo exaratus: qui ab Huraltio Boiſtallerio Conſtantinopoli pretio centum coronatorum emtus fuit. Eſtque Catena in Pſalmos num. 1878: ubi præcipua Davidis antequam regnum obtineret geſta, ſeptem in folio Tabulis exhibentur, & quidem non imperite ut illo ævo concinnatis. In Codicibus libri Job, ubi de rerum natura, de monſtris feris, avibus, deque variis rebus diſſeritur, omnia quæ figuris exprimi poterant, depingi ſolebant. Eſtque in Bibliotheca Regia codex decimi ſæculi num. 2434. imaginibus oppletus: ubi ſingula, prout a Librariis intelligebantur, deſignata ſunt. Unde in Catena quadam in Job Bibliothecæ Colbertinæ legitur. Εἰκόνες ἦσαν ἐν ᾧ παλαιᾷ βιβλίῳ, ἐν ἑκάστῃ κατηχήσει, ἵνα ἐλθόντες οἱ φίλοι τῦ Ἰὼβ, ϗ ἰδόντες αὐτὸν, ὃν ἄρρηνον ποιοῦντες αὐτῷ διαῤῥήσσοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, ϗ γῆν ἐπὶ κεφαλὰς πάσσοντες, hoc eſt, *In veterum libro imagines ad ſingula argumenta erant: ubi accedentes amici Job, ipſum videntes, ejuſque ſortem lugentes, diſcinſſis veſtimentis pulvere caput conſpergebant.*

Mitto multos alios Codices, ubi ab initio figuræ variis coloribus depictæ; Imperatorum, quorum uſui deſtinabantur, Sanctorum, &c. In Tacticis item ac ubi de Machinis bellicis agitur, ipſorum exercituum ordines, ma-

chinæque, non verbis modo, ſed etiam imaginibus exprimuntur. Hæc vero mirum quam commoda ſint ad rerum & verborum notitiam. Juvat autem hîc ad exemplum, ſchema quoddam apponere, excerptum ex Commentario in Heſiodi Opera & dies, ut exſtat in codice quodam Florentino Monaſterii Beatæ Mariæ Benedictinorum: ſunt autem verſus Heſiodi.

Ἦμος ἀδηκτοτάτη πέλεται τμηθῆναι σιδήρῳ
Ὕλη· φύλλα δ' ἔραζε χέῃ, πόρθμιόν τε λήῃ·
Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον.
Ὄλμον μὲν τριπόδην τάμνῃ, ὑπερον δὲ τρίπηχυ,
Ἄξονα δ' ἑπταπόδην, μάλα γὰρ νύ τι ἁρμόζει οὕτω.
Εἰ δέ κεν ἐκταπόδην, ἀπὸ κ' σφύζειν κε τάμοιο,
Τεσσάρτην δ' ἄψιν τάμνῃ δικαδώρῳ ἀμάξῃ.
Πολλ' ὀπὶ καμπύλα κᾶλα. φέρῃ δὲ γύην ἔτ' ἀὴν ὕρης,
Εἰς οἶκον, καί ῥ' ὄρος διζήμενος ἢ καὶ ἄρουραν
Βέλτιον· ὃς γὰρ βουσὶν ἀρηρὼ ὀχυρώτατός ἐστι,
Εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμῳὸς ὑπ' ἐλύμασι πήξας
Γόμφοισι πελάσας προσαρήρεται ἰσοδονῆι·
Δοιὰ δὲ ῥέθεα ἄροτρα ποιησάμενος κατὰ οἶκον
Αὐτόγυον ἢ πηκτόν. ἐπὶ πολὺ λώιον οὕτω.
Εἰ χ' ἕτερόν γ' ἄξαις, ἕτερον γ' ὀπὶ βουσὶ βάλῃσιν.
Δάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἰσοδονῆες.
Δρυὸς ἔλυμα, τρίτην γύην, βόε δ' ὀναετήρω.

Hoc eſt,

Quando incorruptiſſima eſt cæſa ferro
Sylva: folia autem humi fundit, a ramiſque deficit;
Tunc age, ligna ſecato, memor tempeſtivi operis.
Mortarium tripedale ſeca, piſtrillum vero tricubitale,
Axemque ſeptempedalem; nam ita valde convenit:
Si vero octopedalem, malleum item inde ſecato:
Trium palmarum curvaturam ſcinde currui decempalmari.
Multa præterea curva ligna: ferto autem dentale cum inveneris,
Domum, ſive in monte quærens, ſive in agro,
Ilignum: hoc enim bobus ad arandum firmiſſimum eſt:
Nempe cum Atticæ Cereris famulus temoni infigens,
Clavis admotum ſtivæ adaptaverit.
Bina vero ponito aratra, laborans domi
Ex ſe dentatum ac compactum: quoniam multo melius ſic.
Si enim alterum fregeris, alterum bobus injicies.
E lauro autem vel ulmo firmiſſimæ ſtivæ ſunt.
E quercu temonem, ex ilice dentale, boves autem duos novennes.

His porro verſibus explicandis inſtrumenta arandi a Scholiaſte ſubjunguntur hoc prorſus modo depicta.



Hinc additur breve χάλιον hujuſmodi.

Φησὶν οὖν ἑκάστη ἀφὶς τῆ ζυγοῦ ἔστω τριῶν σπιθαμῶν, ὡς εἶναι τὸν πᾶσαν περιφέρειαν τοῦ ὅλου ζυγοῦ, ἥτοι τὸν κύκλον, δωδεκασπίθαμον, δωρῶν δὲ λς. ἡ γὰρ σπιθαμὴ ἔχει δώρας ἤτοι παλαιστὰς γ'. ἡ δὲ παλαιστὴ ἔχει δακτύλους δ. ἔδει οὖν τοίνυν δωδεκάδωρον εἰπεῖν, ἀλλὰ μὴ δεκάδωρον, εἴπερ πᾶσα περιφέρεια κύκλου τριπλάσιον ἔχει τῆς οἰκείας διαμέτρου εὐθεῖα πρὸς τὰς ἐκτὸς ὑποφανείας τοῦ κύκλου. ἔοικε δὲ τὰς δύο δώρας εἰς τὰς συμβολὰς συγκρυβέσθαι, τὰς ἀπὸ τῆς ἐντὸς ὑποφανείας μέχρι τῆς ἐκτὸς ἐκτέρωθεν, διὸ καὶ δεκαδώρῳ εἶπεν.

Quæ nos ſic interpretamur.

Ait igitur: Unaquæque curvatura rotæ ſit trium ſpithamarum, ut totius rotæ ambitus ſive circulus ſit duodecim ſpithamarum, palmorum vero triginta ſex. Nam ſpithame habet doras ſive palmos tres: palmus vero digitos quatuor. Oportuit igitur duodecim palmorum dicere, non decem palmorum: quandoquidem totus circuli ambitus diametrum ſuum triplicat, ſi ſecundum extrinſecam circuli ſuperficiem rectus deſcribatur. At videtur duos palmos ad commiſſuras, quæ ab exteriori ad interiorem ſuperficiem pertingunt, abſcondi & ſubduci: quapropter decem palmorum dixit.

Hic σπιθαμὴ trium palmorum eſſe recte dicitur, contra quàm alii cenſent, qui ſpithamen pro palmo habent. Verum cum Scholiaſte noſtro ſtat Hero nobilis Geometra de Menſuris, qui ſic habet, in Analectis noſtris p. 309. Ἡ σπιθαμὴ ἔχει παλαιστὰς τρεῖς, ἤγουν δακτύλους δώδεκα, κονδύλους ἕξ. id eſt. *Spithame habet palmos tres, nempe digitos duodecim, condylos ſex.* Cum ait autem Heſiodus aratrum ex ſe dentatum eſſe debere, innuit acumen illud, quod in ſchemate vides lanceæ ferro ſimile, non adjunctum, ſed eodem ligno continuatum oportere, cui adaptabatur acumen ferreum ὑγὶς dictum, ſulcandæ terræ. Κάτοινος ſtimulum ſignificat ex altera parte triangulare ferrum habens, quo terra inter arandum dentali aliiſque infimis aratri partibus hærens, excutiatur.

In edito Heſiodi Græcè Venetiis anno 1536. fol. cxiii. inſtrumenta arandi depinguntur, & inde deſumta videntur a Geſnero Hiſt. Animal. l. 1. p. 81. nam utrobique idem ſchema conſpicitur. Ad Venetæ item editionis fidem delineata ſunt eadem inſtrumenta in aliis Editis poſtea emiſſis. Etſi vero ibi non pauca adferantur hoc in ſchemate non recenſita; hic item aliqua ſunt figuris exhibita, quæ in Veneta editione non comparent: v. g. ζυγὸς, ἄψις, γόμφος, κάντρινος, i. jugum, apſis, dentale, ſtimulus. Ad hæc videtur hoc ſchema multo vetuſtius & ſincerius eſſe Veneto. Hæc porro rerum enarratarum ſchemata vetuſtis in libris poſita, mirum quantum legentibus commoda ſint. Multa ſane occurrunt in antiquis Scriptoribus, quæ vix ac ne vix quidem intelligantur, ita ut iis explicandis eruditi viri non parum temporis & laboris inſumant, ac demum incerti conjecturas meras efferant: quæ ſi pictura aut atramento efficta eſſent, vel pueris certe nota evaderent. Exempli cauſa quæritur quid ſit ἄψις apud Heſiodum: quam ille inter arandi inſtrumenta numeravit Scinditur Commentatorum turba in varias opiniones. Hic uno conſpectu vides eſſe recurvum lignum, quod quartam extimam rotæ partem ambiat: ita ut quatuor apſides rotam circummuniant. Cæterorum item formam, quæ hic repræſentantur, ſine ſchematis adminiculo vix perfecte capias. Magna igitur habenda Librariis gratia, cum tales imagines legentibus offerunt: in aliis quippe vides equitantium modum, Ephippiorum formas, quæ in remotiori ævo ſcandulas (*Etriers*) non habebant; in aliis texentium inſtrumenta, in aliis veſtium figuras; avium quæ nominantur in libris, nec ex ſolo nomine internoſci valent, ſpeciem & colorem; ſerpentum omnis generis formam, ut in Dioſcoridiano Cæſareo Exemplari: aliaque innumera quæ recenſere non eſt præſentis inſtituti. quæ porro enumeravimus ipſis oculis in vetuſtiſſimis libris explorare licuit.

Gaudent item cum Orientales nationes, tum maxime omnium Græci, Proſopopœis. Προσωποποιΐα autem dicitur, cum rebus inanimatis & inſenſilibus, ſive etiam animalibus, aut forma aut actio humana adſcribitur; ut in illo Habacuc Prophetæ dicto, *Dedit Abyſſus vocem ſuam, Altitudo manus ſuas levavit:* & paucis interpoſitis, *obſtupefacies montes:* hinc etiam Græci veteres paſſim fluminibus, fontibus, & ſylvis, non hominum formam modo, vocem, & geſta tribuunt; ſed etiam deorum ac numinum. Quod autem Scriptores tum ſacri tum prophani, ſive metrica ſive pedeſtri oratione expreſſerunt, idipſum Librarii paſſim picturis repræſentant. Sic in Cæſareo codice Geneſeos, cujus exemplum infra dabitur, ubi hiſtoriarum ſingularum imagines narrationi interſeruntur, cum Adamus & Heva poſt lapſum ex Paradiſo pulſi exhibentur, excluſis adpingitur figura muliebris, vultu ad triſtitiam compoſito, quo ſignificatur μετάνοια, id eſt, *pœnitentia.*

Etſi porro, licet rarius, accidat, ut nullo adſcripto nomine, hujuſmodi figuræ depingantur, frequentius tamen nomen ipſum adjicitur. Sic in codice Dioſcoridis vetuſtiſſimo, cujus item ſpecimen infra dabitur, ad Julianæ Auguſtæ latera hinc & inde duæ ſpecioſæ mulieres ſuſpiciuntur, quarum altera inſcribitur μεγαλοψυχία, *magnificentia*, ſinum oſtentans nummis aureis repletum; altera vero à ſiniſtris ſedens, dextera tantillum ante pectus erecta ſublatoque indice digito, ſiniſtra autem libro genu innixo impoſita, φρόνησις ſive prudentia vocatur. Ante Magnificentiam a

dextro latere ſtat Cupido nudus alatus, Auguſtæ librum apertum oſtentans, cum inſcriptione πόθος τῆς σοφίας κτιστοῦ, *Amor ſapientiæ creatoris*; juxta Cupidinem proſtrata cernitur mulier ſanctimonialis habitu candido cum inſcriptione, εὐχαριστία, *gratiarum actio*, eraſis aliis quæ ſubjiciebantur, ut in ſchemate videas libro tertio.

In eodem item Codice, inter alias depictas Tabulas, duæ exhibentur ubi mulier Dioſcoridi adſtans effingitur, mandragoram dexterâ geſtans, inſcripta εὕρεσις, id eſt, *inventio*.

In codice Regio num. 1878. membranaceo pereleganti, x. ſæculi, ubi catena SS. PP. in Pſalmos & Cantica Scripturæ, exſtant picturæ bene multæ, a perita manu delineatæ, cum proſopopœis frequentibus, quas hîc recenſere ne pigeat.

Fol. 1. A tergo Davidis Pſalterium pulſantis, mulier ornata veſtibus ſedens, ſiniſtram humero Davidis imponens, dexteram in ſinu exerto indice digito tenens, inſcribitur, μελῳδία, *melodia*. Ab altera imaginis parte, homo nudus, panno violaceo ima corporis obtegens, ramo viridi coronatus, dexteram capiti imponens, ſiniſtra truncum arboris complectens, inſcribitur, ὄρος Βηθλεέμ, *Mons Bethleem*.

Fol. 2. Mulier manum Davidi contra leonem pugnanti porrigens, virili inceſſu, nudis brachiis & tibiis, crinibus vitta rubra redimitis, inſcribitur ἰσχύς, *fortitudo*.

Fol. 3. A tergo Davidis, qui a Samuele in regem inungitur, mulier placido vultu radiato capite, dexterâ ſublato indice digito Davidem oſtentans, cum inſcriptione πραότης, *manſuetudo*.

Fol. 4. A tergo Davidis contra Goliath pugnantis ſtat mulier alata, capite redimito, dexteram humero dextro Davidis imponens, ſiniſtram, exerto indice digito, mento ſuo admovens, cum inſcriptione, δύναμις, *virtus*. A tergo Goliathi mulier truci vultu manum dexteram fronti admovens, ſiniſtram extendens, inſcribitur ἀλαζονία, *arrogantia*.

In quinto folio nihil hujuſmodi.

Fol. 6. Juvenis laurea redimitus Davidem a militibus ſcuto impoſitum corona Regia ornat. Ibi nulla inſcriptio: ſed ille juvenis haud dubie στέφανον ſive coronam repræſentat.

Fol. 7. A dextris Davidis regio ornatu ſtantis, librum apertum manu tenentis, eſt mulier redimito & radiato capite, ſeria cogitans, veſte interiore rubra, veſtimento exteriore cæruleo, manum dexteram erigens, ſiniſtrâ librum lateri admotum complectens, inſcribitur, σοφία, *ſapientia*. A ſiniſtris Davidis, mulier item redimito & radiato capite, dexterâ Davidis librum, exerto indice digito, quaſi commonſtrans; ſiniſtrâ librum tenens, inſcribitur προφητία, *Prophetia*.

Fol. 136. Ad Pſalmum pœnitentiæ, ἐλέησόν με ὁ θεός, *Miſerere mei Deus, &c.* a tergo Davidis in genua procumbentis, ac demiſſo pene in terram vultu veniam rogantis, mulier radiato ac redimito capite, ſubtriſti vultu, dexterâ Davidem commonſtrans, ſiniſtram ori admovens, cum inſcriptione, μετάνοια, *pœnitentia*.

Fol. 419. Ad Canticum Moyſis poſt trajectum mare Rubrum, pictura habetur, ubi mulier cæruleo habitu, velo cæruleo ſtellato caput obvelans, inſcriptionem habet, νύξ, *Nox*. Sub nocte juvenis ſedens, amictu rubro,

NYΣ
HCAIAC
ορθρος

brachium nudum extendens, inſcribitur, ἔρημος, *deſertum*. In mari Rubro ibidem depicto, homo nudus ſubniger, tetricâ formâ, ambabus manibus Pharaonem ab ſe comprehenſum in profundum detrahens, inſcribitur, βυθός, ſive *profundum*. A tergo ejus, mulier ab umbilico ex aquis emergens, remum ſiniſtra manu tenens, humeroque reclinans, dextram ori admovens, inſcribitur, ἐρυθρὰ θάλασσα, *mare Rubrum*.

Fol. 422. Ad Canticum Moyſis poſtremum, Homo nudus, ſed amictis cruribus, tetrica forma, ſiniſtrâ rupi innixus, dexterâ erectâ radicem arboris tenens, cum inſcriptione, ὄρος Σινᾶ, *Mons Sina*.

Fol. 435. Ad Canticum Heſaïæ, ἐν νυκτὶς ὀρθρίζῃ ὁ πνεύμά μου, in appoſita Tabula depicta, ante Heſaïam orantem ſtat puerulus Heſaïæ adverſus, dexteram ad Heſaïam erigens, ſiniſtro brachio facem ardentem complectens, inſcribitur, ὄρθρος, *diluculum*. A tergo Heſaïæ mulier radiata ſed radiis pene exſtinctis, velo cæruleo ſtellato caput obvelans; ſiniſtra facem accenſam verſus terram inclinans ut exſtinguat, cum inſcriptione, νύξ, *Nox*, ut in adjuncto ſchemate vides.

Fol. 446. Ad Canticum Ezechiæ Regis, juxta Ezechiam ſtantem, manus pallio obvolventem, mulier radiata ſiniſtram collo admovens, inſcribitur, προσευχή, *Oratio*.

Hæc augeri poſſent. Verum quæ ſupra retulimus ad ſpecimen ſatis ſunto. Proſopopœas hujuſmodi in numiſmatibus antiquis frequentiſſimas obſerves; videlicet, fortunam, pacem, ſpem, victoriam, &c. humana forma. Sed ea recenſere & explicare non eſt præſentis inſtituti: adeantur rei nummariæ Scriptores.

CAPUT II.

De Chartarum nomine ac generibus, de Philyra, Tilia, Papyro Ægyptiaca: de Charta plumbea, de Tabellis ceratis, itemque de Elephantinis: de Coriacea, Membranea, & de Bombycinæ vetuſtate atque uſu: de Pugillaribus & de Libris linteis.

O Χάρτης, id eſt, Charta, apud Græcos pro quolibet Chartarum genere uſuvenit; nempe pro Papyro Ægyptiaca, pro Membranacea, Corticea, Bombycina: quarum vel uſus hodieque manet, vel quædam, etſi tenues, reliquiæ ſuperſunt: quare Scholiaſtes ad lib. 22. Baſilicorum p. 95. Χάρτης ἐστὶ ὁ ἀπὸ παπύρου δέρμα, ἢ ἑτέρα ὕλη πρὸς γραφὴν πεποιημένη. Id eſt, *Charta eſt Papyri pellis, ſive altera materia ad ſcribendum adaptata*. Verum Chartæ nomen peculiari uſu papyreæ dabatur. Unde in Gerontico Niconis mſſ. Serm. 29. legitur. Μὴ γράφωσιν οἱ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὄντες καλλιγράφοι τοὺς βίους καὶ λόγους τῶν πατέρων ἐν μεμβράναις, ἀλλ' ἐν χάρταις. *Ne ſcribant ii, qui in Eremo ſunt Calligraphi, vitas & ſermones Patrum in membranis, ſed in Chartis*, intellige Papyreis. Alias vero vetuſtate obliteratas Chartarum & Tabellarum ſpecies, carptim tangere ac memorare ſatis erit: quia res a doctis viris Pancirolo, Salmaſio, Gerardo Voſſio, Allatio aliiſque expenſa fuit accuratius. In textilibus olim malvarum palmarumque foliis ſcriptitatum eſſe ſcribit Iſidorus lib. 6. c. 12. In Philyra item ſeu Tilia, ut multorum teſtimoniis vete-

rum evincitur; videlicet in Tiliæ parte illa quæ inter corticem & lignum hæret tenuissimaque est, & liber vocatur. Unde Isidorus lib. 6. Orig. c. 14. *Liber est interior tunica corticis, quæ ligno cohæret, in qua antiqui scribebant. De qua Virgilius:* sic alta liber hæret in ulmo. *Unde & liber dicitur, in quo scribimus: quia ante usum Chartæ vel membranarum, de libris arborum volumina fiebant.* Ubi Chartæ nomine Papyrum Ægyptiacam intelligas: qua de re Plinius lib. 3. c. 11. *Præparantur ex Papyro Chartæ, diviso acu in prætenues, sed quam latissimas Philuras.* Quod habet autem Isidorus, ante usum membranarum de libris arborum volumina fuisse, nescio an probandum, quandoquidem tantæ vetustatis est membranarum usus, ut ab antiquissimis Græcis auctoribus memoretur, & ejus origo lateat.

Ut porro liber a libro, interiore scilicet corticis tunica, a Latinis vocatur, quia illa ad scriptionem usurpatur; sic apud Græcos, βίβλος: quæ vox prisca origine, papyrum, juncum, caudicem significat, pro libro designando usu venit, quia ex illa materia libri conficiebantur. *Hinc & priscorum opuscula,* (inquit Cassiodorus, lib. 11. Epist 38.) *Libros appellavit antiquitas. Nam hodie quoque librum virentis folii vocitamus exuvium.* Cui appositè subjungatur Cedreni locus p. 170. Λέγεται παρὰ Ρωμαίοις ματείκιον ὃ πλατὺ ξύλον, ἢ παχύ· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ξύλοις ἢ φλοιοῖς, ἢ φιλυρίνοις πίναξιν ἐγγεγραμμένοις ἐχρῶντο. ἔστι δὲ ἢ σανὶς φιλυρίνη, ἐφ' ἧς τὰ ῥήματα τῆς ἐλευθερίας εἴωθε γράφεσθαι. πτελία δὲ παρὰ τοῖς αὐτοῖς, ἡ φιλύρα, τὸ ξύλον· ὅθεν κώδιξ ὁ βιβλίον· κώδιξ δὲ κυρίως ὁ φλοιὸς ἢ αὐτοῖς καλεῖται· ἢ λίβερ, ὁ βιβλίον. λίβερ δὲ ὁ φλοιός ἐστι κυρίως· τοῦτο δὲ ματείκιον· ἢ ματεικαρίους τοὺς ξυλουργοὺς καλοῦσι. id est: *A Romanis latum & crassum lignum, matricula dicitur: antiqui enim in ligno, corticibus, ac philyrinis tabellis scribebant. Est etiam philyrina tabula, in qua libertatis literæ solebant inscribi. Tilia apud ipsos idem est ac philyra: unde & codex idipsum est atque liber: illis vero codex propriè truncum significat: ac liber idem est, quod Græcè* βιβλίον: *Liber autem corticis pellicula. Hæc porro matriculam vocant, & matricarios, lignarios.*

Memoratis hisce Chartis longe celebrior frequentiorque fuit Papyrus Ægyptiaca, seu philyra Papyri: quæ etiam βύβλος, & βίβλος, *Biblus* dicitur, indeque libri apud Græcos, βίβλοι, ut jam diximus, & βιβλία vocantur. Erat autem planta Ægyptia bicubitalis, quæ pelleas tunicas habebat multas: eæ autem acu separabantur, ut in Plinii loco observatur: hinc ad firmitatem turbida Nili aqua intingebantur, ut siccatæ postea solidiores essent. Verum quia usus & experientia semper quid importat novi, glutino illini cœperunt Niliacæ Chartæ, ut firmius consisterent. Eratque Alexandriæ artificum hujusmodi frequentia, ut innuit Hadrianus Augustus in Epistola sua apud Vopiscum. *Civitas opulenta,* inquit, *dives, fœcunda, in qua nemo vivat otiosus. Alii vitrum conflant, ab aliis Charta conficitur.* Cum autem has solum artes commemoret, admodum frequentatas esse subindicat. Unde apud eumdem Vopiscum legitur, Firmum tyrannum qui in Ægypto defecerat, *tantum habuisse de Chartis, ut publicè sæpe diceret, exercitum se alere posse Papyro & glutino:* quod Casaubonus de harumce rerum pretio explicandum censet; Salmasius contra de rebus ipsis: nam esui aptam Papyrum fuisse comprobat. Ut ut sit, quanta in Ægypto fuerit Chartarum ex Papyro officina, hinc colligas licet. Papyreorum librorum raræ & pertenues reliquiæ subsistunt: hoc Chartarum genere constat liber Evangeliorum S. Marci Venetiis: qui tum vetustate tum situ & humidis sedibus pene totus deforma-

tus est. Qua de re in Diario Italico nostro pluribus actum est, p. 55. Aliam item Papyream Chartam vidimus in Septaliano Musco Mediolani, quæ continet indicem sanctorum Martyrum, quorum corpora S. Gregorii Magni temporibus Romæ quiescebant, a doctissimo & amicissimo viro Lud. Muratorio publicatum in Anecdotis: alios binos Latine scriptos Papyreos libros memorat Mabillonius noster in libr. de Re Diplomatica l. 1. c. 8. Græcum autem Papyreum codicem nullum hactenus vidimus. Unius tamen libri Papyrei Græcè scripti admodum tenues & exesæ reliquiæ supersunt in Bibliotheca sancti Martini Turonensis, cujus fragmentum dabimus inferius suo loco: alterius item tria frustula exhibet Lambecius in Biblioth. Cæsarea l. 8. p. 410. Narrat Eustathius ad Homeri Odysseam φ'. jam suo tempore papyri Ægyptiacæ conficiendæ artem desiisse, ὡς ἡ τέχνη αὖθι ἀπηλιθίαι.

Corticeam Chartam eam esse puto, quam ξυλοχάρτον Græci vocant. Etsi enim Eustathio referente ad Odyss. φ. Xylochartia, secundum quorumdam opinionem ex Biblo, sive papyro Ægyptiaca facta fuerint, εἰσὶ τὸ γὰρ, φασὶν, ἀπὸ βύβλων Αἰγυπτίων; at vel ipsum nomen suadet ξυλοχάρτον, esse quamvis e ligno sive cortice confectam Chartam; idipsumque perspicue indicare videtur Scholiastes Basilicorum, qui ξυλοχαρτια vocat, ξυλώδης χάρται, ligneæ vel corticeæ Chartæ, additque eo tantum Chartæ genere descripta olim fuisse protocolla Imperatorum; ut difficilius esset hæc imitari & falsa protocolla confingere. Prisco tamen ritu sacræ illæ & Imperatoriæ Chartæ ex Papyro, videlicet Ægyptiaca, confectæ erant. Unde Nilus Epistola ad Philippum Scholasticum, ἐκ παπύρου καὶ κόλλης χάρτης κατασκευασθεὶς, χάρτης ψιλὸς καλεῖται· ἐπὰν δὲ ὑπογραφὴν δέξηται βασιλέως, δῆλον ὡς σάκρα ὀνομάζεται. *Ex papyro & colla Charta præparata, Charta simplicis vocatur; at ubi Imperatoriam subscriptionem accipit, sacra, ut manifestum est, nuncupatur.* Corticea vero Charta differt a Papyrea, contra quàm opinati sunt recentiores multi, qui corticeam pro Papyrea vulgo habuerunt: nam Papyrea, tenuissima simul & firma est, ut animadvertimus in reliquiis ejus quæ supersunt. Corticea autem illa densior, quæ non modo facile rumpitur; sed etiam in pelliculas solvitur; ita ut evulsa prima superficie, Charta literis vacua plerumque maneat, ut observatur in Codice nostro Corticeo San-Germanensi, ubi Chartæ quidem residuæ visuntur; verum literæ, avulsa illa priori superficie & pellicula, pariter sublatæ de medio sunt. Verum fateor non ita facile semper esse hujusmodi Chartas internoscere, ac designare quæ Papyrea quæ Corticea sit. Diplomata bene multa Corticea vel Papyrea exstant hodieque Latine in Archivis publicis; inter quæ insignia sunt San-Dionysiana, aliud Monasterii B. M. Crassensis in Occitania, Reatinum illud in Museo Clarissimi viri Antonii Capelli Venetiis, cujus apographum dedimus in Diario nostro Italico: mitto innumera alia quæ longum esset recensere. At Græce pauciissima in Occidente supersunt in Cortice vel Papyro scripta: licet enim Bibliothecas Græcosque Codices in Italia & in Gallia diligentissime perveștigarim, unicum hujusmodi reperi, nempe in Archivo S. Dionysii diploma Papyreum cujusdam Imperatoris Græce scriptum: cujus pariter schema dabitur ad octavum Christi sæculum. Cæterùm Chartæ hujusmodi Corticeæ vel Papyreæ aliæ aliis densiores; aliæ aliis elegantiores sunt. Siquidem cum ita frequens olim earum usus fuerit,

nihil mirum eſt varia Corticum genera uſurpata fuiſſe. Ab annis porro plus ſexcentis a Corticis & Papyri pro ſcriptione uſu ceſſatum fuiſſe creditur, ut ſupra diximus.

Chartam plumbeam, nam ita vocat Suetonius in Nerone cap. 20. olim in uſu fuiſſe multorum teſtimoniis veterum aſſeritur. Inſigne eſt illud Jobi 19. 24. *Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice.* Frontinus item ait lamellis plumbeis inciſas olim literas: hinc etiam volumina plumbea apud Plinium appellantur. Quin & apud Græcos memoratas comperimus Chartas plumbeas χάρτας μολυβδίνους, qua de re Suidas, Εἰς ἐλάσμους μολύβδου γράφοντες, *in laminis plumbeis ſcribentes.* Tanti vero ponderis materiam ideo uſurpaſſe videntur, quia mollior erat incidendis literis. Unum tantum vidi libellum plumbeum, octo foliis conſtans, quorum primum & ultimum tegumenti loco erant; ſex reliqua inſculpta utrinque myſticis Baſilidianorum figuris literiſque, partim Græcis, partim Hetruſcis: a tergo ſingulorum foliorum ſinguli ſunt annuli folio hærentes, ſic adaptati, ut immiſſa annulis virgà plumbea, totum librum compingeret. Libri hujuſce ſingularumque paginarum, quæ duodecim numero ſunt, ſchemata dabimus ad ſecundum Chriſti ſæculum, ubi de Baſilidianis.

In Tabulis ceratis olim ſcriptitatum fuiſſe planum eſt: nec infrequentem earum uſum extitiſſe ſuadet crebra earumdem apud veteres Scriptores mentio. Non liquorem quempiam adhibebant vel calamum ad ſcriptionem; ſed ſtylo incidebant literas. Libri hoc ritu Latine ſcripti; ſed non ita vetuſti, quædam tabellæ ſuperſunt in Monaſterio noſtro San-Germanenſi. In Libris æneis argenteiſque laminis inciſas antiquitus literas fuiſſe memorant plerique veteres: pariterque in libris ſive pugillaribus Elephantinis eburneiſque, quorum nullum ſupereſt veſtigium. Teſſeram ſolum eburneam vidi in Muſeo magni Hetruriæ Ducis, inſculptam nominibus quibuſdam. Literas autem eburneas & buxeas teſſellarum more conficiebant veteres, pueriſque tradebant ad ludicram exercitationem, ut inter ludendum literas ediſcerent. Cujus rei teſtes locupletes ſunt Quinctilianus l. 1. c. 1. *Ad diſcendum*, inquit, *irritandæ infantiæ gratiâ, eburneas etiam literarum formas, in ludum offerre notum eſt:* & Hieronymus ad Lætam, qui ait: *Fiant ei literæ vel buxeæ vel eburneæ, & ſuis nominibus appellentur. Ludat in eis, ut & ludus ipſe eruditio ſit.* Cæterum Elephantinos pugillares, eboreis tabellis conſtitiſſe, optime probat Salmaſius exemplis veterum: nam eborei pugillares memorantur apud Martialem: alii volunt in omento item Elephanti, ſive inteſtinorum pelle ſcriptitatum fuiſſe, quod ſane, etſi rarius, factum ſuadet Iſidorus. Hos autem Libros atque etiam pugillares eburneos infuſo per calamum atramento deſcriptos fuiſſe comprobatur perſpicuis exemplis. Alia Chartarum genera ſingularitatis ſolum cauſa hic nominanda: earum vero quædam a Principibus, quibus uſui erant, nomen habebant, ut Charta Auguſta, Livia, Claudia, quædam a locis ubi conficiebantur, ut Saïtica & Tæniotica. Narratur item, ſub Leone Iſauro excitatum fuiſſe Conſtantinopoli incendium, quo inſignis Bibliotheca abſumta fuit; in qua erat Homerus totus in draconis inteſtino aureis literis exaratus. Hæc de Chartis quæ jam obſoleverunt, vel quarum uſus non ita frequens fuit.

Jam veniatur ad Chartas ex pelle animalium confectas, quæ binas in claſſes

classes possunt distingui. Alia est corium subactum, quod olim in usu, licet non ita vulgari, fuisse comprobatur: adhucque viget in Synagogis Hebræorum, ubi rotulos videmus ingentes, ex vitulina pelle confectos, librosque Scripturæ sacræ complectentes: quales memoravimus in Diario Italico; nempe Bononienses binos perantiquos, ac Liburnicum unum. Duo item hujusmodi volumina in Bibliotheca Vaticana exstare narrat Leo Allatius Animadversionibus in Etruscas inscriptiones p. 114. aliud in Bibliotheca Regia, & non pauca in Synagogis Hebræorum exstant. Chartæ vero membranaceæ, sive membraneæ, quæ alio nomine pergamenum appellantur, ex pellibus ovium aut vituli concinnatæ, longe tenuiores & elegantiores sunt. Ex Græcè vocantur διφθέραι, σωμάτιον, σωματία, δέρμα, περγαμήνη, & μεμβράνα, μεμβράνον, βεμβράνα, βέμβρανον, βεμβραίνα. Irene Augusta in Typico suo, quod octodecim ab hinc annis edidimus, p. 276. σωματῶα vocat, ἐπεὶ δὲ, ait, ἡ τρία τυπικὰ σωματῶα γεγόνασι πρὸ ἡμῶν, ἀπὸ βλαττίων ἐνδεδυμένα: hoc est, *quandoquidem tria Typica membranacea, blattiis sive serico operta, adornata a nobis sunt.* Igitur quam Latini chartam membranaceam, a membris; eamdem Græci σωματώδη, & σωματίδη, sive corpoream, a corpore vocarunt. De origine & vetustate ejus non est quod pluribus edisseramus, quando illa ab Herodoto, Ctesia aliisque antiquissimis Scriptoribus, ut priscis temporibus usitata refertur: nec est etiam quod formam ejus & conditionem perscribamus: nam hodiernæ nostræ perquam similis est; ut experiri licet in sexcentis codicibus perantiquis, qui variis in Bibliothecis supersunt. Cæterum ut membranæ hodiernæ inter se multum tenuitate & elegantia discrepant, idipsum observes in priscis illis membranis, quæ ad nostram usque ætatem pervenerunt.

De charta vero, quam Bombycinam Græci nuncupant, hic pluribus agendum, quia de ejus vetustate & usu pauca hactenus dicta sunt: hincque spes est ea, quæ jam περὶ βομβυκίνων proferemus, vel ipsa novitate placitura esse.

Dum Romæ agerem, mihi nec opinanti accidit, ut de chartæ Bombycinæ vetustate differendum esset: cum enim Monachis S. Basilii in Sicilia lis moveretur de fundi seu prædii cujusdam possessione: ipsique ad partes tutandas instrumentum sexcentorum ferme annorum proferrent, in charta Bombycina scriptum: reclamabant adversæ partes dictitantes chartam Bombycinam non esse tantæ vetustatis, ac proinde quasi nothum repudiandum instrumentum esse; periculumque erat ne causa caderent Basiliani. Rogatu igitur summi Ordinis Præfecti, D. Petri Mennitii, viri amicissimi multisque mihi nominibus observandi, quæ tum succurrebant, de chartæ Bombycinæ vetustate scripto tradidi, ac chartam hujusmodi ab annis hinc sexcentis in usu, & quidem vulgari, fuisse comprobavi. Quæ tunc à me scripta sunt hic adferre operæ pretium erit: adjunctis aliis, quæ per otium & diuturnam tractationem in Bombycinis exemplaribus observavi.

Charta Bombycina Græcè, βομβυκίνη, sic dicitur, ἀπὸ τῦ βόμβυκος, à *Bombyce*, sive Gossipio, vulgò *cotton*: quia ex hujusmodi materia primo conficiebatur. Vocatur etiam Bambycina & Bambacina, quia promiscue Græce dicitur, βάμβαξ & βόμβυξ apud medii ævi Scriptores: unde Itali hodierni Gossipium, *Bambaccio*, nuncupant. Hæc ad vocis originem.

Ubi notandum eſt, Bombycem etiam pro ſerico accipi apud Plinium, & alios, vocemque βόμβυξ uni ſerico ſignificando priſcè deputatam videri. At infimis ſæculis, ubi maxime de chartis agitur, βόμβυξ & βάμβαξ, *Goſſipium;* charta vero Bombycina & Bambacina eam, quæ vel ex Goſſipio vel ex detritis pannis conficitur, exprimit, ut ex hodierno Italorum & Græcorum uſu comprobatur. Et vero Cangius in Gloſſario Græco vocem βάμβαξ & βόμβυξ Goſſipium explicat, & qui mox laudandam Rogerii Regis chartam ex Græco Latinam fecit, βομβυκίνιον chartam, *cuttuneam* vocat: quare etiam apud Latinos, ea quæ ex detritis pannis conficitur charta, vulgo *papier*, Bombica interdum dicitur: unde Thomas Demſterus in Gloſſas Inſtitutorum Juſtiniani l. 2. Tit. 1. §. 33. *Bombicæ chartæ*, inquit, *paulo ante ætatem Accurſii excogitatæ ſunt.* Siquidem charta item ex detritis pannis confecta, inſtar hodiernæ noſtræ, ob materiæ ſimilitudinem Bombycina & Bambacina nuncupata eſt. Chartam hujuſmodi annis ab hinc ſexcentis in uſu fuiſſe perſpicuis teſtimoniis aſſeritur. Siquidem infra memorandum Siciliæ Diploma anno 1102. datum, in charta Bombycina ſive *Cuttunea*, quod idipſum eſt, conſcriptum erat. Ad hæc, Irene Ducæna Auguſta conjux Alexii Comneni Imperatoris, in Typico ſive Regula Monialium, ab ſe ineunte duodecimo ſæculo edita, jubet confici ſex libros membraneos, duoſque Bombycinos ad uſum quotidianum. En Auguſtæ verba: ἐπεὶ δὲ καὶ τρία τυπικὰ γεγόνασι σωματῶα πρὸ ἡμῶν, ἀπὸ βλαττίων ἐνδεδυμένα, καὶ τρία βρεβία; hoc eſt, *Quandoquidem tria Typica membranacea, blattiis, ſeu pannis ſericis operta, necnon tria brevicula a nobis adornata ſunt.* Et inferius, τὰ μὲν τοι ἕτερα δύο τύχη, ὧν τὸ μὲν εἰς τυπικὸν τάξιν γέγονε· τὸ δὲ ἕτερον εἰς βρεβίου, βαμβύκινα καὶ ἀμφότερα ὄντα, εἰς καθημερινὸν χρῆσιν ἔσονται καὶ αὐτὰ τῇ μονῇ; hoc eſt, *Porro alii duo libri, quorum unus in Typici; alter in breviculi formam deſcriptus eſt, ambo Bambycini, quotidiano Monaſterii uſui deſtinabuntur.*

Ejuſdem pene ætatis erat codex ille Bambycinus, a Cardinali Beſſarione memoratus in Libro de Proceſſione Spiritus ſancti p. 170. qui ab annis trecentis deſcriptus fuerat, ut in nota ad calcem, pro more Græcorum Amanuenſium poſita, præferebatur: qui proinde anno circiter 1140. exaratus fuerat.

Poſtea vero ſecundis curis in alios incidimus Bombycinos codices memoratis vetuſtiores, ad quorum calcem nota anni ſcribitur, ut eſt codex Regius num. 2889. anno 1050. exaratus, cujus ſubſcriptionem inferius damus ad eumdem annum. Codex item Cæſareus in recenſione Petri Lambecii l. 5. p. 375. anno 1095. ſcriptus, Bombycinus eſt, cujus ad eumdem annum ſubſcriptionem inferius habes, cum Calligraphi nomine. Hinc liquet ab annis plus ſexcentis non extitiſſe modo; ſed etiam uſu frequentatam fuiſſe chartam Bombycinam. Verum non deſunt alia argumenta & indicia, quæ ipſam antiquiorem fuiſſe ſuadeant: ſiquidem variis in Bibliothecis, & nominatim in Regia, exemplaria quædam ſunt Bombycina, quæ ex characteris forma decimum ſæculum præferunt; qualis eſt codex Bombycinus Regius num. 2436. Eſtque catena in Eccleſiaſten, cujus ſpecimen dabitur ad decimum Chriſti ſæculum. Codices porro noni, decimi, & undecimi ſæculi ſeſe ſuis notis indiciiſque produnt, ipſorumque ætatem facilius eſt internoſcere; tum quia Exemplaria bene multa ætatis & anni notam in fine conſignant; tum quia, poſtquam unciales literæ aliam in

formam deduci cœptæ ſunt, atque impetratum a conſuetudine fuit, ut literæ mutuo colligarentur, & uno ductu binæ, ternæ, quaternæ, imo verba integra, quò promtius faciliuſque ſcriptio flueret, exararentur, non in tam varias literarum formas, ſaltem à principio, facta ſunt divortia. Alia in hanc rem bene multa mittimus, quæ ad nonum, decimumque Chriſti ſæculum indaganda venient. Certum itaque nobis eſt jam decimo ſæculo in charta Bombycina ſcriptitatum fuiſſe. De prima vero ejuſdem chartæ origine, ut de aliorum pene omnium ortu & prima inſtitutione, mirum ubique ſilentium.

Sæculis tamen decimo, undecimo & duodecimo, non ita multi codices in Bombycina charta ſcripti deprehenduntur; ſed maxima pars membranacei ſunt; decimo-tertio autem, decimo-quarto & ſequentibus obtinuit uſus ſcribendi in charta Bombycina; ita ut ejus ætatis plures Bombycini, quam membranacei libri occurrant.

Cæterum tunc advecta fuiſſe videtur charta Bombycina, cum Papyrea Ægyptia, & corticea ſenſim exoleſcerent. Poſt advectam autem Bombycinam chartam; nulla alia librorum genera memorantur, quàm membranaceorum & Bombycinorum, quod advertas in Synodo Florentina Seſſ. 20. ἔστι δὲ ἡ βίβλος ἐν μεμβράναις, οὐκ ἐν βαμβακίνοις: *Liber eſt in membranis, non in Bambacinis:* quo ſubindicatur hæc duo tantum chartarum genera agnoſci.

Ex charta porro Bombycina non libri modo, ſed etiam diplomata exarabantur, ut perſpicuis exemplis commonſtratur. Luculentum hujuſce rei teſtimonium habes apud Rocchum Pyrrhum in Sicilia ſacra in Notitia duodecima, quæ ſpectat ad Monaſterium ſancti Philippi de Fragala, olim de Myrtiro: ubi p. 91. adfertur diploma Bonifacio Abbati conceſſum à Rogerio Rege, anno a conditu mundi 6653. id eſt, a Chriſto nato 1145. in quo omnia Diplomata ac privilegia a Rogerio Comite patre Rogerii Regis, & ab ipſo Rogerio Rege ipſi Monaſterio conceſſa confirmantur ac renovantur. Initque Diploma illud e Græco Latine verſum his verbis, *Rex Rogerius adjutor Chriſtianorum. Ad noſtræ Majeſtatis potentiam pertinet, &c.* In ſequentibus vero legitur: *Aliud ſigillum monſtraſti bullam habens plumbeam a glorioſiſſimo Regno noſtro factum & conceſſum anno ab initio mundi* 6620. (*hoc eſt, Chriſti* 1112.) *Indict.* 5. *de* carta cuttunea *in pergamenum renovavimus; quod fecit Simon frater noſter, & felicis memoriæ Mater noſtra..... Monſtraſti nobis ſigillum aliud ex* carta cuttunea *factum anno a creatione mundi* 6610. (*id eſt Chriſti* 1102.) *quod renovavimus in pergamenum.* Charta autem cuttunea ipſiſſima Bombycina eſt; atque βομβύκινον, vel βαμβύκινον legi in autographo, certiſſimum habeo. Charta igitur Bombycina ab annis plus ſexcentis in vulgarem uſum jam venerat. Imo uti ſupra dictum eſt, jam ſæculo decimo adhibebatur ad ſcriptionem.

Uſi ſunt præterea Veteres charta deletili, ſive pugillaribus, ubi priùs ſcripta abradere ac detergere, novaque ſubſtituere poterant. Hoc vēro pugillarium genus Palimpſeſtum vocat Cicero ad Trebatium; *Nam quod in Palimpſeſto*, inquit, *laudo equidem parſimoniam; ſed miror quod in illa chartula fuerit, quod delere malueris, niſi forte formulas tuas: non enim puto te meas epiſtolas delere, ut reponas tuas.* Plutarchus item παλίμψηστον ſimpliciter, alibique βιβλίον παλίμψηστον appellat, a ψάω *rado, abſtergo, deleo.* Alii Palinxeſtum, vel

Palinxyſtum vocant, a ξέω vel ξύω ejuſdem ſignificationis verbo. Hujuſmodi vero pugillares ex membrana adornabantur, & ſpongiis, ſi quid prius ſcriptum erat, ita delebatur, ut ne veſtigium quidem priſtinæ ſcriptionis remaneret. Palimpſeſta item in Tabulis ceratis fiebant, *in quibus*, ait Quintilianus, *facillima eſt ratio delendi.*

Libri item lintei memorantur; quorum, ut rarus uſus fuiſſe videtur, haud ita frequens mentio habetur. Plinius tamen lib. 13. c. 11. hæc habet, *poſtea monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta, aut ceris.* Et Vopiſcus in Aureliano, *inveni nuper in Ulpia Bibliotheca inter linteos libros Epiſtolam divi Aureliani de Aureliano Principe ſcriptam.* De his vero linteis libris vide Salmaſium in notis ad hiſtoriam Auguſtam.

CAPUT III.

De Stylo, de Calamo & Penna, ac reliquis ad ſcriptionem inſtrumentis. Schemata S. Lucæ ac Dionyſii Halycarnaſſei ſcribentium, ex antiquis Exemplaribus.

PRO chartarum genere, varia olim inſtrumenta in uſu erant: nam quotquot inciſione utebantur; in Tabulis videlicet ceratis, æneis, plumbeis, aliiſque id genus; ii ſtylum, Græce στύλον adhibebant, qui item γραφεῖον, & latinè *graphium* appellabatur. Eratque ſtylus ab altera parte acutus, ad literas exarandas; ab altera retuſus & planus ad delendas ſicubi opus eſſet. Stylo ſcribebant in tabulis ceratis: inde Hieronymus Epiſt. 140. *Stylus ſcribit in cera, calamus vel in charta, vel in membranis, aut in quacumque materia, quæ apta eſt ad ſcribendum.* Stylus porro primùm ferreus erat: exinde vero, quoniam ſi qua inter candidatos oriretur contentio, Stylis hujuſmodi ſeſe mutuo vulnerabant, in uſum evocatus eſt Stylus oſſeus: ſiquidem legimus alios Stylis ferreis confoſſos, maleque acceptos fuiſſe, ut Antyllus apud Plutarchum in Gracchis ſauciatus fertur: alios Stylorum vulneribus interiiſſe, ut Martyr Caſſianus, narrante Prudentio. Stylum autem oſſeum pro ceratis tabulis valuiſſe tantum putatur: nam incidendis æneis aptus minime erat. Unde Atta in Satyra: *Vertamus aream in ceram mucroneque aremus oſſeo*, & alicubi dicitur: *Velim ego oſſe arare campum cereum.*

Hoc inſtrumentum a Græcis item γλύφιον dicitur & γλυφεῖον; a Latinis *cælum* & *celtes*, a cælando: inde apud Jobum legimus, *vel celte ſculpantur in ſilice.* γλυφεῖον autem præſertim pro tabulis æneis marmoreiſque incidendis in uſu fuiſſe creditur. γλυφείῳ ſive Stylo ferreo inciſas tabulas videmus hodieque in Muſeis variis; libros autem Stylo exaratos proferre difficile eſt. Unicum vidi libellum plumbeis laminis conſtans, Stylo deſcriptum, emtumque dono obtuli Sereniſſ. Principi Card. de Boüillon: continet autem Baſilidianorum myſteria, monſtroſis figuris, characteribus item Græcis & Hetruſcis expreſſa: cujus ſchemata omnia dabimus ad tertium Chriſti ſæculum. Styli vero formam hic apponimus, qualem ſe vidiſſe teſtatur Hermannus Hugo S. J. de prima ſcribendi origine p. 85.

Hoc porro ſchema cæteris anteponendum eſſe duximus, quia Styli a veteribus memorati figuram accuratius exprimit, quam alii non pauci in Muſeis variis aſſervati. Nec abs re erit annotare, multos eſſe qui veteres fibulas pro Stylis habeant. Erant porro Styli alii aliis majores: ſane longiorem hoc, quem repræſentamus, eſſe oportuit eum, quo Cæſar cum a conjuratis necaretur, Caſcæ brachium trajeciſſe fertur apud Plutarchum.



Diximus Stylum ab altera parte retuſum & planum fuiſſe, ad delenda verba, ſi qua male poſita fuiſſent: idque vocabant *Stylum vertere.* Ita Cicero de Aruſpicibus, *Stylum vertere in tabulis ſuis:* hoc item ſenſu Horatius *Stylum vertere* ait. Idem porro, videlicet uſum Styli in ceratis tabulis, perinde apud Græcos obtinuiſſe non dubium; imo vero ſcribendi ratio, atque aliarum artium principia pene omnia a Græcis repetenda ſunt.

Ad litteras autem atramento, ſive alio colore, depingendas, calamo primum utebantur, quem Græci ſimiliter κάλαμον nuncupant. Nicetas Choniates in loco mox adferendo, γραφίας δύναχας, *calamos ſcripterios* vocat. Calamorum vero, ut obſervat Gerardus Voſſius, optimi habebantur, Memphitici, Nilotici & Gnidii, *Calami*, inquit Plinius, *Ægyptii maximi & Gnidii, Chartis ſerviunt.* Vulgari tamen uſu arundines etiam ad ſcriptionem adhibebantur: neque enim in promtu erat quibuſvis in locis Ægyptios Gnidioſve calamos adipiſci. Calamos porro Memphiticos & Niloticos voce σχοῖνος, *juncus*, deſignare videtur Clemens Alexandrinus Ægyptius, & proinde Ægyptii moris peritus, in loco infra memorando: quo innuitur calamos illos, Ægyptios juncos fuiſſe ex Nili oris excerptos & ſcriptioni aptos. Græci autem infimi ævi, narrante Martino Cruſio in Turcogræcia p. 488. calamis ex Perſide allatis ſcribere ſolebant, Patriarchæ vero argenteo calamo ſubſcriptiones ſuas exarabant.

Pennæ uſus ætate quidem inferior habetur; ſed tamen ad priſca tempora revocatur, ait quippe Juvenalis Satyra 6.

Anxia præcipiti veniſſet Epiſtola pennâ.

Iſidorus vero lib. 6. c. 14. hæc habet, *Inſtrumenta Scribæ calamus & penna: ex his enim verba paginis inſiguntur. Sed calamus arboris eſt, penna avis, cujus acumen dividitur in duo.* In ſchematibus tamen ſcribentium, qui bene multi variis in Codicibus Græcis viſuntur, Calamo utentes Scriptores paſſim animadvertas. Unicam obſervavi Ariſtotelis effigiem apud Lambecium l. 7. fol. 76. ex Cæſareo Codice Græco expreſſam, ubi ille penna, & quidem, ut videtur, anſerina ſcribens repræſentatur: verum exemplar iſtud anno 1457. Romæ exaratum eſt, ut ex anni nota ibidem poſita liquet: an vero talem imaginem ex vetuſtiori Græco exemplari expreſſerit is qui depinxit; an ad libitum ſuum effinxerit, incertum. In cæteris autem vetuſtioribus libris calamus vulgo depingitur: etſi namque penna antiquitus adhibita fuerit, frequentior tamen calami uſus erat.

Alia ad ſcriptionem inſtrumenta ſunt, ut vides in utroque ſubſequenti ſchemate, Atramentarium, quod Græci καλαμάριον & μελανδοχεῖον vocitant Præter vocem autem μελανδοχεῖον, quæ atramentarium exprimit, aliam offert Clemens Alexandrinus Strom. VI. videlicet κανών: ſic autem habet: ἐξῆς δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς προέρχεται ἔχων στήλην ὅπου ἡ κεφαλὴς, βιβλίον περὶ χεροὶ,

καὶ κανόνα ἐν ᾧ ἦν γραφικὸν μέλαν, καὶ βιβλίον ἢ γράφουσιν. Hoc eſt, *Deinde autem ſacrorum Scriba procedit, habens pennas ſuper capite, librum in manibus, vaſculum in quo atramentum ſcriptorium, & juncum, quo ſcribere ſolent.* Ubi pro κανόνα legendum putat Cangius in Gloſſario Græco καλάμιον, & quidem haud abs re, nam a voce καλαμον oritur *diminutivum* καλαμίκλειον, id eſt, caniculus, ſive vaſculum, quo Imperator utebatur ad puniceas literas ſcribendas. Unde qui hujus ſervandi & miniſtrandi munus acceperat, ὁ ἐπὶ καλαμίκλειον, vel ſimplicius καλίκλειος, vocabatur. Nicetas vero Choniates Annalium p. 382. Atramentaria δοχεῖα μέλανος, *vaſcula atramenti*, vocat: ejus verba ſunt: οἱ δὲ γραφέας δέναχας, καὶ δοχεῖα μέλανος φέροντες, πάσῃς πλὴ χεῖρα ἐδίδοσθαν, ὡς γραμματέας ἡμᾶς παιδάζοντες, id eſt, *Alii calamos ſcriptorios, atramentaria & libellos geſtabant, qua re nos ut ſcribas ſugillabant.*

Aliud inſtrumentum eſt cultellus, ſive ſcalpellus, temperando calamo, Græcè γλυφὶς καλάμου, vel γλύφανον: nam apud Græcos γλύφειν, eſt temperare calamum inſtrumento, ſive cultello, quem Itali, *temperino*, nos, *canif*, appellamus. Temperandi vocem hoc uſu adhibet Cicero ad Quinct. fratrem, *calamo & atramento temperato.* Circinus, Græcis eſt ἀφορίτης, metiendis linearum ſpatiis: forfices Græcè ψαλὶς, vel ψαλίδιον, & ὀδοντάγρα, ſcindendæ chartæ.

Hæc omnia conſpicere licet in ſubſequentibus binis ſchematibus, quorum aliud B. Lucam Evangeliſtam, Evangelium conſcribentem repræſentat, multis ex codicibus expreſſum: habetur quippe in Regiis bene multis, in codice Evangeliorum S. Taurini Ebroicenſis ſæculi x. qui olim Cardinalis Perronii fuerat, in Cæſareis duobus, ut allatis ſchematibus notat Lambecius; in aliiſque per Italiam non paucis. Aliud Schema profertur ex Codice Chiggiano Romæ X. pariter ſæculi, elegantiſſimo, exprimitque Dionyſium Halycarnaſſeum: cujus opera eodem in codice habentur: dignumque cenſui ut hîc exhibeatur, nactus operâ illuſtriſſimi & amiciſſimi Abbatis Paſſionei.

IMAGO S. LUCÆ SCRIBENTIS UT HABETUR IN MULTIS CODICIBUS PER ITALIAM, GALLIAM ET GERMANIAM, CUM INSTRUMENTIS AD SCRIPTIONEM.


P. Giffart f.

De veteri Atramentario San-Dionyſiano.

In Theſauro Monaſterii S. Dionyſii in Francia, eſt Atramentarium remotiſſimæ vetuſtatis, ad uſum olim, ut putant, S. Dionyſii primi Epiſcopi Pariſienſis. Eſt autem Tabella ex Indico ligno, quâ formâ & magnitudine vides in ſchemate ſupra. A medio uſque ad imam & anguſtiorem Tabellæ partem eſt theca quatuor foraminibus inſtructa, inſerendis quatuor calamis: majora quippe foramina ſunt, quàm ut inſerendis pennis eſſent. A ſuprema parte, quæ latior eſt, Tabella utrinque argenteâ laminâ munitur, uno circiter pollice latâ, avibus aliiſque figuris ornatâ. Argenteâ ſimiliter laminâ veſtitur ſuprema pars thecæ, ubi quatuor foramina ſunt. Pariterque ima thecæ pars, quæ ſtrictior eſt, argenteâ laminâ figuris ornata operitur. Quatuor thecæ angulos a ſummo uſque deorſum muniunt quatuor lamellæ argenteæ minores, & clavis argenteis aſſertæ, ut in ſchemate conſpicis. Thecæ pars inferior ſubnigro corio veſtitur, lineamentis exornato. Vaſculum atramentarium ligneum eſt, corio item ſubnigro veſtitum, laminaque argentea a ſumma parte munitum, intuſque habet alterum vaſculum æneum atramento recipiendo. Operculum ejus priſcum jamdiu periit: quod autem jam exſtat, & materia & forma diſſimile, ab aliquot ſæculis ſubſtitutum, ætate jam detritum & lacerum eſt. A latere utroque Tabellæ ligneæ ſunt annuli inſerendo funiculo vel faſcia, qua totum atramentarium ſuſpendebatur. In ſuprema Tabellæ parte in vacuo ſpatio rotundo exſtat annulus æneus verſatilis quadruplici ſemicirculo conſtans, ex quo vaſculum atramentarium ſuſpenditur.

De imagine Dionyſii Halicarnaſſei ſcribentis.

In Bibliotheca Chiggia eſt Codex elegantiſſimus membranaceus x. ſæculi, in quo Dionyſii Halicarnaſſei hiſtoria. In fronte Codicis exſtat Dionyſii Halicarnaſſei ſcribentis imago: ſingularis eſt veſtitus & galeri forma: an vero hæc ex antiquiori Codice expreſſa, an ad uſum ætatis illius, quo Calligraphus ſcripſit, concinnata ſint, incertum eſt. Inſtrumenta ſcriptionis ſunt, calamus, atramentarium, ſcalpellum temperando calamo, vaſculum vitreum ubi cinnabaris ad ſcribendos titulos & notas, uti ſupra dictum eſt. Unde ſuſpicor vaſculum ſimile, quod ſupra in ſchemate S. Lucæ ſub menſa obſervatur; cinnabari recipiendo eſſe: nam in ſchemaie Dionyſii liquor in vaſculo vitreo ruber depingitur. Ille vero ſcribens librum genibus innixum habet: qui mos antiquus in aliis quoque ſchematibus obſervatur, memoraturque ab Hippocrate in Epiſtola ad Demagetum, ubi dicit: ὁ δ' ἔιχεν ὀκκασμὴν πολλὴν ὅτι τῶν γραπτῶν βιβλίον..... ἔγραφεν ἐγκείμενος. Id eſt: *Hic vero compoſitè admodum librum genibus innixum habebat.... ſcriptioni incumbebat.* Hujus autem Codicis deſcriptionem a Luca Holſtenio factam, qualem accepimus ab illuſtriſſ. & amiciſſimo Abbate Dominico Paſſioneo, qui etiam ſumtibus propriis Dionyſii Halicarnaſſei ſchema accurate depictum nobis tranſmitti curavit, hic apponere viſum eſt.

In hoc Codice continentur Dionyſii Halicarnaſſei Alexandri F. de Romana « antiquitate libri decem. «

Liber primus, pag. 1. Liber II. pag. 33. Liber III. pag. 60. Liber IV. pag. 92. « Liber V. pag. 123. Liber VI. pag. 151. Liber VII. pag. 182. Liber VIII. pag. 210. « Liber IX. pag. 274. Finit in undecimo Libro excluſivè. «

De hac Romana Antiq. ex XX. Libris, quos a Dionyſio ſcriptos fuiſſe Photius « dicit, undecim editi ſunt cum reliquis aliis ejuſdem tractatibus Rhetoricis, Fran- « çofurti apud hæredes Andreæ Vecheli Græce & Latine in fol. Hiſtoria ipſius «

„ habetur in Vaticana mſſ. Codd. 145. 938. 1000. 1416. 64. 102. 1327. 61. Urbinate
„ Codd. 47. 89. In Palatina 66. 277. 132. 58. 134. De verborum collocatione epitome
„ in Palatina Cod. 254.

„ Libror. XX. ſynopſim ſcripſit ipſe auctor, ut Photius ait, qui ait in ea ſolùm ne-
„ ceſſaria expoſuiſſe, eóque naturalem magis fuiſſe hiſtoriam, quàm ſuavem. Notan-
„ dus iterùm error eſt Bartholomæi Kechermanni, qui in ſuo de Hiſtoria opere
„ tres eſſe ſcribit, qui acrius in Plutarchũ cenſuram exerceant, eoſque inter eſſe prin-
„ cipem Dionyſium Halicarn. quaſi Plutarchus non Trajani demum temporibus
„ floruerit, Dionyſius autem vixerit ſub Auguſto, quemadmodum ex Monumen-
„ tis Antiquorum, & ex ejuſdem Dionyſii hiſtoria conſpici poteſt.

„ Dionyſio huic laudem eam tribuit Scaliger in Animadverſ. Euſebianis, quod ve-
„ racius ea tempora nemo obſervaverit. Hac quoque parte Livio præfertur, quod
„ & plura, & accurratius multa tradat, quæ ad Romanas Antiquit. pertinent.

„ Dionyſii imago coloribus delineata viſitur cum ſuo habitu ſedentis ſcribentiſque,
„ digna equidem quæ delineetur, æreque incidatur in publ. rei literariæ utilitatem.

„ Cod. eſt antiquiſſimus ante milleſimum ſcriptus diligentiſſime & correctiſſime.

Hactenus Lucas Holſtenius, cujus optatis jam ſatisfacimus.

Calamo utitur Dionyſius Halicarn. ut Græci antiquitus. De calami nominibus Græce, ſupra dictum eſt: præter allata vero nomina calamum vocant item Græci κονδίλιον, rarius vero legitur κονδύλιον. Incertum autem an a κόντος, *contus, baculus*, factum ſit κοντίλιον, nam ſic etiam legitur, vel κονδίλιον, *virga, calamus*; an vero κονδύλιον a κόνδυλος originem ducat. Græci certe longe frequentius κονδίλιον ſcribunt, hinc Μονοκονδίλια. Nos Græcorum more Monocondilia ſæpius ſcripſimus. Κονδίλιον adhibetur item pro penicillo pictorio.

Cæterum omnia ſcriptoria inſtrumenta in Anthologia memorantur, lib. 6. edit. Commel. p. 939. & ſeqq. ubi vaſcula atramentaria plumbea eſſe dicuntur. Hinc carmen quoddam excerpere viſum eſt.

Γραμματικῷ πλήθοντα μελάσματι κυκλο- μόλιβδον.	Scriptorio plenum atramento rotundum plumbum
Καὶ κάνονα γραφίδων ἰθυπάτων φύλακα	Et canonem calamorum rectiſſimorum cuſtodem
Καὶ γραφικεῖον δοχεῖα κελαινοπάτριο ῥεέθρου	Ac ſcriptorii vaſcula nigri fluminis
Ἄκρα τε μεσοτόμους εὐγλυφέας καλά- μους,	Atque a ſummo per medium ſciſſos bene ſcalptos calamos
Τρηχαλέον τε λίθον, δονάκων εὐθηγέα κόσμου	Scabrumque lapidem calamos bene temperantem
Ἔνθα τετριμμένων ὀξὺ χάραγμα πέλῃ,	Ubi detritorum tenuis character eſt
Καὶ γλυφανὸν καλάμου πλατέος γλωχῖνα σιδήρου	Et ſculptorii calami lati cuſpidem cultri,
Ὅπλα σοι ἐμπορίης ἄλκτο ἓ ἰδίης	Arma tibi mercimonii poſuit proprii
Κεκμηκὼς Μενέδημος ὑπ' ἀχλύος ὄμμα παλαιὸν	Laborans Menedemus caligine oculorum ſenilium
Ἑρμεία· σὺ δ' ἀεὶ φέρβε σὸν ἐργατίνην.	O Mercuri. Tu autem ſemper paſce tuum operatorem.

Inſtrumenta igitur hic memorata ſunt atramentarium plumbeum, canon, ſive norma, quæ ſcripturæ recte exarandæ in uſu erat. Vaſcula alia ſervando atramento, cos temperando calamo, & ſcalpellum ferreum. Additur item in ſequentibus, carminibus, quæ non referimus, ſpongia delendis iis quæ male poſita fuerant. Ut autem tum ex præcedenti carmine, tum ex aliis in Anthologia poſitis colligitur, poſtquam calamos ſcalpello ferreo ad ſcriptionem aptaverant, acumini acuendo ac temperando cote utebantur.

CAPUT IV.

Adversum Pag. 24.

CAPUT IV.

De nominibus & forma Librorum exterius & interius ſpectata; ſcilicet de Operimentis & Quaternionibus; De Diſtinctionibus, de Interpunctione ac ejus ortu, & carptim de Proſodia: de Contaciis ac Diptychis.

JAM de Librorum ſeu voluminum forma nobis tractandum eſt; de Libris compactis loquor, ad differentiam Librorum, videlicet Operum, Opuſculorum, ſive, ut recentiore uſu dicitur, Tractatuum, Græce λόγων: quæ voces ipſam Auctorum operam, non volumina indicant. Libros igitur compactos vocant, βίβλος, βιβλίον, & *diminutive* βιβλάριον: quod tamen poſtremum vocabulum pro Libris ſatis amplæ molis uſurpatum occurrit inferius. Δέλτος item pro Libris compactis frequenter adhibetur, ut paſſim videas in ſubſcriptionibus infra Chronici more poſitis; exempli cauſa, in codice Eudociæ Auguſtæ XI. ſæculi hic Iambus a fronte poſitus frequenter occurrit,

Εὐδοκίας ἡ δέλτος Αὐγούσης πέλει.
Hic Liber eſt Eudociæ Auguſtæ.

De voce δέλτος hæc habet Euſtathius in Dionyſii Alexandrini περιηγ. v. 242. δέλτοι, κυρίως μὲν οἱ πάλαι τετραγωνοξυδὲς σχηματιζόμενοι ἐκ τοῦ πτύσσεσθαι, πόθεν ὕστερον δὲ ἁπλῶς αἱ βίβλοι. Hoc eſt, *Delti quidem antiquitus vocabantur chartæ in trianguli formam complicatæ, ac deinde ſic Libri ſimpliciter appellati ſunt.*

Uſu frequenti item Liber compactus Græcè πυκτίον dicitur, ut exemplis quamplurimis probatum a nobis eſt Animadverſione XV. in vitam & ſcripta Athanaſii. Plura autem in ſubſcriptionibus Calligraphorum obſervare licet; ut videas infra ad annum 1005. ἐπληρώθη σὺν θεῷ τὸ παρὸν πυκτίον. ad annum vero 1127. legitur πυξίον. Adhibetur etiam ad librum compactum indicandum πυκτὸς ἴδος; in Regio quippe Codice num. 2284. legitur initio, πίναξ τῆς παρούσης πυκτίδος, *Tabula hujuſce libri*: idipſum item habetur in Codice quodam Bibliothecæ Seguerianæ, nunc Coiſlinianæ, in quem incidi: itemque Codex alius in Bibliotheca RR. P P. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni, eumdem præmittit Indicis titulum, πίναξ τῆς παρούσης πυκτίδος. In alio ejuſdem Bibliothecæ Codice Evangeliorum legitur initio, Εὐαγγελιστῶν θεία πυκτὶς τετράων. *Quatuor Evangeliſtarum divinus Liber.* Qui Iambus in quadra Tabula replicatis mira arte literis, millies ſaltem legitur. Infra vero ad notam codicis Cæſarei anno 1286. conſcripti legitur, ἐπληρώθη ἡ πρώτη πυκτὶς, *abſolutus eſt hic Liber.* Dicitur etiam πυκτίον, adjuncto τ poſt π ex uſu Græcorum: ſic πόλις πτόλις, πόλεμος πτόλεμος, &c. πυκτίον legitur in quadam Gregorii Nazianzeni Epiſtola, atque inferius in ſpecimini bus decimi ſæculi vox πυκτίον pro libro adhibetur in Codice quodam optimæ notæ. Fortaſſe dicatur a πύσσω, *plico*. πυκτὸν & πτυκτίον factum eſſe, hincque demta ſecunda litera, πυκτίον: quod etiam magis mihi probatur Nam vox πυκτὸν ad Tabellas, ſive chartas ſcriptioni aptas ſignificandas, vetuſtiſſimi eſt uſus, Homerus quippe Iliad. VI. ait,

Γεάψας ἐν πίναξι πτυκτῷ ξυμφόρα πολλά.

Hoc eſt,

Scribens in tabella plicata exitioſa multa.

A πτύσσω item δίπτυχα, *Diptycha*, de quibus infra.

Longe infrequentior eſt vox τεῦχος, quæ Librum item ſignificat, & pro inſtrumentis omnibus vaſibuſque accipitur. Unde in Cod. Regio 3183. (eſt autem Lexicon,) ſic habetur, τεῦχος ἀγγεῖον ἢ βιβλίος, id eſt, τεῦχος, *vas aut liber*: inde vero πενταΐτευχος, id eſt Liber quinque Libros complectens, & ἑπταΐτευχος, ſeptem librorum Liber. Hujus vocis uſum obſervamus in Typico Irenes Auguſtæ ad locum ſuperius allatum, ἕτερα δύο τεύχη, *duos alios libros*. Sed in pauca hujuſmodi exempla hactenus incidimus. Et hæc de nominibus Librorum.

Quod ad formam vero Librorum, ea dupliciter ſpectari poteſt; primò quidem ſecundum exteriorem apparatum, compingendi nempe morem, foliorumque ordinem & ſitum; ſecundo autem pro ratione columnarum, diſtinctionum, apicum, qua in parte interpunctiones, proſodiam & cætera locamus. Libros Græci a multis retro ſæculis ad hodiernum pene modum compingebant, diſtributa in terniones vel quaterniones folia aſſuebant, pelle vitulina ſive alia plerumque denſiore totum operiebant, partem ſupernam & infernam, qua latior liber eſt, tabella lignea corio agglutinata muniebant, quo firmius conſiſterent: plerumque pelliceæ tunicæ loco, blattiis ſive ſericis librum operiebant, quod operimenti genus ſi non tutius, ornatius tamen habebatur. Hoc tegumento olim inſtructum fuerat Typicum autographum Irenes Auguſtæ, ut habetur ſupra, ἐπειδὴ τὰ τρία τυπικὰ γεγράφασι περὶ ἡμῶν, ἀπὸ βλαττίων ἐνδεδυμένα: *quandoquidem tria Typica membranea, blattiis, ſeu pannis ſericis operta, a nobis facta ſunt.* Ex tribus unum ſupereſt, uti diximus, in Bibliotheca Regia, non jam ſerico opertum, ſed corio rubro: primum enim operimentum ex materia minus durabili, non potuit ad hoc uſque ſæculum devenire: ſed detrito primo, Moniales Monaſterii Gratiâ-plenæ, ad quarum uſum deſcriptum fuerat, Coriacium ſubſtituerunt; ut enim liquet, Græco more concinnatum eſt. Quod autem Regium Typicum unum ſit ex tribus Auguſtæ juſſu pro Monaſterio Κεχαριτωμένης ſeu Gratiâ-plenæ adornatis, non ex ſubſcriptione modo Irenes per Cinnabarim facta, & ex charactere conſpicuum eſt; ſed etiam ex aſſutis foliis, quæ poſtea Moniales Typico adjecerunt, quæque Bombycina ſunt. Nam ea decimi-tertii vel decimi-quarti ſæculi cum ſint, vetuſtiori ſcriptioni fidem faciunt. Cæterum Græci medii & infimi ævi, Libros compingere voce ταχύνειν & βυταχύνειν exprimunt, ut exemplis non paucis inferius videas. Eos autem qui libris compingendis vacant, βιβλιοδέτας q. d. *Librorum Ligatores*, appellat infra Comnenus in deſcriptione montis Athos.

Quaterniones porro Librorum, τετρὰς & τετράδιον nuncupant, quia videlicet quatuor foliis duplicatis aliumque in alio inſertis conſtant: quæ octo folia ſexdecimque paginas efficiunt. Terniones quoque nonnumquam in Codicibus Græcis obſervantur. In Chronico quodam Bibliothecæ Regiæ, Terniones & Quaterniones, τριαὰ & τετραὰ vocantur: quæ vocabula

nuſquam alias me vidiſſe memini. In quibuſdam autem Codicibus iidem Quaterniones literis numericis annotantur: quo fit ut ſi, quod plerumque contingit, Codex ſit ab initio mutilus, quot Quaterniones, imo quot folia deficiant intelligi valeat. Folia Latinè ita vocantur, quia olim in foliis arborum, in foliiſque papyri ſcriptitatum fuit, ut paulo ante narrabamus. Pari analogia, φύλλον, quæ vox folium arboris proprie ſignificat, pro folio item libri accipitur. Paginæ vero ſingulæ in pleriſque omnibus Græcis manuſcriptis, ad normam & circinum paribus ſpatiis dividuntur, ut lineæ æquali intercapedine dirimantur, parque ipſarum numerus ſit in ſingulis paginis.

Quod ad interiorem vero formam hæc præcipue obſervata nobis ſunt. In Codicibus Græcis lineæ ſingulæ totam paginæ latitudinem obtinent: in aliis paginæ duabus columnis conſtant, in pauciſſimis vero triplex columna obſervatur, ut in Codice Ambroſiano partem Bibliorum complectente, de quo agitur in Diario Italico p. 11. ſuntque iſti omnes antiquiſſimi. Cum abſoluta periodo, interpunctione majorem diſtinctionis notam adferre Librarii volunt; ubi videlicet nos *a linea*, ut dicitur, reſumimus; Græci Scribæ appoſita majori interpunctione, conſequenter eadem in linea, ſequentem ſive periodum, ſive articulum deſcribere incipiunt, ſine alia nota vel diſtinctione; ſed in ſequenti linea, ſive per vocem, ſive per ſyllabam inchoetur, literam majuſculam, qua initur verbum aut ſyllaba, in margine & extra columnam apponunt: quod exemplo facilius intelligas.

Ex codice San-Germanenſi ix. ſæculi, ubi vitæ SS. menſis Auguſti, In martyrio S. Euſignii v. Auguſti.

ἐκέλευσεν δὲ ὁ Ἰου-
λιανὸς εἰσαχθῆναι τὸ Εὐ-
σέβιον. ἀποδύσαντες δὲ
αὐτὸν οἱ γραπτῶται εἰσήγαγον.
καὶ ἰδοὺ ἰδοὺ ὁ αἰὴρ τειλὲν
ἥμισυ πηχῶν, πυρράκις
ὅλος μὴ κάλλους ὀφθαλ-
μοῦ· καὶ ἀπαξαπλῶς, αἰ-
δοῦς καὶ σοφίας τοσοῦτον
ὥστε θαυμάζειν τοὺς πρε-
σβύτας ὅτι τῇ αἰδοῖ αὐτοῦ,
καὶ, ὅτι τῷ κάλλει τοῦ τοσού-
του αὐτοῦ. τότε ἐκέ-
Λ λευσεν ὁ Ἰουλιανὸς εἰσενε-
χθῆναι τὰ βασανιστήρια.

Hoc eſt ad literam.

juſſit autem Julianus adduci Euſignium. Exuentes igitur ipſum milites introduxerunt.

Et ecce vir erat trium
& dimidii cubitorum: rufus
totus cum pulcritudine ocu-
lorum, & in ſumma, for-
titudine & ſapientia proficiens;
ita ut mirarentur ad-
ſtantes ſuper fortitudine ejus,
& ſuper pulcritudine vul-
tus illius. Tunc juſ-
S *it Julianus intro-*
duci tormentorum inſtrumenta.

Sic illi periodi initium in præcedenti linea poſitum, in ſubſequenti per literam majuſculam annotant: licet non ubique ſervetur hic modus: nam frequenter & ipſi a linea majoris diſtinctionis ergo inchoant.

Græcis mos erat antiquitus per στίχους, ſeu verſiculos, orationis partes diſtinguere: στίχος autem non integram periodum deſignabat; ſed eam partem, etſi per quam minimam, ubi jam aliquis ſenſus, licet imperfectus & inchoatus, videbatur eſſe: ita ut in unica periodo tres, quatuor, imo quinque, ſex aut plures στίχοι numerarentur, aliquando plures, interdum pauciores, uti ratio poſtulabat. Horum exempla prope innumera ſunt in libris Biblicis manuſcriptis: nam plerique omnes, qui alicujus vetuſtatis ſint, in fine librorum στίχων ſive verſiculorum ſummam conſignant. Non deſunt tamen qui a fronte & ante librorum exordium στίχους numerent; ut verbi cauſa codex Regius 1888. bombycinus, qui eſt Catena in Heptateuchum, ab initio verſiculorum numerum reponit his verbis, ἔχει βίβλος ἡ γενέσεως στίχους ͵αυπ'. κεφάλαια δὲ εἴκοσι καὶ πέντε, id eſt, *Habet liber Geneſis verſiculos quater mille trecentos quinquaginta; capita vero viginti quinque.* Quem numerum ſi cum hodiernis Bibliis compares, vix quartam partem verſiculorum in poſtremis invenias. In cæteris autem Scripturæ libris breviſſimos recenſeri verſiculos, ex numero in Codicibus annotato deprehendas. Ut autem frequentiſſima eſt in Libris ſacris hujuſmodi recenſio; ſic rara in aliis: etſi perſpicuum ſit veteres Scriptores verſiculorum diſtinctionem in uſu habuiſſe. Codicem tamen Gregorii Nazianzeni vidi Florentiæ, ubi verſuum numerus in fine notabatur. Certe Fl. Joſephus ad calcem Antiquitatum Judaïcarum, ait totum illud opus ſexaginta millia στίχων ſive verſuum complecti. Jam ſi verſiculorum hujuſmodi brevitatem explorare velis, linearum quæ in Editis habentur numerum ſupputes & comperies multum abeſſe, ut ſinguli στίχοι ſingulas lineas impleant. In multis Scripturarum ſacrarum Codicibus, στίχοι ſive verſiculi ad marginem notantur: unde illud incommodum evenit, ut neſcias plerumque ubi verſiculi inchoentur; niſi Librarius accurate interpunctiones locet, & e regione ſemper numeros conſignet. Numerant autem per centenarios: & expleto centenario ρ, per α reſumunt. Exemplum hujuſmodi στιχομετρίας proferam ex Codice Regio 1892. ubi omnes Prophetæ cum Commentariis habentur. Ibi in primo Iſaiæ Capite, verſus ſic annotantur.

ΗΣΑΙΑΣ.

α' Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς,
ἣν εἶδε κ(ατ)ὰ τ(ὴν) Ἰουδαίας καὶ κατὰ τ(ὴν)
Ἰλὴμ ἐν βασιλείᾳ Ὀζία καὶ Ἰωαθάμ,
καὶ Ἄχαζ, καὶ Ἐζεκίου· οἱ ἐβασίλευ-
β' σαν τ(ῆς) Ἰουδαίας. ἄκουε οὐρανὲ καὶ
γ' ἐνωτίζου ἡ γῆ· ὅτι κύριος ἐλάλησε.
δ' υἱοὺς ἐθρεψα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ
ε' δέ με ἠθέτησαν. ἔγνω βοῦς τ(ὸν)
ς' κτησάμενον, καὶ ὄνος τ(ὴν) φάτνην τ(οῦ) κυ(ρίο)υ αὐτ(οῦ).
ζ Ισραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω· καὶ ὁ λαός με
η' οὐ συνῆκεν. οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλόν
θ' λαὸς πλήρης ἁμαρτίας, σπέρμα
ι' πονηρόν, υἱοὶ ἄνομοι· ἐγκατελίπε-
ια' τε τ(ὸν) κύριον καὶ παρωργίσατε τ(ὸν) ἅ-
γιον τ(οῦ) Ισραὴλ· ἀπηλλοτριώθησαν
εἰς τὰ ὀπίσω. τί ἔτι πληγῆτε
ιβ' προστιθέντες ἀνομίαν; πᾶσα κεφαλὴ
εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην.
ιγ' ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν
ιδ' ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία· ἢ τραῦμα,
ἢ μώλωψ, ἢ πληγὴ φλεγ-
ιε' μήνασα· οὐκ ἔστι μάλαγμα ὀπο-
θεῖναι, ἢ τε ἔλαιον, ἢ τε καταδέσμους.
ις' ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος· ιζ' αἱ πόλεις ὑμῶν
ιη' πυρίκαυτοι. πλὴν χώραν ὑμῶν
ιθ' ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν,
κ' καὶ ἠρήμωται κατεγραμμένη.

HESAIAS.

1. *Visio quam vidit Hesaias filius Amos,*
quam vidit contra Judæam & contra
Jerusalem in regno Oziæ & Joatham
& Achaz & Ezechiæ, qui regna-
2. *verunt in Judæa.* * *Audi cælum, &*
3. *auribus percipe terra:* * *quia Dominus locutus est.*
4. * *Filios genui & exaltavi; ipsi*
5. *autem me spreverunt:* * *Cognovit bos*
6. *possessorem,* * *& asinus præsepe domini sui:*
7. *Israel autem me non cognovit,* * *& populus*
8. *me non intellexit,* * *Væ genti peccatrici,*
9. *populo pleno peccatis,* * *semini*
10. *malo, filiis iniquis:* * *dereliqui-*
11. *stis Dominum,* * *& exacerbastis san-*
ctum Israel: abalienati sunt
retrorsum. Quid adhuc percutimini
12. *adjicientes iniquitatem?* * *Omne caput*

in laborem, & omne cor in triſtitiam.
13. * *A pedibus uſque ad caput non eſt*
14. *in eo ſanitas perfecta:* * *neque vulnus*
neque vibex, neque plaga tu-
15. *mens:* * *non licet malagma im-*
ponere, neque oleum, neque ligaturas.
16. *Terra veſtra deſerta.* 17. *Civitates veſtræ*
18. *ſuccenſæ igni:* * *regionem veſtram*
19. * *alieni comedunt ipſam,*
20. * *& deſerta eſt, ſubverſa.*

Hæc ad ſpecimen ſatis ſunto: in aliis quippe Scripturæ ſacræ libris, in diverſiſque Codicibus antiquis idipſum obſervatur; ita ut verſiculi breviſſimi ſint ut plurimum: aliquibus tamen in locis longe prolixiores, ut in exemplo vides; imo etiam diſtinctiones nonnumquam ſecus quam par erat poſitæ videantur: ſive id lapſu quopiam, ſive arbitratu Librariorum, acciderit.

Στίχοι porro ſive verſiculi omnes, a linea ducebantur antiquitus: quod ipſum nomen ſonare videtur: nam στιχηρὸς poſita dicitur ſcriptio, in qua ſinguli verſiculi ſuam lineam inchoant: quam lineam ut plurimum ob brevitatem non excedebant, nec implebant plerumque; aliquando tamen στίχος lineas aliquot complectebatur, etſi rarius, ut vides in ſpecimine ſupra, quod tamen στιχηρὸς ſive a linea ſcriptum non eſt. Superſunt hodieque libri στιχηρῶς ſcripti; ut ſunt verbi gratia codices Regius & Sangermanenſis, uterque Epiſtolas divi Pauli complectens, ubi verſiculos ſemper a linea inchoatos conſpicis, & alii non pauci.

Hæc vero ſcriptio στιχηρὰς ducta, quæ item per κῶλα & κόμματα facta dicitur, nequaquam intelligitur de interpunctionibus ad κῶλα & κόμματα poſitis, ut exiſtimaſſe videtur Leo Allatius, in Animadverſionibus ad fragmenta Etruſca Inghiramii p. 79. Sed ideo adhibebatur, ut rudiores Lectores, qui interpretationum uſum non callerent, facilius pronuntiarent, cum metrico more à linea reſumeretur ad ſingula κῶλα & κόμματα: quod ex ipſis Caſſiodori & Hieronymi locis ab eodem allatis facile arguitur. Prior enim ſic habet de Hieronymo loquens, de divinis Lectionibus c. 12. *Meminiſſe autem debemus, memoratam Hieronymum omnem translationem ſuam in autoritate divina, propter ſimplicitatem Fratrum, colis & commatibus ordinaſſe, ut qui diſtinctionem ſæcularium literarum comprehendere minime potuerunt, hoc remedio ſuffulti, inculpabiliter pronuntiarent ſacratiſſimas lectiones.* Hieronymus vero ad Paulam & Euſtochium Præfatione in Heſaïam: *Nemo cum Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud Hebræos ligari, & aliquid ſimile habere de Pſalmis & operibus Salomonis. Sed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri, ut per cola ſcribantur & commata, qui utique proſâ, & non verſibus conſcripſerunt: nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam novo ſcribendi genere diſtinximus.* Quibus verbis innuit, in libris etiam proſâ deſcriptis verſiculos a linea deſcriptos fuiſſe; ſed non in omnibus: imo vero vulgarem ſcripturam continuatam fuiſſe indicat: qui mos ab Ariſtophane inductus eſt.

Κῶλον autem teſte Suida eſt, μόριον λόγου, ἐκ δύο ἢ καὶ πλειόνων μερῶν συνιστάμενον ἃς συλλαβὰς γὰρ τέμνουσι, καὶ τὰ κῶλα τῶν κομμάτων. κῶλον οὖν ὁ ἀπαρ-

πεμφθὲν ἔννοιαν ἔχον στίχος : Hoc eſt κῶλον, (ſive membrum) *eſt orationis portio, ex duabus vel pluribus partibus conſtans : nam ſyllabas ſecant, pariterque κῶλα ſententiarum. κῶλον itaque eſt verſus perfectum ſenſum habens.* Minores vero partes in quibus dividebantur periodi orationis, vocantur κόμματα ſive ſectiones. Scriptio per κῶλα & κόμματα ſic adornabatur, ut non modo κῶλον a linea inciperetur; ſed etiam κόμμα, ſive ſectio, vel etiam κόμματα; ſi plura in eadem ſerie haberentur. Hic porro ſcribendi modus occurrit in duobus ſupra memoratis codicibus Regio & Sangermanenſi: necnon in Pſalterio Sedulii Scoti manu deſcripto IX. ſæculi: quorum ſpecimina dabuntur infra ſuis locis. Neque tamen κῶλον ſemper totam periodum abſolvebat: nam περίοδος a κώλῳ diſtinguitur: κῶλον etiamſi aliquid abſolutè ſignificaret, ſuſpenſam tamen orationem continebat; ita ut aliquid ultra expectaretur: cujus exemplum Latine ſic profertur: *Etſi vereor, judices, ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere incipientem, timere.* Ubi vides aliquid abſolute proferri; ſed auditoris animum ad aliud audiendum præparari. At periodus perfectum & abſolutum ſenſum complectitur, ut nemo neſcit. Qua de re adeantur Iſidorus l. 1. c. 19. Diomedes. l. 2. & ex recentioribus Valerius Andreas, de recta interpungendi ratione.

Ante Ariſtophanem Byzantium, hoc uno diſtinctionis genere in libris uſos eſſe veteres putatur, ſcilicet per στίχους, per κῶλα, per κόμματα a linea ſemper reſumebant: & hæc una pauſæ nota erat, cum ſcriptio nempe deſineret, antequam interpunctionis uſus excogitatus eſſet. Ariſtophanes autem Byzantius Grammaticus Olympiade CXLV. ſub Ptolemæo Epiphane Ægypti Rege ſigna diſtinctionum commentus eſt; ita ut uno puncto omnes interpunctiones indicarentur: ſitus vero puncti majorem interpunctionem a media, mediam ab infima, diſtingueret. Siquidem ubi punctum in ſummo apice ultimæ literæ ponebatur, hæc erat major interpunctio, ſive ut Græci vocant τελεία στιγμὴ, *perfectum punctum:* ubi ad imum literæ locabatur, ὑποστιγμὴ, quaſi dicas, *ſubdiſtinctio:* ubi in medio μέση στιγμὴ, ſive *medium punctum.* τελεία στιγμὴ, ſive major interpunctio ad ſummum poſtremæ literæ apicem conſignata, ſententiam abſolutam eſſe oſtendebat, ἐκπρήζει ἀεὶ τὸν δξόνοιδν: ea vero hodierno puncto reſpondet: ὑποστιγμὴ, id eſt, imum punctum ad infimam literæ oram collocatum, clauſulam nondum perfectam annotat; ſed adhuc ſuſpenſam, quæ Lectorem ad ſequentia præparet: μέση vero στιγμὴ, ſive medium punctum, perquam minimæ diſtinctioni denotandæ uſuveniebat. Hæc quidem in regulis apud Grammaticos habentur: accurate autem obſervata nuſquam reperi in marmoribus & tabulis, vel in libris vetuſtiſſimis: in marmoribus enim & in antiquis Tabulis puncta non ita frequenter deprehenduntur: in quibuſdam autem inſcriptionibus poſt ſingula verba ponuntur, ad diſtinctionem ſcilicet & faciliorem lectionem: in iſtis vero punctum in fine linearum omittitur in Latinis perinde atque in Græcis; fere ſemper dico, quia in unum, aut duo marmora incidi, ubi punctum poſt ſingula verba, etiam in fine linearum adſcribebatur. Nonnumquam item, cum inſcriptiones metro conſtant; vel ſententiis metrice quidem, ſed non ſtricta carminum lege concinnatis, quales multas in marmoribus videmus; tunc, inquam, puncta in fine carminum, vel ſententiarum hujuſmodi interdum adſcribuntur: ut obſerves infra libro 2. in Olympiæ cujuſdam Epitaphio:

ubi puncta ad ſingulas ſententias metrice ſcriptas deprehendas, ipſaque in trianguli formam delineata.

In uno tantum Codice, videlicet in Pſalterio Monaſteri ſancti Michaelis in Lotharingia, Sedulii Scoti manu exarato, miſſa quavis alia interpunctione, poſt ſingulas voces puncta conſpicue notantur: ne quis inter legendum hæreret, vel ſyllabas literaſque præcedentis vocis cum ſequenti conjungeret. Quare in fine verſiculorum, puncta in illo Codice non adſcribuntur, quia cum verſiculi ſemper a linea ducantur; ubi ſcriptio deſinit, & a capite reſumitur, nullum eſt periculum ne quis poſtremam præcedentis verſiculi ſyllabam, cum ſubſequentis prima inter legendum copulet.

In titulo autem Inſcriptionis Baudelotianæ, cujus ſpecimen infra dabimus, poſt ſingulas voces tria puncta notantur, exemplo unico, quod nuſquam alias in Græcis tabulis deprehenſum à nobis eſt. In libris vero antiquioribus manuſcriptis puncta ſuperne poſita non raro ad finem periodorum effinguntur: verum fruſtra fueris ſi id pro norma habeas, nam perinde in medio & imo vocis latere pro majori interpunctione conſignantur: & interdum in ſummo apice pro minori; ita ut plerumque hæ diſtinctiones ex ſenſu, non ex ſitu punctorum, petendæ ſint. Nec prætermittendum eſt puncta quadruplici modo efficta in marmoribus. & in Libris vetuſtis haberi: nam vulgo quidem rotunda ſunt; ſed aliquando quadra, nonnumquam in rhombi, rarius in trianguli formam: quorum exempla in ſpeciminibus ſubjicientur.

Quod ad cæteras vero interpunctiones, quæ hodierni ſunt uſus, hæc obſervata nobis proferre juvat. Virgulæ ſi non priſcæ omnino vetuſtatis ſunt; non tamen eas ita recentes dixeris: nam in codicibus Græcis annorum plus mille occurrunt, ad omnium minimam diſtinctionem poſitæ; & quidem formâ hodiernæ ita ſimili, ut nihil interſit diſcriminis. Puncta vero interrogandi, quæ hodie hoc modo effinguntur; in Codicibus vetuſtiſſimis unciali quadro charactere ſcriptis, quos uſquam viderim, abſunt: in aliis vero noni, decimi & undecimi ſæculi habentur. In antiquis Tabulis, atque in vetuſtis Codicibus unciali charactere, voces conjunctim deſcribuntur, nec interſtitium ullum inter verba ponitur. Unde plerumque oritur difficultas inter legendum, quæ nonnumquam viris etiam eruditis occaſio lapsûs ſunt. Poſſem exempla & quidem nupera proferre; ſed abſtineo, ne vivis ſtomachum moveam. Ea certe vocum conjunctio ſine intercapedine ulla, in Tabulis & Manuſcriptis pene omnibus priſcæ vetuſtatis, fere ſemper occurrit, iis exceptis in quibus poſt voces ſingulas puncta notantur, de quibus ſupra. Ne quidem in Codicibus inferioris ævi; iis nempe qui a nono ſæculo literas complures ductu calami colligatas præferunt, vocum diſtinctio per ſpatia quædam inter ſingulas relicta perpetuo obſervatur: nam in illis etiam verba paſſim cum ſequentibus juncta conſpicias; imo vero haud infrequenter vox præcedens cum ſubſequenti uno eodemque calami ductu conjungitur, quod in ſpeciminibus adferendis túte experieris. Quod ſi interdum voces ſpatio interpoſito diſtinctas obſerves, quod non raro evenit, etiam paſſim duas ejuſdem vocis ſyllabas pari intercapedine ſegregatas deprehendas; ita ut nonnumquam prior ſyllaba cum præcedenti voce, poſterior cum ſequenti

conjungatur

conjungatur. Ne vero e memoria excidat, monitum Lectorem velim, ubicumque occurrunt apoſtrophæ, ut in his vocibus ἀπ' αὐτῷ ὑπ' αὐτῷ, quando ſcilicet ultima prioris vocis litera συμφωνίας cauſa ſupprimitur & eliditur, tum poſtremam primæ vocis cum prima ſequentis, nimirum π cum α, ita copulari in Codicibus, ut pene ſeſe mutuo contingant, idque accuratiſſime a Librariis obſervari in Codicibus noni, decimi & ſequentium ſæculorum.

Idem porro Ariſtophanes Byzantius προσῳδίαν ſive accentus excogitavit. Non quod ad illam uſque ætatem Græca lingua accentibus & ſpiritibus caruerit: nulla enim poteſt lingua ſine accentu & ſpiritu pronuntiari; ſed quod ille ea, quæ uſus magiſter invexerat, ad certas normas & regulas deduxerit, ſigna & formas invenerit, quo loco eſſent conſtituendi accentus & ſpiritus docuerit. Accentus vero in acutum, gravem & circumflexum diſtinxit, quorum formas & uſum vel pueri callent: ſpirituum aſperi & lenis ſchemata ex litera H duas in partes diviſa notavit; ita ut prima pars ejuſdem characteris, aſperum ſpiritum denotaret, ſecunda reſidua, tenuem. Verum hæc omnia ante ſeptimum ſæculum a Librariis neglecta prorſus videntur: nam Codices vetuſtiſſimi quinti ſextive ſæculi iis prorſus carent: quare ante ſeptimum ſæculum in ſolis Grammaticorum libris obſervata fuiſſe videntur. Quæ vero dicimus, de viſis tantum.

Ab annis plus mille literæ ι & υ, quando alteri vocali non junguntur, nec diphtongum efficiunt, punctis ſuperne notantur, ut videas infra in ſpeciminibus Codicum Regii & Sangermanenſis: qui peritorum omnium judicio ſeptimo circiter ſæculo conſcripti ſunt. In ſuperioris item ævi Codicibus, videlicet quinti ſextive ſæculi, has literas punctis notatas deprehendimus. Qua vero de cauſa adſcripta fuerint haud difficile eſt augurari: quia enim hæ duæ vocales poſt aliam vocalem poſitæ modo cum illa diphthongum efficiunt, ut in οἶδα ὕπας; modo non efficiunt, & ſeparatim pronuntiantur, ut in ἀΐδιος, ἀΰτη, pugna; hinc factum eſt ut in Manuſcriptis quoties diphthongus non adeſt, hæ literæ punctis notentur, ad lectorum, maximeque imperitorum, commodum. Cæterum hæc puncta non ſemper adſcripta obſervantur, etiam in Codicibus infimi ævi: ſed a quibuſdam Librariis penitus negliguntur; ab aliis vero interdum omitti ſolent.

Ιῶτα ſubſcriptum, ut vocamus, Græci in marmoribus, tabulis, ac libris manuſcriptis vulgo non indicant; vulgo dixi, nonnumquam enim adſcribunt, ſed poſt literam cui adjungitur & in ſerie aliarum literarum, hoc pacto, τύχι, ᾠδῇ, πμῇ, ubi hodierno uſu ita ſcribitur, τύχῃ, ᾠδῇ, πμῇ. In Tabulis vero marmoreis vetuſtiſſimis, antequam uſus literarum η & ω advectus eſſet inciſis, ita ſcribitur ΤΥΧΕΙ ΟΔΟΙ, ut videre eſt infra in Baudelotianis, & Farnezianis inſcriptionibus, & in Grimana Venetiis Diar. Ital. p. 43.

Præter libros compactos, habent item Græci κοντάκια, *contacia*, quæ vulgarius *Rotuli* vocitantur. Eſt vero contacium brevis baculus, ut plurimum palmæ longitudine, cui hæret obvoluta miræ longitudinis charta membranea, ex multis foliis conſequenter agglutinatis confecta: ubi deſcriptæ ſunt orationes & officia Sacerdotibus recitanda cum ſacra adminiſtrant. Duo ſolum vidi contacia, aliud in Bibliotheca Regia, aliud

Romæ in Bibliotheca RR. PP. S. Basilii. Alia quædam κοντάκια, sive κοντάκια memorantur inferius in Diplomate Gerasimi Abbatis. Sunt porro Contacia ex utraque folii parte descripta; ita ut cum ad primæ paginæ finem pervenerint, ab eadem folii extremitate, vertendo chartam, secundæ paginæ lectionem ineant, pergantque donec ad baculum, unde ab altera pagina legere orsi sunt, denuo recurrant.

Non prætermittenda Δίπτυχα, *Diptycha*, quæ magno olim apud Græcos in usu erant. Δίπτυχα vero a πτύσσω *plico* denominantur, erantque δίπτυχα teste Suida, δύο πτυκτόλαια, ὡς τὸ μὲν ὑπεστρῶσθαι, τὸ δὲ ἕτερον ὑπερβεβλῆσθαι. sic legendum, non autem ὑποβεβλῆσθαι, ut habent veteres editi: nam sic habet Hesychius, quem ad verbum pene refert Suidas, & ita sensus postulat. Erant itaque δίπτυχα, *duo operimenta, quorum aliud substernebatur, aliud supra ponebatur.* Atque adeo hoc libri genus ab operimento, ut videtur, nomen habebat δίπτυχον, id est, duæ plicæ, intelligas operimenti tantum; licet plurima folia intus essent, eaque ratione πολύπτυχον dici posset. Diptychorum operimenta eburnea supersunt hodieque in Thesauro Benedictinorum Compendiensi, quorum formam in æs incidi curavit Jac. Sirmondus, deindeque Mabillonius noster. Prisca tamen origine videntur diptycha fuisse bina folia, ut observarunt bene multi, plerumque eburnea, quæ muneris loco mittebantur. Usu Ecclesiastico in Diptychis scribebantur Episcoporum, qui sancte obierant, nomina: delebantur autem si quando impie sensisse, vel Hæretici fuisse deprehenderentur. Erant autem diptycha vivorum, qui vel dignitate, vel munificentia in Ecclesiam, præfulgebant. Diptycha etiam mortuorum, qui pie obdormierant. Cæterum de Diptychis infinita prope adjici possent, quæ non sunt præsentis instituti: adeantur qui rem fusius agitant.

CAPUT V.

De Scribis & Librariis; nempe de Calligraphis, Tachygraphis & Notariis: de Chrysographis, &c. De variis Calligraphorum ritibus, & de Notis eorumdem.

Scribas & Librarios prisce appellabant Græci γραμματέας: quæ tamen vox, pro Scribis item publicis, nec sine quadam dignitatis nota, accipiebatur: aliquando item γραμματικὸς, de literato & docto viro dicitur. Nicetas Choniates γραμματέας pro Scribis simpliciter accipit: ὡς γραμματέας ἡμᾶς σφραγίζοντες, *quasi Scribas nos sigillantes:* locum vide superius cap. 3. A multis vero sæculis hæc vox minus frequentata ad Scribas designandos fuit: sed passim adhibetur καλλιγράφος, *Calligraphus*, ita dictus, διὰ τὸ εἰς κάλλος γράφειν, *ob scribendi elegantiam:* ut habet Theophylactus Simocatta, qui sub Mauricio & sequentibus Imperatoribus florebat lib. 8. c. 13. ubi de nece Mauricii verba facit: ἐδόκει γὰρ ἀνδρά τινα τῶν εἰς κάλλος γεγραφότων, ὃν δὴ σωφρονοῦσι φωνῆς καλλιγράφον ὀνομάζει τὰ πλήθη, γνώριμον τε ἡμῖν καθεστῶτα, μέχρι τετάρτης τῆς νυκτὸς εἰς οἰκίαν τινὸς καταφθυνχίζεσθαι; id est, *Oportebat enim virum quemdam eleganter literas efformantem, vulgus una voce Calligraphum nuncupat, quem & nos cognovimus, usque ad quartam vigiliam noctis in*

cujuſdam ædibus pervigilare. Idipſum narrat Theophanes de morte Mauricii agens, ac voce item καλλιγράφος utitur. Hæc vero nuncupatio priſci uſus eſſe deprehenditur : illam ſiquidem uſurpat Euſebius Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 17. Gregorius quoque Nazianzenus, & alii bene multi inferioris ævi, quibus adferendis ſupersedeo, ne in re nota Lectorem detineam. In notis vero Calligraphorum mox adferendis ad annum 992. Neophytus, & ad annum 1045. Theopemptus, aliique Scribæ variis temporibus, ſeſe Calligraphorum nomine inſigniunt, uſuſque ad noſtram uſque ætatem devenit : nam Scribæ hodierni apud Græcos Calligraphi vocantur. Amanuenſes item apud Græcos præſertim medii ævi, γραφεῖς nuncupantur, ut videas infra ad annos 1105. 1127. 1296. & 1380. licet vulgari more γραφεὺς pictorem etiam ſignificet. γραφέα vero Scribam certiſſime denotare in tribus poſtremis exemplis perſpicue declaratur, videlicet annorum 1127. 1296. & 1380. Interdum etiam Scriba ἀπογραφεύς, ſive exſcriptor, dicitur : cujus vocis exemplum unum occurrit in ſubſcriptionibus infra.

Aliud Scribarum genus erat τῶν νοταρίων ἢ ταχυγράφων, *Notariorum & Tachygraphorum*, ἀπὸ τοῦ ἐις τάχος γράφειν, *a celeriter ſcribendo :* vocantur item ἐξυγράφοι, eodem ſenſu, σημειογράφοι, quaſi dicas *Notarum Scribæ*, unde vox *Notarius.* Erant autem Notarii, *arcanorum Scribæ*, τῶν ἀπορρήτων γραμμάτων, quorum officium erat celeri calamo literas exarare. Notariorum quidam numerus penes Imperatorem erat, quare Sozomenus l. 4. c. 10. ταχυγράφος βασιλικὸς ἐκ τοῦ τάγματος τῶν καλαμφόρων νοταρίων : *Tachygraphus ſeu velox Scriba Imperatorius ex ordine Notariorum, ut vocant.* Eorumdem item meminit Baſilius Epiſt. 178. ad Notarium : Syneſius autem ad Theophilum, de Tachygraphis hæc habet, ἢ τοῖς ταχυγράφοις τὰ ἀντίτυπα δοῦναι τῶν ἀντιγράφων : *& Tachygraphis exemplaria Antigraphorum tradere.* Tempus me deficeret, ſi quæ de Notariis & Tachygraphis traduntur ſingulatim recenſere aggrederer : de Notariorum enim variis officiis, deque mutationibus, quæ ad Notariorum Tachygraphorumque munia advectæ ſunt, magnæ molis libri confici poſſent. Meminiſſe ſufficiat Archiepiſcopos & Patriarchas, Notarios & Tachygraphos ſuos ad ſecretiores literas habuiſſe. Sic in ſubſcriptionibus infra ad annum 914. legitur, ἐγράφη χεὶρ βαανὶς Νοταρίου Ἀρέτα, ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἔτει κόσμου φυκϛ. Hoc eſt, *Scriptus eſt manu Baanis Notarii Aretæ Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ anno mundi* 9422. *nempe Chriſti* 914. In Actis vero Concilii Nicæni ſecundi, quidam Diaconus dicitur, Νοτάριος τοῦ ἁγιωτάτου Πατριαρχικοῦ σκρέτου, *Notarius ſancti Patriarchalis ſecreti.* In ſubſcriptionibus infra ad annum 1124. Baſilius quidam, qui Codicem operum S. Joan. Damaſceni ſcripſit, ſeſe Notarium nuncupat. Ad annum vero 1168. Salomon quidam Scriba ſeſe vocat, Νοτάριον ἀπὸ Νοταρίων, *Notarium ex numero Notariorum.* Alibi item Notarii in fine librorum ſeſe ut Amanuenſes ſuis notis officiiſque produnt : imo vero ad annum 1286. quidam Michaël qui Scalam Climaci ſcripſerat, ſeſe ταχυγράφον appellat : alii ταβουλάριοι & ταβελλίωνες vocitantur, Tabularii & Tabelliones, voce Latina, ut in exemplis inferius animadvertas. Aliquando Notarii & Tachygraphi ἀπογδικέλλων dicuntur, ſic in vita S. Theodori Stratelati Lambec l. 4. p. 125. ἐγὼ δὲ παρήμην ὁ ταχυγράφος Οὔαρος ἢ ἀπογδικέλλων, εἶδον τὰς κολάσεις, id eſt, *Ego autem aderam Tachygraphus Varus a Codicillis, ſupplicia videns.*

Hinc vero colligitur Notarios & Tachygraphos, libris deſcribendis deputatos, & Calligraphorum officio functos eſſe, nec tantum literis ſecretioribus operam dediſſe: vel fortaſſe aliquando Calligraphos & Notarios permixtim acceptos habitoſque fuiſſe; licet a principio omnino diverſa munia fuerint, ſiquidem Suidas habet de Ambroſio Origenis amico agens: ταχυγράφους αὐτῷ ἑπτὰ δεδωκότας ἑταίρους, πλείους δὲ καλλιγράφους, *deputatis illi Tachygraphis ſeptem, pluribus autem Calligraphis.* Atque ut a Græco haud ita pridem accepi, hæc diſtinctio Calligraphos inter & Tachygraphos hactenus perſeverat in Græcia.

Ex ſupradictis liquet Tachygraphiam priſcæ originis eſſe, quandoquidem Tachygraphos videmus jam primis Eccleſiæ ſæculis memoratos. Ut autem a celeri ſcriptione nomen habent; hinc colligitur illam jam ante quartum Chriſti ſæculum in uſu fuiſſe. Quia vero priſtina ſervata characterum forma unciali videlicet & quadra, non poſſe videtur currenti, ut aiunt, calamo ſcribi; hinc inferas neceſſe eſt jam tum mutatum à Tachygraphis fuiſſe vetuſtum illum ſcribendi morem. Et cum ad celerem ſcriptionem maxime conducant literarum colligationes, cum ſcilicet uno nec intermiſſo calami curſu plures literæ conjunguntur: itemque abbreviationes, cum nempe aliquo expedito ductu vel ſyllabæ vel integra verba ſignificantur; utrumque velociter ſcribendi modum jam tum invectum fuiſſe veroſimile eſt: idque ad literas tantum Imperatorias, aliaſque epiſtolas Notariorum manu conſcriptas: nam in Libros & Codices Tachygraphia non videtur ante octavum ſæculum inducta; ut inferius dicetur Libro quarto. Characterum porro colligatio & abbreviationum uſus infimis ſæculis, a nono ſcilicet ſæculo, a Calligraphis quibuſque uſurpata deprehenduntur. De Tachygraphia pluribus agitur, præſertim initio quarti Libri, ubi vide ſis.

Præter Calligraphos & Tachygraphos, erant olim apud Græcos Chryſographi, χρυσογράφοι, qui, ut ipſo nomine indicatur, literis aureis ſcribebant: cujus ſcriptionis artificium in quibuſdam opuſculis manuſcriptis Bibliothecarum Regiæ & Cæſareæ edocetur. Ea de re, necnon de Libris aureo charactere exaratis, primo hujuſce Libri capite actum fuit, ubi de Chryſographia Græca opuſculum edidimus.

Κρυπτογραφίαν, ſive arcanum ſcribendi modum, apud Græcos frequentatum obſervamus. Κρυπτογραφίαν vero duplici modo fieri deprehendimus, per commutationem ſcilicet literarum, ac per novam & inuſitatam characterum formam: utriuſque ſcribendi rationis Alphabeta varia, cum exemplis exhibemus in ſpeciminibus undecimi ſæculi libro quarto, ubi quamplurima non minus ſingularia, quam utilia & occulta, recenſebuntur.

Nec omittendum eſt, præter vocem γράφειν, quæ vulgari uſu ſcribere ſignificat, aliam eſſe a Calligraphis infrequentius adhibitam, nimirum ξύω, cujus exempla quædam in notis Calligraphorum infra deprehendas; nempe ἐξύσθη τὸ παρὸν βιβλίον, *ſcriptus eſt hic Liber*, &c. Poſtquam de variis Amanuenſium nominibus & officiis actum eſt, jam quædam alia nobis obſervata ſcituque digna referre ne pigeat, & quidem confertim, ut menti ſeſe primum offerent.

In fine Homiliarum, Opuſculorum, Librorumque ſingulorum pleri-

que Calligraphi titulum, ut initio posuerant, repetunt, exempli causa: Γεδεμίου Διοσκορίδους περὶ ὕλης ἰατικῆς λόγος τρίτος, *Pedanii Dioscoridis de materia medica liber tertius*; τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας κατὰ Ἀρειανῶν λόγος δεύτερος. *S. P. nostri Athanasii Archiepiscopi Alexandrini contra Arianos liber secundus.* Qui mos item apud Latinos Amanuenses, nec infrequenter, observatur, *Explicit liber S. Bernardi de Consideratione ad Eugenium.* Neque vero supervacanea diligentia ea fuisse dicatur: nam si semper hoc ritu actum fuisset, multa jam ἀνέφαλα opuscula sunt, quæ cujusnam sint non ignoraretur: sed sublato titulo Auctoris nomen intercidit.

Plerumque accidit ut, membranæ penuria, Calligraphi vetustissimis manuscriptis absterſa ac deleta priore scriptura, novam inferrent, ita ut quoddam ceu palimpsestum fieret, etiamsi nonnumquam vetustiora illa novis & superinductis longe præstantiora essent. Illud vero frequenter animadvertimus; nimirum in Codicibus Regiis non paucis, in Colbertinis tribus, in Seguerianis, in Codicibus RR. PP. S. Basilii Romæ duobus, in aliisque per Italiam. Ex iis vero quidam usque adeo erasam & deletam priorem scripturam habent, ut vix antiquiores illæ literæ appareant; in aliis autem priora illa hactenus, licet non sine labore, legi possunt.

Nec tacendum est Calligraphos, ne diuturnitate scribendi oculis laborarent, remedio quodam, ἁλάτιον *Halatium* dicto, usos fuisse: qua de re insignem locum adferam ex Cod. 3497. Regio, fol. 156. ἁλάτιον τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ, δωδεκάθεον ὀνομαζόμενον, εἰς πάντα τὰ πάθη, ἐξαιρέτως εἰς ἀμβλυωπίαν, ᾧ καὶ οἱ καλλιγράφοι χρῶνται; id est, *Halatium (sive medicamentum ex sale confectum,) S. Apostoli & Evangelistæ Lucæ, Dodecatheon dictum, omnibus morbis curandis utile, præsertim oculorum restituendæ aciei, quo etiam Calligraphi utuntur.* Ubi notes velim, vocem, δωδεκάθεον, *duodecim deorum*, qua medicamentum illud antiquitus insigniebatur, ex Gentilium superstitione manasse: qui duodecim deos, aliorum primipilares, enumerabant, his duobus versibus enuntiatos.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars.
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Magnifico autem τοῦ δωδεκαθέου nomine, remedii vim & præstantiam declarabant.

Notas & subscriptiones ad calcem Librorum subjiciunt frequentissime Calligraphi & Notarii, quibus annum & tempus frequentius, itemque nomina Imperatorum, & sua, vel etiam gesta quædam insignia sui temporis, indicant. Illas vero Calligraphorum Notas, in fine Codicum adscribi solitas, quotquot scilicet exscribere variis in Bibliothecis, vel amicorum ope nanciſci, potuimus, ad commodum Lectoris hic adferre non absre duximus. Hinc enim multa excerpuntur rerum documenta; vetustas videlicet Codicum ex anni, mensis & indictionis significatione, quam in plerisque exemplaribus prima manu adjunctam videmus & observatam: Calligraphorum nomina, conditio & plerumque dignitas: nam vel primores Imperii Constantinopolitani scribendi operam non dedignatos esse deprehendimus. Ex anni vero significatione accidit, ut in Codicibus qui notam non habent, sunt autem ii bene multi, ex aliis qui & ætatis & Calligraphi nomen circumferunt, non sæculum modo, sed etiam manum

internoſcere perſæpe liceat, quod non ſemel experti ſumus. Illud etiam emolumenti hinc emerget, quod aliquot Scriptorum ætatem deprehendere poſſimus. Exempli cauſa, ſi Poſſevinus Codicum ubi Maximi Planudis opera continentur ſubſcriptiones vidiſſet, annum 1360. præferentes, nequaquam dixiſſet Maximum Planudem decimo-quinto ſæculo ſcripſiſſe: qua in re manifeſte lapſus eſt, nam ſub initium decimi quarti florebat.

Huc accedit item Eccleſiarum, Monaſteriorum, Locorum & Bibliothecarum notitia: hæc omnia ſiquidem paſſim indicant Amanuenſes, ut ſequenti Capite videas. Ad hæc vero, cum ſingulares rerum eventus ſuo tempore acciderent, ipſos Calligraphi multi adſcribere non negligebant: ita ut annum, menſem, diem, imo horam non infrequenter conſignarent. Nec modo eas, quæ prima manu exaratæ ſunt, notas; ſed etiam alias variæ manus & ætatis, ſi quæ obſervatu dignæ ſunt, edendas cenſuimus; rati nihil eorum ſuo fructu carere, ſed ad Græcæ vetuſtatis & ſcriptionis notitiam plurimum conducere. Aliæ autem notulæ a nugacibus Græculis in fine vel initio librorum adjectæ, etſi non hujuſmodi ſint ut mereantur in publicum edi, vetuſtatis tamen exploratoribus non prorſus inutiles ſunt: nam in Codicibus, exempli cauſa decimi ſæculi, initio & fine, ac plerumque in marginibus, undecimi, duodecimi, tertii-decimi & ſequentium ſæculorum manus obſervantur in Notulis iſtiuſmodi, cum anni plerumque ſignificatione; unde prioris manus ætatem deprehendere & aſſerere liceat.

Si quando Amanuenſes ejus Codicis, quem exſcribunt, notam adferant, quod rarius contingit, etiam tempus annotant, quo apographum ſuum ediderunt: ſed ut plurimum notas illas priores penitus negligunt, ſuaſque ſolum adſcribunt. Nuſquam vero accidit, in Codicibus ſaltem quos evolvere & quorum ætatem explorare licuit; ut notam alterius vetuſtioris Calligraphi exſcribant, non appoſita ſua.

Notas porro Codicum omnes, quas excerpere potuimus, hic ſubjiciemus: ſive nomen tantum Calligraphi ferant, ſive quidpiam notatu dignum enuntient, vel temporis notam, vel annum diſerte conſignent; ſive hæc omnia ſimul, quod non raro contingit. Annum ſiquidem Amanuenſes Græci frequenter annotant, itemque menſem, indictionem, diem, imo horam interdum, qua abſolutum opus fuit. Annum autem Græci ſecundum æram ſuam communem ducunt a creatione mundi, numerantque annos ante Chriſtum natum 5508. quos ſi demas a Scribarum notis, annum Chriſti reperias. Exempli cauſa, ſi notetur ad calcem annus 6550. deme annos 5508. & qui ſupereſt numerus 1042. annum Chriſti indicabit. Hîc porro animadvertas, notam anni quæ a Gerardo Voſſio in Præfatione ad opera S. Ephræmi adfertur, ubi Codex juſſu S. P. Niconis dicitur ſcriptus a Iona quodam ἔτ͵ ϕλα, anno 531. neceſſario vitioſam eſſe. Non poteſt enim annum Chriſti indicare, quia nec apud Græcos, nec apud Latinos illo tempore in uſu erat annos a Chriſti ortu numerare. Verum qui hanc notam exſcripſit, millenarium haud dubie prætermiſit; ſive illud eraſum e Manuſcripto fuerit, ſive oſcitantiâ neglectum ſit. Quare legendum omnino videtur, ϛϕλα. anno, mundi ſcilicet, 6531. id eſt Chriſti 1023. uti comprobant exempla illa bene multa, quæ mox adferemus.

Aliquando memorant Calligraphi Imperatores ſui temporis, rarius Patriarchas Conſtantinopolitanos: qui in Sicilia ſcripſerunt, Reges Siciliæ: qui in Oriente, Arabes Principes atque Turcas. Non deſunt qui annos numerent a morte Alexandri, & ab initio regni Philippi Aridæi: pauciores e Græcis qui poſtremis ſæculis ſcripſerunt & Calligraphiæ munus obierunt, a Diocletiano Imperium ineunte computant: quorum omnium exempla jamjam aderunt. Quid quod in unum incidi Codicem in Italia, ubi anni, a fundatione Templi S. Sophiæ Conſtantinopolitani, ducuntur? Has vero poſteriores annorum notas arbitratu quiſque ſuo adjiciebat: de more autem & conſuetudine annos, uti diximus, a conditu mundi numerabant.

Notas vero & ſubſcriptiones hujuſmodi ad uſque ſæculum decimumſextum produxi. Licet enim de veteri tantum Græcorum ſcriptione agere deſtinaverim, quia infimis ſæculis nimias & multipliciores manuum notas varietateſque deprehendimus, quam ut poſſint ſingulæ exhiberi, quod ſane perquam minimo fructu fieret; attamen cum in ſubſcriptionum recenſione chronologico ordine procedamus; haſce notas ad uſque ſæculum XVI. ſubſequi viſum eſt; ut quiſque noverit, quinam Calligraphi tantam Manuſcriptorum copiam exaraverint, quantam extremis ſæculis videmus emiſſam.

CAPUT VI.

Notæ ac nomina Calligraphorum a tertio ſæculo ad decimum-tertium.

QUÆ vetuſtiſſima occurrit nota hujuſmodi, excerpta fuit olim ex codice Apollinarii Cœnobiarchæ, qui Codex jamdiu, ut videtur, vetuſtate & ſitu periit: habeturque in Exemplari olim Renati Marchali, nunc vero RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni. In nota autem hujuſmodi fertur, Exemplar illud vetuſtius ipſius Origenis manu emendatum fuiſſe: in eadem vero nota legitur Euſebium Scholia adjeciſſe Exemplari, quod ad Origeniani fidem exſcriptum fuerat, ſic vero legebatur, *Ego Euſebius Scholia adjeci:* diciturque Pamphilum & Euſebium emendaſſe Codicem. Ita ut autographum illud juſſu Origenis deſcriptum, ab ipſo Origene emendatum, apographum vero illius ab Euſebio deinde Scholiis illuſtratum, & a Pamphilo & Euſebio ſimul, correctum fuerit. Notam integram mox adferemus. III. & IV. ſæc.

Notæ Codicum vetuſtiſſimorum a quinto ad nonum uſque ſæculum.

Codex vetuſtiſſimus Cæſareus, Dioſcoridis opera complectens, de quo pluribus agit Petrus Lambecius in Bibliotheca Cæſarea Lib 2. c. 7. ineunte ſexto ſæculo deſcriptus fuit ad uſum Julianæ Auguſtæ, cujus pater erat Flavius Anicius Olybrius Imperator, mater autem Placidia Auguſta Valentiniani tertii filia, ut palam eſt ex ipſius Julianæ Auguſtæ ſchemate cum aliis figuris elegantiſſima pictura expreſſis, circumpoſito nomine V. vel VI. ſæc.

IOYΛIANA: qua de re, necnon de reliquis depictis ejus Codicis Tabellis, quæ vere Auguſtam præferunt magnificentiam, fuſius agitur Libro III. Cap. II. adferturque Julianæ figura, ut à Lambecio expreſſa fuit. In primi folii pagina priori, recentiore manu legitur, τὸ πρὸν βιβλίον, τὸ Διοσκυρείδιν, πρωτάπασι παλαιωθέντα καὶ κινδυνεύοντα τελείως διαφθαρῆναι, διέσωσεν ὁ χορτασμένος Ιωάννης, πρόσταξη καὶ ἐξόδω τοῦ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς κυροῦ Ναθαναὴλ, νοσοκόμου τῶν βασιλικῶν τυγχάνοντος ἐν τῇ ξενῶνι τοῦ Κράλη ἔτους ϛ ϡ ι ϡ: hoc eſt, *Hunc librum Dioſcoridis, cum vetuſtate prorſus laboraret, ac periculum eſſet ne penitus interiret, compegit Chortaſmenus, ſive Alumnus Joannes, juſſu & expenſis honoratiſſimi in Monachis Domini Nathanael, nunc Noſocomi Xenodochii Cralis anno* 6914. hoc eſt Chriſti 1406. στοχόω apud Græcos infimi ævi, eſt librum compingo, ſive operculis inſtruo: κράλης autem dicebatur Rex Serviæ, *Crales Serviæ* & uxor ejus κράλαινα, *Cralæna.*

ix. circiter ſæculi. In vetuſtiſſimo & elegantiſſimo Codice Renati Marchali, qui nunc eſt RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni, habentur Prophetæ cum lectionibus veterum Interpretum ad marginem: eſtque conſcriptus literis uncialibus quadris; cum accentibus & ſpiritibus. Ante Heſaïam hæc leguntur, a Joanne Curterio in præliminaribus ad Procopii in Heſaïam Commentarium edita Pariſ. anno 1580.

Μετελήφθη ὁ Ησαΐας ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ Αββᾶ Απολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα· μετελήφθη ὁ Ησαΐας ἐκ τῆς κατὰ τοὺς ἑβδόμης ἔκδοσης. ἀντεβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἕτερον ἐξαπλοῦν, ἔχον τὰ προσημείωσιν ταύτην. Διωρθώνται ἀκριβῶς πᾶσαι αἱ ἐκδόσεις. ἀντεβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλοῦν Ησαΐαν ἐπὶ μὲν καὶ πρὸς ἑξαπλοῦν. πρὸς τούτοις, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως τοῦ ὁράματος Τύρου, τόμων ἐξηγητικῶν εἰς τὸν Ησαΐαν Ωριγένους, καὶ ἀκριβῶς ἐπισκεψάμενοι τὴν ἐννοίαν καθ' ἣν ἐξηγήσατο ἑκάστην λέξιν, καθὼς οἷόν τε ἦν, καὶ πᾶν ἀμφίβολον κατὰ τὴν ἐκείνου ἔννοιαν διορθωσάμεθα. πρὸς τούτοις συνεκρίθη καὶ τῇ ἑβδομήκοντα ἔκδοσις, καὶ πρὸς τὰ κατὰ Εὐσέβιον εἰς τὸν Ησαΐαν εἰρημένα. καὶ ἐν οἷς διεφώνουν, τὴν ἐξηγήσεως τὴν ἔννοιαν ζητήσαντες, πρὸς αὐτὴν ἐδιορθώσαμεν.

Id eſt, ex Verſione Curterii.

Deſcriptus eſt Heſaias ab Exemplari Abbatis Apollinarii Cœnobiarchæ, in quo ad finem iſthæc adjiciuntur. Deſumptus eſt Heſaias ab editione Hexaplorum: collatus autem cum Hexaplo alio, in quo iſta annotantur: Accurate editiones omnes correctæ ſunt. Collatæ enim fuerunt cum Tetraplo Heſaia & cum Hexaplo. Ad hæc, ab initio etiam uſque ad viſionem Tyri, accuratius emendatus eſt. Uſi enim ſumus ad finem uſque viſionis, quæ de Tyro eſt, tomis Origenis, in quibus Heſaiam explicat: & ſedulo advertentes quo ſenſu ſingulas dictiones ſumſiſſet, quantum potuimus, omne dubium ex ſenſu ipſius correximus. Præterea collata eſt etiam quæ LXX. Virorum eſt Editio, cum iis quæ in Heſaiam ſcripſit Euſebius: atque in quibus erat varietas, ex indagato explicationis ſenſu eam ipſi quoque correximus.

Deinde ante Ezechielem.

Μετελήφθη δὲ ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ Αββᾶ Απολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα. μετελήφθη ἀπὸ τῆς κατὰ τοὺς ἑβδόμης ἔκδοσης ἐξαπλοῦν, καὶ διωρθώθη ἀπὸ τῆς Ωριγένους αὐτοῦ τετραπλοῦν, ἃ πνα καὶ αὐτὸς χρεὶ διώρθωτο, καὶ ἐσχολιογράφητο.

Ο Ευσέβιος

Ὁ Εὐσέβιος ἐγὼ σχόλια προέθηκα. Παμφίλος καὶ Εὐσέβιος ἐδιωρθώσατο.

Id eſt ex ejuſdem Interpretatione.

Deſcriptus eſt (Ezechiel) ab Exemplari Abbatis Apolinarii Cœnobiarchæ, in quo ſubjiciuntur quæ ſequuntur. Exſcriptus eſt ab Editionum Hexaplis, & correctus adhibitis Origenis ipſius Tetraplis, quæ etiam manu ejus emendata ſunt, & ſcholiis illuſtrata. Ego Euſebius Scholia adjeci. Pamphilus & Euſebius correxerunt.

Codex Colbertinus num. 5149. ex Inſula Cypro in Bibliothecam Colbertinam advectus anno 1673. eſt membranaceus unciali charactere deſcriptus; non quadro illo ac rotundo, ſed oblongo & erecto; non autem deflexo & alteram in partem propendente, ut alii in ſpeciminibus prolatis ad Librum tertium. Iſti vero reclinati in utramvis partem & deflexi unciales characteres, aliis recentiores eſſe videntur: etſi ea de re non poſſit tutum ferri judicium. Hic igitur Liber quatuor Evangelia complectitur cum Synaxariis initio præfixis, & hanc habet notam, prima manu ſcriptam, ſed a tineis deturpatam, ut vix legatur, ἐγράφη ὁ ἡ δέλτος διὰ χειρὸς
α ξδ διω καὶ ἐκεφαλεώθη
δήλου παρασδέξη ταύτην ἡ παναγία θεοτόκος καὶ ὁ ἅγιος Εὐτύχιος. κύριος ὁ θεὸς διὰ πρεσβειῶν τ ὑπεραγίας θεοτόκου καὶ τ ἁγίου Εὐτυχίου χαρίσηται ἡμῖν .... τὴν ἀρατὸν αἰωνίζεσθαι, ἀμήν.

Poſtrema ſyllaba ζε ad nomen Calligraphi pertinet, reliquæ excideruntzi, ſenſus hic eſt. *Scriptus eſt hic Liber manu peccatoris hunc accipiat ſanctiſſima Deipara & S. Eutychius. Dominus vero Deus interceſſionibus ſanctiſſimæ Deiparæ & S. Eutychii largiatur nobis vitam in cœlis æternam, amen.* Hic igitur Evangeliorum Liber pro Eccleſia S. Eutychii deſcriptus videtur.

Codex operum Joannis Damaſceni & aliorum, ad cujus fidem ſcriptus fuit anno Chriſti 1279. codex Regius Bombycinus num 2951. de quo inferius ad annum 1276. ubi ſic notatur: μετεγράφη ὁ ἀπὸ βιβλίου εὑρεθέντος ἐν τῇ παλαιᾷ βιβλιοθήκῃ τ ἁγίας ἐκκλησίας τ πρεσβυτέρας Ρώμης· ὅπερ βιβλίον ἐγράφη καὶ αὐτὸ ἐν ἔτει, ϛ σ ξ ζ ὡς ἀριθμεῖσθαι τοὺς χρόνους τοῦ τοιούτου βιβλίου ἄχρι τοῦ παρόντος ι ζ σὺν τοῖς πεντακοσίοις: quæ ſic interpretamur: *Exſcriptus eſt autem ex Libro, qui repertus eſt in veteri Bibliotheca ſanctæ Eccleſiæ ſenioris Romæ: qui Liber ſcriptus fuerat anno 6276. (id eſt, Chriſti 759.) ita ut a præcedenti Libro ad præſentem, anni numerentur 517.* Totam inſcriptionem, ſane ſingularem, habes infra ad annum 1276. Prior autem ille Liber ex veteri Romana Bibliotheca erutus, an exſtet hodie, an perierit, ignoratur. Circa notam anni priorem, quæ ex codice Romano excerpta dicitur; necnon de titulo, quædam difficultas oboritur, de qua inferius ad annum 1276.

Notæ Codicum noni ſæculi.

Codex Monaſterii S. Michaëlis in Lotharingia Pſalterium complectitur unciali charactere Græce conſcriptum a Sedulio Scoto, qui teſte Hepidamo S. Galli Monacho, florebat anno Chriſti 818. In fine autem eadem ipſa manu legitur, ἐγὼ Σεδύλιος Σκότος ἔγραψα, *Ego Sedulius Scotus ſcripſi.* Hujus Libro tertio ſpecimen datur, pluribuſque ediſſeritur de ipſo Scoto, deque Codicis forma.

Circa medium ix. ſæc. In Codice olim Sangermanenſi, qui dudum ſubreptus nobis fuit ab neſcio quo improbo: eſt autem Gloſſarium Græco-Latinum, ab Henrico Stephano, Joſepho Scaligero, aliiſque viris memoratum; habetur in fine nota, quæ dicitur a Martino quodam deſcripta fuiſſe, ibique verſus quidam ſunt incompti & barbari partim a Joanne Scoto Erigena, partim a Martino facti, manus autem ejuſdem notæ eſt unius Martini. In illa autem Nota laudatur Carolus Calvus tunc imperans, Ermentrudis ejus uxor, Hincmarus & Liuddo, atque ipſe Joannes Scotus Erigena, qui immerito *gloria Græcorum* dicitur. Codicem numquam inſpexi: ſed qui carmina illa ineptiſſima ad calcem Præfationis Gloſſario Labbæi 1679. præfixæ, retulit, putat Gloſſarium illud Sangermanenſe unciali charactere ſcriptum, vetuſtius eſſe nota illa & carmine a Martino ſcripto. In fine carminum hoc legitur, ελλίωις γραψε Μαρτινος γράμματα αὐτά, *Martinus hæc Græce ſcripſit.* Qua una ſubſcriptione arguitur, Martinum Doctoris nomine immerito exornari in titulo Carminum.

Anno circiter 880. Codex Regius num. 1809. membraneus, ingentis molis, pulcritudine & elegantia nulli concedit: ſcriptus, ut exploratum videtur, ad uſum Baſilii Macedonis Imperatoris, cujus & totius Familiæ pictura initio comparet in paginis duabus, fundo aureo. Tabulæ autem Baſilium, Uxorem & Filios exhibent, adſcriptis circumquaque Iambis, ubi Calligraphus Baſilium quaſi tunc imperantem alloquitur. Totus Codex vere Auguſtam præfert magnificentiam. Nam quadraginta-quinque Tabulis prægrandibus depictis, auro fulgentibus, res a Gregorio Nazianzeno, cujus hîc opera continentur, enarratæ, variis picturis repræſentantur. Hujus Codicis una cum ſpecimine peramplam deſcriptionem habes Libro tertio.

Anno 890. Codex Colbertinus num. 340. Membranaceus complectitur vitas Sanctorum Maii, Junii, Julii & Auguſti, non quales à Symeone Metaphraſte concinnatæ ſunt; ſed quales erant ante quam Metaphraſtes iis manum admoveret. Hic vero Codex, primus omnium, quos quidem viderim, annum mundi diſerte præfert, ſic enim ad calcem habet primâ manu.

Μνήσθητι σῶτερ δημιουργὲ τ' ὅλων
Ταῖς τ' ἀχράντου θύκλαις θεοτόκου
Τῶ ἐμπόνως γράψαντος ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ
Τὸν βίβλον ὧνπερ ταῖν χερσῖν μοχθῶ φέρω.
Καὶ πάζον αὐτὸν ἐν δικαίων τῇ στάσῃ
Πολλῶν πεδιχῶν ἀμπλακημάτων λύσιν

Et interjecto ſpatio.

Επαυσε Χριστὸς δημιουργὸν σαββάτῳ
Καμοῦ γ' παύῃ τοὺς πόνους ἐν σαββάτῳ
Μηνὶ Αφριλλίῳ ινδικτίωνος η'. ἔτους, ϛ τ ϙ η

Id eſt.

Memento Servator, creator univerſorum
Precibus intemeratæ Deiparæ
ANASTASII, qui cum labore ſcripſit
Librum, quem manibus fero meis:

Et ipſum in ſtatione Beatorum conſtitue,
Conceſſa multorum erratorum remiſſione.

Et interjecto ſpatio.

Chriſtus finem fecit creandi Sabbato,
Et meis item laboribus finem adfert Sabbato.
Menſe Aprili Indictione 8. *anno* 6398. *qui*
eſt Chriſti 890.

Hujus ſpecimen damus Libro quarto.

Hoc circiter tempore Petrus Patricius Librum Theodoreti Græcarum affectionum Leoni Sapienti Imperatori obtulit. Lambec. l. 4. p. 179.

Codex Regius num. 2130. membranaceus, Dioſcoridis opera complectens, uncialibus characteribus exaratus in Ægypto putatur, ut pluribus videas in ſpecimine Libro tertio. In fine autem legitur : IX. ſæc.

Πεδανίου Διοσκορείδου Ἀναζαρβέως
περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγος γ'.
εὐτυχῶς χρῶ

ΔΙΦΒ

Id eſt.

Pedanii Dioſcoridis Anazarbenſis de materia & plantis ad Medicinam aptis, Liber tertius. Feliciter utere. Literas ſequentes Calligraphi nomen eſſe puto, ac legendum, ut videtur, Διόδωρος, *Diodorus.*

Codex noſter Sangermanenſis complectens Vitas SS. menſis Auguſti, ut erant ante Metaphraſten, fol. 255. habet, κύριε βοήθει (ſic) τῷ σῷ δούλῳ Στεφάνῳ τῷ γράψαντα, ἀμήν. *i. Domine auxiliare ſervo tuo Stephano qui ſcripſit, amen.* Erat, ut vides, hic Græcus, linguæ ſuæ admodum imperitus.

Notæ Codicum decimi ſæculi.

Codex Regius 2271. membr. ubi Clementis Alexandrini, Juſtini Martyris & aliorum opera, ad calcem habet: ἐγράφη χειρὶ ΒΑΑΝΟΥΣ ΝΟΤ Ἀρέτα ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας ἐτῷ κόσμου ϛυκϛ': hoc eſt, *ſcriptus eſt manu Baanis Notarii Aretæ Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, anno mundi* 6428. *nempe Chriſti* 914. A. 914

Codex Regius num. 1965 membranaceus, ubi Joan. Chryſoſtomi Homiliæ, in fine legitur, φήματα λόγων, χρυσορήμονας τε ἑρμηνείας ἐμοῖς παλάμησι χαράξας, πολλὰ σολοικίζων οὐκ ἐθέλων ἐδάφει A. 913

Ἐγράφη χερὶ Στυλιανοῦ τοῦ παλαιοῦ, εὐκλεεστάτῳ Καλοκύρῳ πρωτοσπαθαρίῳ
ω ϛϛ τ
πθμ νομμ βυζαν. ζ μηνὸς Ἰανουαρίου, ἰνδ. ιϐ'. ἔτει κόσμου, ϛυμζ βασιλείας Ρωμάνου Κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεννήτου, Στεφάνου καὶ Κωνσταντίνου τῶν αὐτοκρατόρων (dubie legitur) τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, πατριάρχου τοῦ Θεοφυλάκτου υἱοῦ Ρωμάνου τοῦ ἀθμηνίου βασιλέως.

ὥσπερ ξένοι χαίρουσι πατρίδα βλέπειν
οὕτως καὶ τοῖς κάμνουσι βιβλίου τέλος.

Hoc eſt,

Verborum ſchemata, & vere aureas interpretationes manu deſcribens, in multa errata me vel invitum incidiſſe comperi.

Scriptus eſt manu Styliani miſeri clariſſimo Calocyro Protoſpathario ſeptima menſis Januarii Ind. XII. anno mundi 6447. *ſcilicet Chriſti* 939. *Imperantibus Romano, Conſtantino Porphyrogenito, Stephano, & Conſtantino, Chriſti amantibus Imperatoribus: Patriarcha autem Theophylacto filio Romani ſemper memorandi Imperatoris,*

Ut peregrini gaudent conſpecta patria,
Sic qui libro ſcribendo vacant, conſpecto fine.

A. 943. Codex membraneus Dominicanorum S. Marci Florentiæ. Expoſitiones S. Joannis Chryſoſtomi in Evangelia. In fine legitur: ἐγράφη τὰ θῖα καὶ ζωοποιὰ προσκείμενα εὐαγγέλια, ἥτοι αἱ πρὸ πάντων καὶ εἰς αὐτὰ ἑρμηνευθεῖσαι θῖαι Ἰωάννου τοῦ μακαρίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου· ἐξ ὑπομνείας μὲν Γεωργίου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου καὶ πατριάρχου Εὐρίπου. διὰ χειρὸς δὲ Σισιννίου τοῦ ταπεινοῦ καὶ δευτερεύοντος καθολικῆς ἐκκλησίας, μηνὶ Ἀπριλλίῳ ιε. ἰνδ. α, ἔτους ϛυνα; hoc eſt, *Deſcripta ſunt hæc ſacra & vivifica Evangelia, ſive divinæ Expoſitiones in illa, beatiſſimi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Joannis Chryſoſtomi; curâ quidem Georgii Religioſiſſimi Pontificis & Protepiſcopi Euripi; manu autem Siſinnii humilis Presbyteri & ſecundarii Catholicæ Eccleſiæ, menſis Aprilis decima quinta, Indictione prima, Anno* 6451. *ſcilicet Chriſti* 943. Alius item Codex Bibliothecæ Dominicanorum Florentinorum, ex Euripo ſive ex Eubœa iſtuc advectus eſt, ut infra videas ad annum 1386.

A. 955. Codex Colbertinus membranaceus num. 399. S. Joan. Chryſoſtomi in Matthæum. Ad calcem legitur: ἐπληρώθη σὺν θεῷ ἡ ἱερὰ αὕτη βίβλος μηνὶ Ὀκτωβρίῳ κζ ἰνδικτιῶνος ιγ. ἔτους κόσμου ϛυξγ. γραφεῖσα διὰ χειρὸς Ἰωάννου ἐλαχίστου πρεσβυτέρου. Hoc eſt, *Abſolutus eſt cum Deo hic ſanctus Liber menſis Octobris* 27. *Indictione* 13. *anno mundi* 6463. *nempe Chriſti* 955. *ſcriptus manu Joannis minimi Presbyteri.*

Et pagina ſequenti.

Ἀνεκαινίσθη δὲ πάλιν κτ' τ τυχόντα χαίρειν καὶ τῶν ὁσιωτάτων ἡγούμενος πέμπτης ἔτους ϛχν διὰ προστάξεως τοῦ θείλοτε μοναχοῦ Κλήμεντος καὶ ἁμαρτωλοῦ, καθηγουμένου δὲ τ σεβασμίας μονῆς τῶν ἱερέων, εἰς μνημόσυνον αὐτοῦ. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα γένηται ὁ αἰωνίου κολάσεως. hoc eſt, *Reſtauratus eſt autem hoc tempore & anno præſenti, videlicet Indictione quinta anni* 6650. *id eſt, Chriſti* 1142. *juſſu exigui Clementis peccatoris, Cathegumeni, ſive præfecti, venerandi Monaſterii τῶν Ἱερέων, ſeu Sacerdotum, ad memoriam ſui. Quotquot legeritis precamini pro illo, ut ab æterno ſupplicio eruatur.* Hæc autem Codicis renovatio in ultimis tantum foliis obſervatur.

A. 964. Codex Regius numero 3424. membranaceus elegantiſſime ſcriptus, complectitur quatuor Evangelia, cum capitibus Evangeliorum & Canonibus Euſebii, aureo charactere deſcriptis, ac pictura varia exornatis, in capite quatuor Evangeliorum ad ſingula, ſinguli Evangeliſtæ depinguntur perita manu, ſtantes & librum manu tenentes. In fine legitur altera manu, ſed non multum inferioris ævi, ἐγράφη Νικηφόρου βασιλεύοντος, *Scriptus eſt Nicephoro regnante*, & inferius ϛ Z, id eſt, *indictione ſeptima.*

His ſubſcribitur Latine manu annorum plus quam ducentorum : *Regnavit hic Nicephorus anno Domini octingenteſimo tempore Carol Magni.* Verum ex nota Indictionis conficitur hunc Librum ſcriptum eſſe anno 964. Nicephoro Phoca regnante. Qua de re pluribus in ſpecimine ejuſdem Codicis Libro quarto.

Codex Colbertinus 499. membranaceus, ubi Baſilii opera, in fine habet : Ἐγράφη ἡ πρώτη βίβλος οἰκεία χειρὶ Νικήτα ἀσπαθαρίου καὶ γενικοῦ δρουγγαρίου τῆς πλωίμου ..... αὐτου, ἀδελφοῦ Μιχαὴλ πατρικίου πραιποσίτου καὶ βέστου, γενικοῦ ἀβεσιανείου Νικηφόρου τῆ φιλοχρίστου διαπότου· ὄντος αὐτῆ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Ἀφρικῆς, μηνὶ σεπτεμβρίῳ ἰνδ. ι. καὶ ἐπεδόθη ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίου ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τῆ Ὀριάτου πλησίον θεομορφ. ἐν ἔτει ϛυοθ. ἰνδ. ιδ. Hoc eſt : *Scriptus eſt hic liber propria manu Nicetæ Protoſpatharii, qui fuit Drungarius nauticæ claſſis..... fratris Michaelis Patricii, Præpoſiti Veſti, qui fuit Protoveſtiarius Nicephori Chriſti amantis Domini. Cum eſſet ipſe in carcere Africæ, menſe Septembri, Indictione decima. Et oblatus eſt Eccleſiæ ſancti & glorioſi magni Martyris Georgii Oriati prope Theomorph. Anno* 6479. *nempe Chriſti* 971. *Indict.* 14. A. 971.

Codex Laurentianus membranaceus operum S. Joannis Chryſoſtomi Pluteo VIII. ſcriptus anno mundi 6481. Chriſti 973. à Joanne Sacerdote. Atramentum priſcum nigrorem prorſus ſervavit. A. 973.

Codex membranaceus in Bibliotheca Benedictinorum ſanctæ Mariæ Florentiæ, ubi Acta Apoſtolorum. In fine legitur : ἐγράφη αὕτη ἡ δέλτος ἰνδ. ιβ. ἔτει ϛυϟβ ὑπὸ χειρὸς Θεοφυλάκτου πρεσβυτέρου καὶ νομοδιδασκάλου· hoc eſt: *Scriptus eſt hic Liber Indictione duodecima, anno* 6492. *videlicet Chriſti* 984. *manu Theophylacti Presbyteri & in lege Doctoris.* A. 984.

Codex membr. Monaſterii Cryptæ Ferratæ, in quo Iſidori Peluſiotæ Epiſtolæ. Ad calcem hæc leguntur : Μνήσθητι κύριε Ἰησοῦ τοῦ γράψαντι Παύλῳ, (ſic) χαριζόμενος αὐτῷ ὑπομονὴν καὶ παρρησίαν, δι' ὧν τῷ σῷ ἐλέει σωθῆναι δυνήσεται, διὰ τῆς ἐπιστείλαντι πατρὶ κυρίῳ Νείλῳ, καὶ τοῖς ἀναγνῶναι μέλλουσιν ἐν τῇδε τῇ θεοπνεύστῳ βίβλῳ, ἀμήν. ἣ τις πεπλήρωται ἐν ϛυϟδ ἔτει, μηνὶ Νοεμβρίῳ κζ. ϛ' τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ. Id eſt, *Memento Domine Jeſu, Pauli, qui ſcripſit, elargiens ipſi patientiam & humilitatem, quibus, per miſericordiam tuam, ſalutem nanciſci poterit : precibus Patris Domini Nili, qui hæc ſcribere juſſit, & eorum, qui hunc librum afflante Deo ſcriptum lecturi ſunt, amen. Is abſolutus fuit anno* 6494. *hoc eſt Chriſti* 986. *menſis Novembris* 27. *feria Hebdomadis ſexta.* A. 986.

Codex Colbertinus membranaceus num. 928. S. Dionyſii Areopagitæ opera, in fine habetur, ἀφιερώθη ἡ πρώτη βίβλος μηνὶ Ἰανουαρίῳ ζ. ἰνδ. ε. ἔτους ϛϥ. Id eſt, *Conſecratus eſt hic liber menſis Januarii ſeptima. Indictione quinta anni* 6500. *nempe Chriſti* 992. A. 992.

Codex membr. operum S. Maximi, in eodem Monaſterio Cryptæ Ferratæ, hæc habet in fine. ἔτει ϛϥ. ἰνδ. ε. Λουκᾶς ἡγούμενος μονῆς τῆ λεγομένης τῆ ἁγίου παύλου Ζακυθείου εἰς τὸ Μερκούριον, μηνὶ Νοεμβρίῳ εἰκάδι χείνῃ δεκαμηνίῳ κεκοίμηται, ἡμέρᾳ σαββάτῳ, καὶ κέκρυπται ἐν τῷ νάρθηκι τῆ ἁγίου ἀγγέλου ἐν τῷ λεγομένῳ βαλλελουκίῳ σὺν Βαρνάβᾳ τῷ ἡγουμένῳ, καὶ Νεοφύτῳ τῷ καλλιγράφῳ, καὶ Θεογνώστῳ τῷ πολυμαθῆ (ſic) καὶ Ναυκρατίῳ, καὶ Ἀνδρέᾳ, καὶ Μαρκιανῷ τοῖς ἀδελφοῖς. ὁ λεγόμενος καὶ τὴν βίβλον ἔγραψε ταύτην. *Anno mundi* 6500. *ſcilicet Chriſti* A. 992.

992. *indictione quinta, Lucas Præfectus Monaſterii, quod vocatur Sancti Patris Zachariæ in Mercurio, menſis Novembris vigeſima, cum jam decem anni illius menſes exacti eſſent, obdormivit die Sabbati, & ſepultus eſt in Narthece, ſive in veſtibulo S. Angeli, qui locus dicitur Balleluciun, cum Barnaba Præfecto, & Neophyto Calligrapho, Theognoſto eruditiſſimo viro, Naucratio, Andrea & Marciano fratribus. Is qui ſupra memoratus eſt hunc librum ſcripſit.*

A. 997. Codex membranaceus in Bibliotheca Laurentiana Pluteo LXIX. ubi Plutarchi vitæ, ſcriptus dicitur manu Georgii Cubucleſii menſe Julio, Indictione X. anno 6505. Chriſti ſcilicet 997.

X. ſæculo. Codex Colbertinus elegantiſſimus membranaceus, in quo Euſebii Cæſarienſis hiſtoria Eccleſiaſtica. Ad calcem legitur. ἐγράφη ἡ πρώτη βίβλος τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐπὶ

τοῦ θειλαβεστάτου ἡγουμένου

χειρὶ ποιηθεῖσα . *Scriptus eſt hic liber Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Euſebii Pamphili, ſub... piiſſimo Hegumeno, vel Abbate... manu...*

Quæ deſunt arte eraſa ſunt, ita ut & Abbatis, cujus mandato ſcriptus eſt, & Calligraphi & anni nomina deleta ſint: & quidem, ut æſtimo, non ita multo poſt, quam exaratus fuerat. Quia videlicet cum in alias manus deveniſſet, is qui adeptus erat, & Abbatis cujus fuerat, & Scribæ nomen abſtulit.

X. ſæc. Codex membranaceus X. ſæculi pulcre exaratus in Bibliotheca S. Juſtinæ Patavii, Homiliæ S. Baſilii in Pſalmos. In primis foliis hæc leguntur prima manu, Θευδάτου τοῦ ενδοξοτάτου Πατρικίου καὶ στρατηγοῦ τοῦ Ὀψικίου: id eſt, *Theudati præclariſſimi Patricii, Ducis Obſequii.* De Obſequii dignitatibus agit Cangius in Gloſſario mediæ & infimæ Græcitatis ad vocem Ὀψίκιον. In ſequenti pagina legitur, Παχουριανοῦ τοῦ ενδοξοτάτου Πατρικίου καὶ στρατηγοῦ τῆς Σάμου *Pacuriani clariſſimi Patricii & Ducis Inſulæ Sami.* In tertia pagina habetur, ἐγράφη ἐπὶ βασιλέων Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου. *Scriptus eſt codex Baſilio & Conſtantino Imperatoribus.*

X. ſæc. Codex Regius membranaceus num. 2476. officia Græcorum menſe Aprili & initio Maii. Codex X. ſæculi caret principio & fine atque anni nota. Sed inſignibus ævi poſterioris notis munitur. Fol. 63. legitur. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τῆς μακαρίας κυρᾶς Ἄννης (l. Ἀννῆς) Δαλασσηνῆς: *Ea ipſa die memoria beatæ Dominæ Annæ Dalaſſenæ.* Erat Anna Dalaſſena mater Alexii Comneni, Ducænæ familiæ infenſiſſima, vide Alexiados Annæ Comnenæ lib. 3. Verum hic difficultas exſurgit: nam in Typico Irenes Auguſtæ, cujus ſocrus erat Anna Dalaſſena, legitur, Μηνὶ Νοεμβρίῳ α· τελεῖται τὰ μνημόσυνα τῆς ἡγιασμένης μου δεσποίνης, καὶ πενθερᾶς τῆς βασιλείας μου, ὁμοίως. Hoc eſt, *Menſis Novembris I. fiant Commemorationes ſanctificatæ Dominæ meæ, & ſocrûs Majeſtatis meæ, pari modo.* Ibi dicitur memoria Annæ Dalaſſenæ ad primam Novembris diem conſignari, in hoc autem codice in vigeſimam-ſeptimam Aprilis rejicitur; nam ea ipſa dies notatur: inferendum ſane eſt aut memoriam ejus mutatam fuiſſe, aut aliam Annam Dalaſſenam hîc memorari: quod poſtremum minus mihi probatur. Ejuſdem Codicis fol. 33. Μηνὸς Ἀπριλλίου ιε ἰνδ. ϛ. ἔτους ϛχϛ. ἐγεννήθη ὁ κῦρος Ἀνδρόνικος, ſic cum duplici accentu. Hoc eſt, *Menſis Aprilis 15. Ind. 6. anno 6606. id eſt Chriſti 998. natus eſt Dominus Andronicus.* Hic Andronicus, ſecundus

filius erat Alexii Comneni Imperatoris, de quo Irene mater ejus in memorato Typico, talia fatur, τελείωσον τὰ μνημόσυνα τοῦ ἀξιοπρεπεστάτου υἱοῦ τῆς βασιλείας μου τοῦ πορφυρογεννήτου καὶ σεβαστοκράτορος κυροῦ Ἀνδρονίκου, καθ' ἣν ἡμέραν ἐκδημήσῃ, ὁμοίως; id est, *Fiant commemorationes dilecti filii meæ Majestatis meæ, Porphyrogeniti & Sebastocratoris, Domni Andronici, qua die obierit, eodem ritu.* Sebastocratoris nova dignitas ab Alexio Comneno instituta fuerat. Is erat ceu secundus Imperator. Nam Joannes natu maximus jam tum, vivente Patre, Imperator declaratus fuerat, ut habetur ibidem. Fol 41. hæc exstant ad imum paginæ notata, μηνὶ Ἀπριλλίῳ ιθ. ἡμέρᾳ δ. ἰνδ. γ'. ἐκοιμήθη ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Ἀδριανός, ὥρᾳ α τῆς ἡμέρας, ἔτους ϛχιϛ μετονομασθεὶς ὁ Ἰωάννης μοναχός. *Mensis Aprilis decimo-nono die, feria quarta, Ind. 3. Obiit servus Dei Adrianus, hora prima diei anno 6613. nempe Christi 1105. mutato nomine vocatus est Joannes Monachus.* In usu erat apud Græcos ut in hora mortis Monasticum habitum induerent & nomen mutarent: quod nemini non notum est. Fol. 18. infima pagina legitur, Μηνὸς Ἀπριλλίου η ἰνδ. β. ἐκοιμήθη ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Κωνσταντῖνος σεβαστὸς ὁ Δούκας ἔτει ϛχπζ. οὗτος γὰρ ἀποσταλεὶς παρὰ.... καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ εἰς φυλακὴν τοῦ..... Ἄγκωνος, τὸ ἄπαν φωσσάτον τῆς Ἀλαμανικῆς χώρας, καὶ τῆς ὅλης βενετίας σὺν κατέργων τῶν περικυκλούσας.... οὐκ ὀλίγους κατ' αὐτῶν συνάψων, ὅτε ἐπὶ μῆνας πολὺ τοὺς ἀντίους πολέμους ἐποιήσατο· τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ, καὶ τῇ ὑπερπάτῃ αὐτοῦ φρονήσει καὶ ἀνδρείᾳ πύπτεις καὶ κράτος.... καὶ τελείως σωτείλας πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ λαὸν τῶν δύκα καὶ ἄρχοντα καταπήσας ὅτε πᾶσαν Διοκλῆα Δαλματίαν... Δυρράχιον.... καὶ Σπάλαθρον..... καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ οἰκήματι νόσῳ πλευριτίδος ἀξιπίσων, δι' ἡμέρας ἑπτὰ πρὸς κύριον ἀπεδήμησεν. Quæ sana supersunt sic Latinè exprimuntur: *Mensis Aprilis octavo die, Indict. 2. Obiit servus Dei Constantinus Ducas Sebastus, anno 6687. i. Christi 1179. Hic quippe missus à sancto Imperatore nostro Domno Manuele Comneno ad custodiam..... Anconæ, circumventusque Alamanica & Veneta triremium classe, multis adversus eos commissis præliis, Dei præsidio, ac summa prudentia virtuteque sua, postquam septem mensium spatio illorum impetum excepisset, demum devictis illis penitusque contritis, Duce alio iis in partibus, ad præfecturam Dioclea, Dalmatiæ..... Dyrrachii,..... & Spalatri constituto, ad Imperatorem reversus est..... & in propria domo, in pleuritidis morbum delapsus, post septem dies ad Dominum migravit.* De Anconitana expeditione vide Nicetam Choniatem, & Cinnamum in Manuele Comneno Imperatore.

Codex Regius 3265. membranaceus X. sæculi, Aphthonii progymnasmata, & Hermogenis ars Rhetorica. In fine legitur recentiore manu, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κθ. ἰνδ. ϛ. ἔτους ϛχλϛ. ἐκοιμήθη ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Λεόντιος μοναχὸς ὁ Μονεμβασιώτης. Id est, *Mensis Septembris vigesima-nona die, Ind. sexta, anno 6636. Christi 1128. obiit sanctus Pater noster Leontius Monembasiotes.* X. sæc.

Codex Regius 1944. membranaceus X. sæculi hæc habet fol. 142. verso, ubi multa longe recentiore manu leguntur· Κύριε βοήθει τῷ γράψαντά με Νεόφυτον ἁμαρτωλόν; id est, *Domine auxiliare mihi Neophyto peccatori, qui hæc scripsi*, qui Neophytus hæc recentiora scripsit, non alia. X. sæc.

Codex Colbertinus 1509. X. sæculi, membr. Esaïæ Anachoretæ sermones Ascetici. In fine legitur recentiore manu, μηνὶ Φεβρουαρίῳ ζ ἰνδ. δ

ἔτους ϛ̅ϕ̅ξε ἐγεν(ήθη) Μιχαὴλ ὁ Τζυδρικὸς. *Mensis Februarii* 7. *Ind.* 4. *anno* 6765. *Christi* 1257. *natus est Michaël Tzudricus.*

Notæ undecimi sæculi.

A. 1001. Codex Regius 2910. membr. Ubi Anastasii quæstiones & alia, in fine habet: Ἐμπροσκύνει αἰτῶν τὴν ἀναγνῶσιν φίλε, μέμνησο τῆς γραφούσης ἐν τῇ βιβλίῳ ἐζήθφβτζθ' ὑεπλ'ωοέλνψλωποβϡ̅ζπλ̅χ̅.ἐνὺσϡθαὶζχ̅κψλχ̅ἔτους κόσμου ϛ̅ϕ̅θ ἰνδ. ι̅ϛ̅. Hæc Arcano more scripta, ita leguntur, ἐγράφη δἱ χειρὸς Λέοντος κληρικοῦ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου ϛ̅ϕ̅θ ἰνδ. ι̅γ̅. Totum sic interpretamur: *Dum lectionem perages amice, memento ejus qui librum scripsit. Scriptus est manu Leonis Clerici in regione Ægypti, anno mundi* 6509. *Christi* 1001. *Indictione decima-tertia.*

A. 1007. Codex Colbertinus num. 695. membranaceus, Gregorii Nazianzeni opera. In fine legitur, εὔχεσθε Εὐθυμίῳ τῷ ὑπερμοναχῷ, πρεσβυτέρῳ μονῆς τοῦ ἁγίου Λαζάρου. ἐτελειώθη μηνὶ μαΐῳ ἰνδ. ε̅ ἔτους ϛ̅φ̅ι̅ε̅. Id est, *Precamini pro Euthymio vili Monacho, Presbytero Monasterii S. Lazari. Absolutus est mensis Maii* 14. *Ind.* 5. *anno* 6515. *nempe Christi* 1007. Forte Monasterii S. Lazari Constantinopolitani. V. du Cangium in descriptione Constantinopoleos.

A. 1022. Codex Colbertinus num. 4954. membranaceus, fuit olim ad usum Monasterii S. Dionysii in Francia, hinc ad Thuanam, post ad Colbertinam Bibliothecam transiit. Continet autem Officium Ecclesiasticum. Scriptusque dicitur in fine ab Helia Monacho in regione Franciæ, Castro de Colonia anno mundi 6530. hoc est Christi 1022. Hujus perampla notitia datur Libro quarto cum characteris specimine.

A. 1023. Codex olim Monasterii Cryptæ Ferratæ, cujus nota adfertur à Gerardo Vossio in fine operum S. Ephræm: ad calcem vero exemplaris istius legitur nota sequens, ἐγράφη ὁ ὁσιώτατος καὶ μακάριος Ἐφραὶμ, διὰ χειρὸς τοῦ Ἰωὰ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἐν τῷ ἔτει ϛ̅φλ̅ϛ̅ κατ' ἐπίλαμψιν τοῦ ὁσιωτάτου καὶ πνευματικοῦ ἡμῶν πάπα Νίκωνος, οὗ τ̅ ἱκεσίαις καὶ πάντων θεοφόρων καὶ ἁγίων πατέρων, δώη ἡμῖν ὁ κύριος μερίδα καὶ κληρὸν μ̅ετ̅ὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ, ἀμήν. Jam capite quarto diximus, quem adfert annum κυρίου ἔτει ϛ̅φλ̅ϛ̅ i. 531. mendose exscriptum videri; nimirum is literam numericam ϛ̅, quæ in Codicibus ductu singulari depingitur, *κυρίου* significare putaverit, quia videlicet Græcorum computum non noverat: reliquos autem numeros ϛ̅φλ̅ϛ̅ annum Christi 531. designare existimaverit. Qua de re tutius loqui liceret, si formam characteris aliquatenus indicasset. Codex enim ubi jam sit ignoramus. Sensus autem subscriptionis ut restituendam putavimus, hic est, *Scriptus est sanctissimus & beatus Ephræm, manu Jonæ peccatoris, anno Domini* 534. *jussu sanctissimi & spiritualis Patris nostri Niconis: cujus, omniumque deiferorum & Sanctorum Patrum precibus, det nobis Dominus partem & sortem cum omnibus Sanctis suis, amen.*

Ibidem extant hi versus.

Πνευματικοῖς λόγοις ἥρδευσε τ̅ὸν κόσμον
Ἐφραὶμ ὁ κλεινὸς καὶ πολὺς ἐν πίστει

Οὗ

Οὗ τὰ πονήματα ὅς συλλέξαι θελήσῃ
Οὐχ οἷος τ' ἔσαι, καὶ γὰρ ἀπείρως ἔχει.
Ἀλλ' ὦ φωτιστὰ τ῀ νοὸς, καὶ δότερ λόγε
Ἰησοῦ χριστὲ, θεὲ καὶ σῶτερ φωτῶν.
Αὐτὸς πρεσβείαις, καὶ πάντων τῶν ἁγίων
Δὸς ἡμῖν ποιεῖν ἃ σῴ καὶ μελετῶμεν.
Ἵνα μὴ διπλῶς ἐκεῖ τιμωρηθῶμεν.
Μνήσθητι κύριε τ῀ γραψάντος ἁμαρτωλοῦ Ἰωνᾶ.

Hoc eſt:

Spiritualibus ſermonibus irrigavit mundum
Ephræm inclytus & magnus in divinis:
Cujus opera qui colligere voluerit
Neutiquam poſſit, infinita namque ſunt.
Sed, ô mentis illuminator, & dator verbi,
Jeſu Chriſte, Deus & Salvator hominum,
Ejus precibus & omnium Sanctorum,
Da nobis facultatem agendi quæ meditamur,
Ne dupliciter ibi puniamur,
Memento, Domine, ejus qui ſcripſit peccatoris Jonæ.

Codex Regius, num. 2264. membranaceus, complectens Epiſtolas Novi Teſtamenti cum Commentariis variorum Patrum. Ad calcem Epiſtolæ ad Hebræos legitur: 1045.

Αἶνος θεῷ χάεις τε καὶ δόξα πρέπει
τῷ δόντι τέρμα τ῀ γραφῆς φθάσαι θέλοις

Ἐγράφη ἡ βίβλος αὕτη χειρὶ Θεοπέμπτου ἀναγνώστου καὶ καλλιγράφου, καὶ ἐτελειώθη μηνὶ Ἰουλίῳ, ἡμέρᾳ δ. ἰνδ. ιε. ϛφνγ. Id eſt: *Deſcriptus eſt hic Liber manu Theopempti Lectoris & Calligraphi: & completus eſt menſe Julio, Feria quarta, Ind. 12. anno 6553. nempe Chriſti* 1045.

Hic autem Codex cum à Monachis Monaſterii Hieracæ, B. M. Virginis nomine conſecrati, ob urgentem caſum venditus fuiſſet; à quodam pio viro Georgio Nobuno redemtus, Monaſterio reſtitutus fuit: ut ſcribitur eodem in Libro, fol. 91. Inſcriptionem porro Græcam adferimus Libro quarto, ubi Codicis hujus ſpecimen damus.

Codex Colbertinus 4514. membranaceus. Anonymi Sermones Aſcetici S. Baſilio falsò adſcripti. In fine legitur: 1045.

Ἐγράφη ἡ βίβλος αὕτη . . . . . ἐλέῳ θεοῦ ὁ ἡμαρτωλὸς ἀπὸ τ῀ μονῆς τ῀ Ξιερυχῶ Ῥαφείου θέματος Θρακησίου, ἐγγὺς τ῀ Μελίτου· ὄρος δὲ τ῀ μονῆς ὀνομάζεται βραχιανός. ἐν αὐτῇ τῇ μονῇ οἱ μ. σ. ἀδε τ. ἐν ἔτει, ϛφνγ, ινδ. γ'. Calligraphi nomen arte abraſum fuit: quæ ſuperſunt autem, imperite ſane ſcripta, ſic interpretamur: *Scriptus eſt hic Liber* *qui miſericordia Dei primus fuit in Monaſterio Xirucho Raphii, Thematis Thraceſii, proxime Melitum. Montis autem, in quo ſitum Monaſterium, cognomen eſt Brachianus. In hoc ipſo Monaſterio fratres ducenti aut trecenti verſantur. Anno 6553. nempe Chriſti* 1045. *Ind.* 3. Thema Thraceſium, numero tertium apud Conſtantinum Porphyrogenitum, Lydos, Mæones, Cares & Iones complectebatur.

1046. In Bibliotheca Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononienſis. Codex membranaceus complectens Prophetas Minores & Danielem In cujus fine legitur : ἐτελειώθη ἡ βίβλος αὕτη μηνὶ Μαρτίῳ γ'. ὥρᾳ ϛ'. ἡμέρᾳ β'. ἐπὶ βασιλείας Κωνσταντίνου μονομάχου καὶ Ζωῆς τῆ πορφυρογεννήτου, καὶ Πατριάρχου Μιχαὴλ. γεγραφῶσα δι' ἐμοῦ χεῖρὸς Σαβᾶ μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου. οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ διὰ τὸν κύριον. ἔτους ϛφνδ'. ἰνδ. ιδ'. *Abſolutus eſt hic liber menſis Martii die tertia, hora ſecunda, Feria ſecunda. Imperantibus Conſtantino Monomacho & Zoe Porphyrogenita : Michaële Patriarcha. Scriptus eſt autem manu Sabæ Monachi & Presbyteri. Qui legeritis, orate pro me propter Dominum, anno* 6554. *id eſt Chriſti*, 1046. *Ind.* 14. Patriarcha Michaël, eſt Cærularius.

1050. Codex Regius, num. 2889. Bombycinus, Gregorii Nazianzeni carmina. In fine legitur : ἔτους ϛφιη'. ἰνδ. ιϛ'. μηνὶ Ὀκτωβρίῳ κε'. ἡμέρᾳ ε' ὥρᾳ α'. Hoc eſt : *Anno* 6558. *Chriſti* 1050. *menſis Octobris* 25. *Feria quinta, hora prima.*

1051. Codex Colbertinus 363. Chryſoſtomi homiliæ in Geneſim membr. Ad calcem legitur : κύριε βοήθει τῷ δούλου σε Μιχαὴλ ἐπισκόπου Κουρίου, ἀμὴν ἀμήν.

Πληροῖ ὁ κόσμος ἑβδόμῳ τῷ αἰῶνι·
Τίς ὁ φροντίζει μετὰ τοῦτον τέλος (sic)
Κρίσιν γνῶναι πάντων βεβιωμένων,
Ἥ'τε ἀγαθῶν, ἥτε δεινῶν καὶ φαύλων;
Ἀλλὰ μάλα τοίνυν ἀριστερῶν τυγχάνοντι
Ὧν εἰμι πρῶτος ὁ δυστυχὴς καὶ τλήμων
Παῦλος ὁ δεινὸς καὶ βεβορβορωμένος.
Ἀλλά μοι δίδου ἀμπλακημάτων λύσιν,
Χριστὲ σῶτέρ μου, τῷ πλάσαντι ἀφρόνως.
Τί ὁ νῦν πέλει ἴνδικτος ἡ πρόσθεν
ἰνδ. ἔτος δὲ ἐστιν ϛφιθ'.
Μίμησκε ἡμῶν τοῦ ταπεινοῦ καὶ ξένου.

Verſus penultimus ſic metrice legitur,

Ἰδὲ ἔτος ὁ ὅστιν τε φίνυ ἥπα.

Sic Latinè vertimus.

Domine auxiliare ſervo tuo Michaëli Epiſcopo Curii, amen, amen.

Mundus deſinit ſeptimo ſæculo.
Quis vero curat poſt hujus finem
Judicium de cunctis in vita geſtis futurum,
Sive bona ea fuerint, ſive mala & improba?
De iis maxime quæ contingent à ſiniſtra poſitis:
Quorum primus ego infelix & miſer
Paulus peccator & in luto demerſus.
Sed concede mihi peccatorum veniam,
Chriſte, ſervator mi, qui ſtulte deliqui.
Quænam porro eſt Indictio præſens
Decima-quarta, annus vero 6559. *Chriſti* 1051.
Memento mei humilis & peregrini.

1055. Codex Regius 2944. membranaceus. S. Maximi varia opera. Ad calcem legitur : ἐξύανθη ἡ τῆδε πίναξ διὰ παλάμης Παύλου, ἔτους ϛφξγ'. ἰνδ. η'. μηνὶ Ἰανουα-

ρίῳ ϵἰσδιξαμβὸη τὸ τέρμα. *Exarata est hæc Tabula manu Pauli, anno 6563. Christi 1055. Indictione octava, mense Januario completa.* Hic Liber Tabula dicitur, quia ad modum Tabulæ & Indicis per Capita distributus est. Paulus vero scriba idem fortasse, qui supra. Ξύω significat etiam scribere, exarare, & inferius usurpatum occurrit.

Codex Colbert. 4078. membranaceus XI. sæculi quatuor Evangelia : in fine legitur, μέμνησο Παύλου, πάτερ, τ γεγραφότος, *Memento Pauli, Pater, qui scripsit.* Idem fortasse Paulus, qui duos superius memoratos Codices scripsit. XI. sæc.

Codex Colbertinus 414. membranaceus, est Metaphrastæ pars mensis Novembris, in fine habet : ἐτελειώθη ἡ βίβλος αὕτη χρὶ Εὐ. . . . . μηνὶ Ἰανουαρίῳ . . . . . ἡμέρᾳ δευτέρᾳ . . . . . ὅτε τ βασιλείας . . . . μου τ αὐτοκρατορίας Θεοδώρας τ θυγατρὸς Κωνσταντίνου τ Πορφυρογεννήτου, ἤδη κεκοιμημένης τ Μονομάχου, πατριάρχου δὲ Μιχαὴλ τ ἁγιωτάτου. οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ * παυλ. . . καὶ τῶν. . . Hæc subscriptio multis in locis erasa notam temporis præfert scilicet, *Absolutus est hic Liber manu Eu. . . . Monachi mense Januario . . . feria secunda, imperante Theodora filia Constantini Porphyrogeniti, jam mortuo Constantino Monomacho, Patriarcha autem sanctissimo Michaële : qui legeritis orate pro . . . . .* 1055. * forte Παύλου.

Constantinus Monomachus obiit anno Christi 1054. Imperium excepit Theodora, quæ obiit anno sequenti, mense Augusto : atque adeo absolutus est Codex anno 1055. mense Januario. Michaël Cærularius Patriarcha, hic & supra memoratus, atroce in Romanam Ecclesiam odio famosus est.

Codex Regius 1917. membranaceus, ubi Homiliæ posteriores Joannis Chrysostomi in Genesim, hanc habet in fine notam, ἐτελειώθη ἡ βίβλος αὕτη ὅτε Λαυρεντίου καθηγουμένου μονῆς τ ἁγίας Θεοτόκου τῶν ὁδηγῶν ὑφ' χρὸς Ἀντωνίου μοναχοῦ καὶ ἐλαχίστου, μηνὶ Ἰανουαρίῳ εἰκάδι. . . . ϛφξε. Id est, *Completus est hic Liber sub Laurentio Cathegumeno, seu Præfecto Monasterii Sanctæ Deiparæ Hodegôn, manu Antonii Monachi & minimi, mensis Januarii vigesimo die, anno 6565. Christi* 1057. Monasterium Deiparæ τῶν ὁδηγῶν, erat Constantinopolitanum : alio nomine dictum τ ὁδηγητείας. Aliud item ejusdem nominis exstat in Calabria, quod vocatur item *de lo Patire*, sive *de Patirio*, & dicitur infra Libro sexto, νέας Ὁδηγητείας, Novæ Hodegetriæ, quia post Constantinopolitanum illud ejusdem nominis exstructum fuit. 1057.

In Bibliotheca Laurentiana Pluteo V. Codex membranaceus, scriptus manu Georgii cujusdam cognomento Phlammengi, anno mundi 6066. Christi 1058. 1058.

Codex Regius 3421. membranaceus, ubi Psalterium, hanc habet in fine notam. ἐγράφη τὸ παρὸν ψαλτήριον ὑφ' χρὸς Δημητρίου πρεσβυτέρου μηνὶ Μαΐῳ λ. ἡμέρᾳ β. ὥρᾳ γ'. ἐν τῷ ϛφξζ. ἰνδ. ιβ. οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε αὐτῷ ὑφ' τ κύριον. *Scriptum est hoc Psalterium manu Demetrii Presbyteri, mensis Maii trigesima die, feria secunda, hora tertia, anno 6567. Christi 1059. Ind. 12. Qui legeritis orate pro eo propter Dominum.* 1059.

In annum circiter 1060. conferimus Codicem Colbertinum num. 1450. membranaceum, ubi Parallela sive loca Patrum per interrogationem & responsionem. Elegantissime autem descriptus est ad usum Eudociæ 1060. circiter.

Auguſtæ Macrembolitiſſæ & pro ejuſdem Bibliotheca, de qua ſuperius actum : Imperante Conſtantino Duca Eudociæ conjuge. Qui Conſtantinus iniit anno 1059. deſiit 1067. De hoc Codice, deque Bibliotheca Eudociæ Macrembolitiſſæ pluribus agitur Libro 4.

1061. Codex Cæſareus Lambec. L. 4. p. 83. membr. Homiliæ Joan. Chryſoſt. in Joannem. In fine legitur, ἐτελειώθη χάριτι θεοῦ ἡ ἱερὰ καὶ ψυχωφελὴς βίβλος αὕτη, ἐπὶ Ἰωαννοῦ, τοῦ ὁσιωτάτου Καθηγουμένου μονῆς τοῦ σωτῆρος τῶν Ῥαδηνῶν, διὰ χειρὸς Διομήδους ταπεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ μηνὶ Ἀπριλλίῳ ιϛ. ἰνδ. ιδ. ἔτους ϛφξθ. παρακαλῶ δὲ καὶ ἱκετεύω πάντας τοὺς ἐντυγχάνοντας, μνείαν μου ποιεῖσθαι ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ αἰαξίου οὐρανοῦ καὶ γῆς. i. *Completus eſt Dei gratia hic ſanctus & utilis Liber, ſub Joanne Cathegumeno ſeu Præfecto Monaſterii Salvatoris Rhadinorum, manu Diomedis humilis & peccatoris, 16. Aprilis, Ind. 14. anno 6569. Chriſti 1061. Rogo autem omnes qui legerint ut mei, cœlo & terra indigni, memoriam faciant.*

1063. Codex Bibliothecæ Laurentianæ, pluteo IV. membranaceus, Anaſtaſii Quæſtiones. In fine legitur, ἐτελειώθη μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ἰνδ. α. ἔτους ϛφοα. Id eſt, *Completus eſt menſe Octobri, Ind. 1. anno 6571. Chriſti* 1063. Et pagina ſequenti eadem manu : ἐκοιμήθη ὁ πανοσιώτατος πατὴρ ἡμῶν κῦρις Ἀντώνιος ἐν τῇδε τῇ θεοχαρακώτῳ νήσῳ τῇ Παλέρμῳ ἀσκήσας, ἣν καὶ τοῦ Ἀντιγόνου λέγεται. ὁ καὶ τὸ κέλλιον ἐν τῇ κορυφῇ ταύτης οἰκοδομήσας. μηνὶ Νοεμβρίῳ ζ. ἡμέρᾳ ε. ὥρᾳ ϛ νυκτὸς ζ. ἔτους ϛφοα. ἰνδ. α. Id eſt : *Obiit Sanctiſſimus Pater noſter Domnus Antonius in hac Inſula, à Deo cacuminibus inſtructa, Panormo, vitam Aſceticam emenſus, qui etiam cellulam in ejus cacumine ſtruxit. Menſis Novembris ſeptima, Feria 5. hora noctis ſeptima, anni* 6571. *Chriſti* 1063. *Ind.* 1. In Sicilia igitur propter Panormum ſcriptus eſt Codex.

1063. Codex Colbertinus 2455. membranaceus, eſt Canonarium, ſive Synaxarium, in fine habet .... ἐν ἔτει ϛφοα... Anno 6571. Chriſti 1063. cætera eraſa.

1064. Codex Regius 2351. membranaceus. Joan. Chryſoſtomi de Sacerdotio. In fine legitur, ἐτελειώθη θείου χάριτι ἡ ἱερὰ βίβλος αὕτη ἐν τῷ ϛφοβ. ἔτει ἰνδ. ϛ. γραφεῖσα διὰ χειρὸς Μανουὴλ ἐλαχίστου, ἧς μετ' ὀλίγου κόνις. Id eſt, *Completus eſt hic ſacer Codex per Dei gratiam, anno* 6572. *Indictione* 2. *manu Manuelis minimi Presbyteri : qui non multum poſtea pulvis erit.* Poſt hæc altera recentiore manu legitur, βιβλίον ἐξωνηθὲν παρὰ Ἰωαννοῦ κουβικουλαρίου Ἡρακλεώτου. *Liber emtus à Joanne cubiculario Heracleota.* Quæ manus eſt 300. circiter annorum. Deinde alia recentiore, ἐγὼ Δημητρὶς Παλαιολόγος. *Ego Demetrius Paleologus.* Initio libri in charta bombycina eſt index in cujus fine legitur, ἐγράφη ὁ πρῶτος πίναξ τοῦ πρόντος βιβλίου χειρὶ ἐμοῦ Γεδεὼν ἱερομονάχου τοῦ ἁμαρτωλοῦ. καὶ βύχετέ μοι πάντες τὰ πολλὰ καὶ ἀμέτρητα μου πλημμέλειαν. καὶ τὸ σωτήριον ἔτος ϵ͵ϛ͵αχλζ μηνὶ Σεπτεμβρίῳθ. *Scriptus eſt index hujus Libri manu mea Gedeonis Hieromonachi peccatoris, orate pro remiſſione innumerorum peccatorum meorum. Anno ſalutis* 1637. *decima-nona Septembris.*

1066. Codex Colbertinus 370. membranaceus, Homiliæ Chryſoſtomi in Joannem. In fine legitur,

Ὥσπερ ξένοι χαίρουσι πατρίδα βλέπειν,
Οὕτως καὶ γράφουσι τέλος βιβλίου.

Sicut peregrini gaudent conſpicientes patriam,
Sic ſcribæ lætantur conſpecto Libri fine.

Et poſtea,

Ἐπληρώθη ἡ βίβλος αὕτη διὰ σπουδῆς Λέοντος πρεσβυτέρου τοῦ Σαρβανδηνοῦ τοῦ Βουρτζαίνης, διὰ χειρὸς Βασιλείου Καλλιγράφου τοῦ Ἀρμενιακοῦ, μηνὶ Δεκεμβρίῳ ὑπὸ βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εὐδοκίας· ἔτους ϛφοδ. *Completus eſt hic Liber operâ Leonis Presbyteri Sarbandeni Burtzænæ : manu Baſilii Calligraphi Armeniaci, menſe Decembri, Imperantibus Conſtantino & Eudocia, anno* 6574. *Chriſti* 1066. Poſtea ſubſcriptio Græco barbara imperitiſſimæ manûs : qua dicitur hunc Codicem datum fuiſſe Encliſtræ, Ἐγκλίστρας, inſulæ Paphûs, quod ea hoc libro careret. Encliſtræ autem, ſacri videlicet loci in Papho inſula, mentio inferius occurrit ad annum 1205.

Codex Colbert. 670. membranaceus, Paradiſi pars altera XI. ſæc. In fine habet, διὰ τὸ παλαιωθῆναι πολὺ τὸ πατρικὸν τῆς ἡμετέρας λαύρας τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα, ἐλαλήσθη τῇ ἀδελφείᾳ μου οἱ ἅγιοί μου πατέρες περὶ αὐτοῦ· καταβαλλόμενος δὲ καὶ τὴν πύστου ἔξοδον ὁ τιμιώτατος δεσπότης ἡμῶν κυρὸς Ἰωαννίκιος ὑπὲρ ψυχικῆς αὐτοῦ σωτηρίας, ἀνελαβόμην τὸ τοιοῦτον κόπον. καὶ τῶν λοιπῶν μοναχῶν τὰ πατρικὰ ἐπισωρεύσας, καὶ κατὰ τὸ δυνατόν μοι ἐρεύναν ποιησάμενος, συνταξάς αὐτὰ καὶ ἀλφάβητον, δύο βίβλους ἐποίησα· τὰ μὲν δώδεκα γράμματα εἰς τὸ ἕν, καὶ τὰ δώδεκα εἰς τὸ ἕτερον. Οἱ ἐντυγχάνοντες εὔχεσθε ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ἡμῶν δεσπότου καὶ εὐλαβεστάτου μοναχοῦ κυροῦ Ἰωαννικίου, σπουδῇ γὰρ αὐτοῦ καὶ προθυμίᾳ ἐγένοντο. ἔτους ϛφ.. θ ἰνδ. ι. εὔχεσθε καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ..... Ἰωάννου καὶ γέροντος. 1071. Lineæ alternatim rubræ & nigræ ſunt : annus vero diſerte notatur quod ad millenarium & centenarium, ϛφ. quod ad denarium vero litera pene deleta eſt, ita ut neſciatur an ο an π ſit. Senſus hic eſt. *Cum vetuſtate deperiret Liber Patrum Lauræ noſtræ Sancti Patris noſtri Sabæ. Hac de re me alloquuti ſunt SS. Patres mei. Cum autem honoratiſſimus Dominus noſter Domnus Joannicius pro ſalute animæ ſuæ expenſas ſuppeditaret, hujuſmodi laborem ſuſcepi : & collectis aliorum Monaſteriorum exemplaribus ejuſdem Sanctorum PP. Libris, re diligenter pro viribus examinata, libroque per Alphabetum digeſto, duos effeci Libros : quorum prior duodecim literas, alter duodecim item continet. Qui legeritis precamini pro ſancto & piiſſimo Domino noſtro Monacho Domno Joannicio : nam cura & ſtudio ejus hæc facta ſunt anno* 6579. *Chriſti* 1071. *Ind.* 10. *precamini etiam pro me.... Joanne ſene.* Poſtrema tantum Paradiſi pars in Colbertina exſtat.

Codex membranaceus Cryptaferratenſis, ubi Aſcetica varia, in fine alia manu legitur nota ſequens, ἔτους ϛφϟϛ ἰνδ. ζ. Μαΐου μηνὸς κθ. ἡμέρᾳ γ. ὥρᾳ γ. ἐσήλθε ὁ Δουξ εἰς τὴν Ρώμλω, καὶ ἐπόρθησεν αὐτήν. 1084. Hoc eſt, *Anno mundi* 6592. *Chriſti* 1084. *Indictione* VII. *menſis Maii* 29. *feria tertia, hora tertia, ingreſſus Dux Romam, ipſam depopulatus eſt.* Agitur hic de expeditione Roberti Guiſcardi, qui ingreſſus Romam, Gregorium VII. Papam eduxit ex carcere, Henricum Imperatorem fugavit, Urbem in defectionis pœnam vaſtavit & incendit. Hæc porro geſta ſunt anno 1084. unde arguuntur ii, qui anno 1082. Robertum Guiſcardum defunctum eſſe volunt. Monendum eſt hanc notam recentiore manu ſcriptam ad calcem fuiſſe. Nam Codex eſt X. ſæculi.

1088. Codex Cæsareus Lambec. L. 4. p. 90. membr. Eclogas Chrysostomi continens, fol. 172. verso. habet, ἐν τῷ χρόνῳ ϛφϛϛ. ὑπέταξε Ρογέριος τὴν Συράκουσαν, ἀποκτείνας Βενέρεα, καὶ ἐν τούτῳ οἱ Πισάνοι ἐκατέλαβον τὴν Ἀφρικήν. *Hoc anno* 6596. *Christi* 1088. *subegit Rogerius Syracusas, occiso Benure. Eodemque anno Pisani Africam devastarunt.* Et hæc est ipsa Codicis ætas.

1091. Codex membranaceus in Biblioth. Laurentiana, pluteo VII. ubi Gregorii Nazianzeni opera. In fine legitur, ἐγράφη ἡ βίβλος αὕτη τοῦ θεολόγου, μηνὶ Ἀπριλίῳ, ἰνδ. ιδ. ἔτους ϛφϛθ. χειρὶ Εὐθυμίου μοναχοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ Ξιφιλίνου· οὗ τὰ πολλὰ ἁμαρτήματα ἵλεων γένεσθαι τὸν φιλάνθρωπον ἡμῶν κύριον καὶ θεὸν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν οἱ ἀναγινώσκοντες βύζαθε, μὴ ὀκνήσητε. δώη δὲ καὶ ὑμῖν αὐτὸς ἄφεσιν τῶν πλημμάτων ὑμῶν, ἀμήν. Id est, *Scriptus est hic Liber Theologi, mense Aprili, Indict.* 14. *anno* 6599. *Christi* 1091. *manu Euthymii Monachi peccatoris Xiphilini. Cujus multis peccatis ut propitius sit clemens Dominus & Deus noster Jesus Christus, precamini qui legeritis: ne segnes fueritis. Det autem & vobis ipse remissionem delictorum vestrorum, Amen.*

1095. Codex Cæsareus Bombycinus Lambec. L. 5. p. 37. ubi inter alia, Philippi Solitarii Dioptra, qua continentur ipsius versus politici quibus & tempus & nomen suum per numeros octo literarum Φίλιππος indicat. Eorum principium est.

Ἐτελφώθη σὺν θεῷ καὶ τὸ πρὸν πυκτίον
Τὸ πόνημα, τὸ σύγγραμμα, ἢ βύτελὴς Διόπτρα
Διὰ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ τε καὶ ξένου
Μηνὶ Μαΐῳ δώδεκα, ἰνδικτιῶνος τρίτης
Κύκλος σελήνης δέκατος, ἡλίου εἰκὰς τρίτη
Ἔτους ἑξακισχίλια καὶ ἑξακὼς τοῖς τόποις
Πρὸς τοῖς καὶ τρία ἕτερα ὀπὶ τύποις τυγχάνῃ
Ἂν δὲ τὸ ὄνομα τοὐμὸν μαθεῖν ἐθέλῃς φίλε, &c.

Hoc est,

Completus est cum Deo hic liber,
Hoc opus, hoc scriptum, vilis Dioptra
Manu peccatoris, Monachi & peregrini
Mensis Maii 12. *Indictione tertia,*
Cycli Lunæ decimo, solis vigesimo-tertio die
Anno sexmillesimo sexcentesimo,
Et ad hos, tres alii adjiciendi.
Si vero nomen meum edisce velis, amice.

Id est, anno Christi 1095. cæteros versus omisit Lambecius.

XI. sæc. Codex Colbertinus membranaceus XI. sæculi, ubi Eclogæ Joannis Chrysostomi in Paulum. In fine scribitur, τὸν ἀναγινώσκοντα μετ' εὐλαβείας, τὰ δακτύλοις γράφοντα, τὸν κεκτημένον, φύλαττε τὸν τρὶς ἡ τριὰς τρισόλβιος, (f. τρισόλβιος,) βύζαθε γὰρ ἐμοῦ ὅσοι δεῆ. τὸ γὰρ ἡμέτερον ἅπαν ὡς ἡ δύναμις πεποιήκαμεν. λοιπὸν καὶ ὑμᾶς ἐρρῶσθε ἐν κυρίῳ πάντοτε ἀδελφοί. Cætera erasa sunt. Sensus est, *Legentem cum pietate, digitis scribentem, possidentem; hos tres, inquam, custodi Trinitas beatissima. Orate pro me ii quibus libuerit. Nam*

quod in nobis erat pro viribus præſtitimus. Demum & vos ſalvete in Domino ſpirituales fratres.

Codex Colbertinus 1066. membranaceus XI. ſæculi, Gregorii Naz. Orationes. In fine longe poſteriori manu ſcribitur, μηνὶ Νοεμβρίῳ θ. ἡμέρᾳ παρασκευῇ, ἐγένετο κατακλυσμὸς μέγας ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐν εἴκῃ κατέβη ποταμὸς μέγας, καὶ ἐχάλασε τὸ δίμηρον (l. δίμειρον) τῆς Λευκωσίας, ἤγειρε ἀσσίπια πολλὰ, ὥρᾳ μεσονυκτίου ἑξημερόμαπι σα. καὶ ἐσκοτώθησαν λαὸς πολλὸς τῷ ἀριθμὸν χιλιάδες τ ἢ ζ. ἔπλησεν (l. ἔπόλησεν) καὶ κλῖνα πολλὰ, ἐχάλασεν παλιοφίρια καὶ ἐκκλησίας πολλαῖς, ἐχάλασεν παλιοφίριον. τῆς ἐγγρονίας τωλθ. XI. ſæc.

Sub hæc recentiore manu : χῷ τὴν δεκάτην τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τωνζ, ἐγένετο παράβουλεία ἔσω εἰς Κιτσες εἰς τὸ κάστρο τῆς . . . ερμηείας ὥρᾳ μεσημεριῆ τουτέστι οἱ Τοῦρκοι ἀπροσφυλακισμένοι, πρῶτον πάντων εἰσέβησαν ἔσω εἰς τὸ κάστρον ἐκεῖ ἀπου ἐκαθίζετο ὁ καστελλανος, καὶ πρῶτος ἔκοψαν τὴν κεφαλὴν τὸν καὶ ἔρριψαν τὴν εἰς τὸ κάστρον καὶ ἕτέρους πολλοὺς, καὶ ἔκτησαν τὴς πόλις τοῦ κάστρου ἀπίσω.

Poſt item recentiore manu, χῷ πέμπτην ἡμέραν τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἑξημερόμαι τετράδις, ἐγένετον μεγάλη βροχὴ μέσον εἰς τὴν Λευκωσίαν καὶ εἰς ὅλον τὸ νῆσον (ſic) καὶ ἐβάπισαν τὴν καὶ πολλαὶ ἀκέλαι· καὶ ἐγήνετον μεγάλαι ζημίαι εἰς ὅλον τὸ νήσιν τοῦ Κήπρου. καὶ ἐχάλασιν σπίτια πολλὰ, καὶ ἐπνήγησαν κτήνη πολλὰ, καὶ ἔσω εἰς τὸ Ἀμάχυστον ἐχαλάσασαν πολλὰ ἀσσίπια, καὶ . . . κάσισαν πολλὸς λαὸς μέσα εἰς τὴν ἐγγρονίαν αυοθ . . . καὶ μέγας ποταμός.

Has notas ſane ſingulares, ſed Græco-barbaras, ſic interpretamur. *Menſis Novembris* 8. *die Paraſceves, id eſt, Feria ſexta, factum eſt diluvium magnum ex cœlo, & in domum deſcendit fluvius ingens qui duas tertias Leucoſiæ partes diruit; videlicet hora mediæ noctis diei Sabbati, & exſtinctus eſt populus multus numero ſex aut ſeptem millium. Perdidit item jumenta multa, Hagiophiria diruit & Eccleſias multas, Hagiophirium ſubvertit. Anno* 6839. *Chriſti* 1331. Leucoſia autem hodie Nicoſia dicitur.

Decima menſis Decembris, feria ſecunda, anno 6857. *Chriſti* 1349. *Inſidiæ ſtructæ ſunt in Cypro in Caſtrum . . . eranias hora meridiei. Videlicet Turci inexſpectatò primùm quidem irruperunt in Caſtrum, ubi ſedebat Caſtellanus, ac ſubito caput ejus abſciderunt, & projecerunt illud in Caſtrum, alios item multos occiderunt, & ceperunt unà omnes, qui in Caſtro erant.*

Quinta die Novembris menſis, Feria tertia, imminente quarta, incidit pluvia ingens inter Leucoſiam & totam Inſulam, quæ inundavit ipſam & multos pecorum greges. Hinc vero damna plurima toti Inſulæ Cypro emerſerunt: multa volatilia exſtincta, & jumenta plurima ſuffocata ſunt: inque Amachuſto (Famaguſto) everſæ ſunt domus quamplurimæ, periitque populus multus. Anno 1479. . . . *& magnus fluvius.*

Codex Colbertinus 4766. membranaceus XI. ſæculi, ubi quatuor Evangelia, in fine habet : ἐδόθη τὸ παρὸν τετραβαγγέλιον εἰς τὴν ἁγίαν μονὴν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς ἱεραξ παρὰ τοῦ μοναχοῦ Μελετίου τοῦ ἐρημίτου. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ διὰ τὸ κύριον, *Datus eſt hic Liber quatuor Evangeliorum Monaſterio ſanctiſſimæ Deiparæ Hierax dicto, à Monacho Meletio Eremita : qui legeritis orate pro eo propter Domini amorem.* XI. ſæc.

Codex Colbertinus 2673. XI. ſæculi membranaceus, Joan. Chryſoſtomi in Geneſim. Ad calcem habet : Ἀδελφοὶ εὔχεσθε πάντες τὸν παπᾶν καὶ ἁμαρτωλὸν Θεόδωρον (ſic) τὸν γράψαντα ταῦτα τὰ γράμματα. *Fratres precamini omnes* XI. ſæc.

pro humili & peccatore Theodoro, qui hæc ſcripſit.

XI ſæc. Codex Colbertinus 250. XI. ſæculi membr. initio hæc habet manu paulùm recentiore, ἡ βίβλος αὕτη τῶν βίων τῶν ἁγίων τῶν Ἰανουαρίῳ δευτέρᾳ πεμπομένων τῷ Νικηφόρῳ μὲν ἐπικτήτη φίλος. Εἰς δ' ἀντίλυτρον σφαλμάτων προσῆλθε τῇ τοῦ μοναχοῦ Παύλου λαύρᾳ πρίν· τοῦ δόντος βλέπων τὸ βιβλίον ὁτῳοῦν. *Hic Liber vitarum Sanctorum, qui poſtrema menſis Januarii parte honorantur, ad Nicephorum quidem pertinuit ipſique carus fuit. Verum ad redemtionem culparum oblatus fuit venerandæ Lauræ Pauli Monachi. Quiſquis hunc librum videris, pro offerente precare.* Sunt verſus Iambi.

XI. ſæc. Codex Colbertinus 1892. membranaceus XI. ſæculi. In fine legitur, ἐγράφη δι' χειρὸς Ἰωαννου ἐλαχίστου. *Scriptus eſt manu Joannis minimi.*

XI. ſæc. In Bibliotheca Mutinenſi, Pſalterium elegantiſſimum XI. ſæculi membranaceum cum hac inſcriptione a fronte. ἐτέθη ἡ βίβλος αὕτη ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ χάριν ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν μοναχοῦ Θεοδοσίου τοῦ Ξυλαλᾶ, ὁ ὁ ἀναγινώσκων ταύτην διὰ τὸν κύριον αὐτὸν μακαρίζῃ αὐτόν, ὁ ὡς δόντα χάριν ψυχῆς αὐτοῦ. Quæ haud ita peritè notata ita vertimus. *Poſitus eſt liber hic in ſancto Monaſterio pro remiſſione peccatorum Theodoſii Xylala Monachi. Qui legerit propter Dominum, laudet ipſum, precetur que pro anima illius.*

XI. ſæc. Codex Bibliothecæ Laurentianæ elegantiſſimus membranaceus pluteo IV. XI. ſæculi. In fine dicitur ſcriptus a Niceta quodam.

XI. ſæc. In ſacrario S. Dionyſii in Francia Codex ſæculo XI ſcriptus operum S. Dionyſii, in cujus fine legitur recentiore manu, τὸ πρὸν βιβλίον ἀπεστάλη παρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου βασιλέως ὁ αὐτοκράτορος Ρωμαίων κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Διονυσίου τὸ ὂν Παρυσίῳ τῆ Φραγγίας ἢ Γαλατίας, ἀπὸ τῆ Κωνσταντινουπόλεως δι' ἐμοῦ Μανουὴλ τοῦ Χρυσολωρᾶ, πεμφθέντος παρὰ τοῦ εἰρημένου βασιλέως ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ ἕκτῳ ὁ δεκάτῳ, ἀπὸ σαρκώσεως δὲ τοῦ κυρίου χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ὀγδόῳ ὅτις εἰρημένος βασιλεὺς ἦλθε πρότερον εἰς τὸ Παρύσιον πρὸ ἐτῶν τεσσάρων. Id eſt, *Hic liber miſſus eſt à celſiſſimo Imperatore Romanorum Domno Manuele Palæologo in Monaſterium S. Dionyſii Pariſiis in Francia ſive Gallia ex Conſtantinopoli, per me Manuelem Chryſoloram, miſſum Oratorem à præfato Imperatore, anno a creatione mundi* 6916. *ab Incarnatione Domini* 1408. *qui dictus Imperator ante annos quatuor Pariſios venerat.*

XI. ſæc. Codex Colbertinus num. 563. membranaceus. Vitæ SS. menſis Januarii XI. ſæculi. In fine habetur hæc nota non multo poſterioris ævi. ἐδόθη τὸ πρὸν βιβλίον εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἀρχιεράρχου καὶ θαυματουργοῦ Νικολάου παρὰ κυροῦ Λέοντος τοῦ Μαγκλάβη, τοῦ δι' τὸ ἁγίου καὶ ἀγγελικοῦ μοναδικοῦ σχήματος ὀνομασθέντος Λουκᾶ, ὃς καὶ ἐκοιμήθη Ὀκτωμβρίου δεκάτῃ, ἡμέρᾳ ἕκτῃ, μνήμῃ τῶν ἁγίων μαρτύρων Εὐλαμπίου καὶ Εὐλαμπίας. *Datus eſt hic liber Monaſterio S. P. noſtri Archierarchi & miraculorum patratoris Nicolai, à Domno Leone Manclabe, qui per Angelicum Monaſticum habitum vocatus eſt Lucas, & obiit decima Octobris, feria ſexta, in die commemorationis SS. Martyrum Eulampii & Eulampiæ.*

Notæ Codicum XII. ſæculi.

1105. Codex RR. PP. Sancti Baſilii Romæ, de quo pluribus libro quarto ubi de χρυπτογραφία, ſive de ſcriptione Arcana. Hic notam Latine tantum

tum adferemus, certe ſingularem. *Abſolutus eſt hic Liber Aſceticorum S. Patris noſtri Baſilii, menſis Auguſti octavo die, feria tertia, hora undecima, anni 6613. nempe Chriſti 1105. Indictione XIII. Eodem anno quo Sanctiſſimus Papa Paſchalis Sigillum libertatis fecit ſanctiſſimo Patri noſtro Bartholomæo pro ſancto ejus Monaſterio Sanctiſſimæ Deiparæ, cognomento Rochoniate: quod ipſe à fundamentis excitavit & reſtauravit, ad utilitatem animarum multarum & ad Dei gloriam. Eodem autem ipſo anno reverſus eſt Baëmundis in Calabriam, fugiens a facie Alexii. Tunc autem requiem invenit Sanctum Monaſterium, ereptum e manibus Malæinorum. Admodum enim obſidebat illud Nicolaus Malæinus Archiep. cum cognatione ſua.* Hujus Nicolai Malæini Archiepiſcopi Roſcianenſis mentio habetur infra in Diplomatibus Regni Neapolitani.

Sub hæc :

Gloria bonorum perfectori.

Et poſtea :

Feria ſecunda Sancti Spiritus, ſive Pentecoſtes, incœptus eſt Liber, & finem habuit feria tertia, menſis Auguſti octavo die.

Codex Regius 2043. membranaceus, Nomocanon, ſive Canonum collectio. In fine legitur, δόξα τῷ θεῷ πάντων ἕνεκα, *Gloria Deo de omnibus*, ἐγράφη ὁ παρὼν νομοκάνων τῇ προσκλήσει τοῦ ὁσ μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ Νικολάου τοῦ γραφέως, προτελευτήσαντος αὐτοῦ πρὶν ἢ πληρωθῇ ἡ βίβλος. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εἰ τὸν βίον βούλεσθε μαθεῖν αὐτοῦ,

πάντες αὐτὸν ἱμείρουσι καὶ ξένοι.

ἐγράφη ὑπὸ χειρὶ Ἰωάννου βυτελλοῦ πρεσβυτέρου ὁσ ἔτει ϛχιγ. μηνὶ Δεκεμβρίῳ γ. ἡμέρᾳ ϛ. Id eſt, *Scriptus eſt hic Nomocanon, hortatu beatæ memoriæ viri Nicolai ſcribæ: illo defuncto prius, quam completus eſſet Liber. Qui legeritis, ſi vitam ejus ediſcere velitis,*

Illum pauperes & peregrini deſiderant.

Scriptus eſt autem manu Joannis vilis Preſbyteri, anno 6513. Chriſti 1105. menſis Decembris 3. feria ſexta.

Codex Colbertinus 25. membranaceus, Simeonis Metaphraſtæ December. In fine legitur,

Τῷ συντελεσῇ τῶν καλῶν θεῷ χάρις.

Id eſt, *Perfectori bonorum Deo gratia.*

Deinde, Γλυκὺ τὸ γράφειν βιβλίου τέλος ἀπεῖναι.

Dulce eſt cujuſvis libri finem ſcribere.

Et poſt, Χριστὲ πάντων ἄναξ τῶν καλῶν ἡ ἀκρότης,
Πρεσβείαις τῆς σε τεκούσης, τῷ γράψαντι
Παράσχε λύσιν ἁμαρτημάτων.
Chriſte omnium Rex, bonorum cacumen
Interceſſionibus Matris tuæ, Scribæ
Confer veniam delictorum.

Ἔλαβε τέλος ἡ βίβλος αὕτη, διὰ σπουδῆς τοῦ πόνου πολλοῦ τοῦ ὁσιωτάτου μοναχοῦ κυροῦ Γερασίμου καθηγουμένου τῆς βασιλικῆς μονῆς ἱερέων.

Ἐγράφη διὰ χειρὸς Κλήμεντος μοναχοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ, ἐν τῷ σταυροπηγίῳ τοῦ ναοῦ τῆς αὐτῆς μονῆς εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. μηνὸς Ἀπριλλίου, ἰνδ. ε. ἔτους ϛχκ. οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ἀμφοτέροις, ἀμήν.

Ὅστις οὖν βουληθῇ ἀρᾶσθαι τήνδε τὴν βίβλον ἀπὸ τῆς παυτῆς μονῆς, ἢ βλάψας ἢ

αἰδυλόγως . . . πρῶτον μὲν κληρονομείτω ἀνάθεμα, τὴν ἄραν τῶν ἁγίων θεοφόρων πατέρων, καὶ ἡ μερὶς αὐτοῦ μετὰ Ἰούδα τοῦ καὶ προδότου καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστατῶν.

Hoc est,

Finem accepit hic ſanctus Liber concurſu & labore multo piiſſimi Monachi Domni Geraſimi Cathegumeni, ſive Præfecti, ſancti Monaſterii ἱερέων, *ſeu Sacerdotum.*

Scriptus eſt autem manu Clementis Monachi & peccatoris, & repoſitus eſt in Templo ejuſdem Monaſterii ad memoriam ipſorum, menſe Aprili, Indictione v. *anni* 6620. *id eſt Chriſti* 1105. *qui legeritis orate pro ambobus, amen.*

Si quis igitur voluerit hunc Librum tollere a tali Monaſterio, ſive jure ſive injuria; primo quidem anathema obtineat, & maledictionem Sanctorum ac deiferorum Patrum; portioque ejus ſit cum Juda proditore & reliquis apoſtatis. Monaſterium τῶν ἱερέων, ſeu Sacerdotum, Conſtantinopolitanum erat.

1114. circiter. Codex Regius 3019. membranaceus, Typicum Irenes Auguſtæ, propria ejus manu ſignatum, poſtremis Alexii Imperatoris annis, cujus ſpecimen & deſcriptionem habes Libro 4. hujus Palæographiæ Græcæ.

1116. Codex Regius 3513. membranaceus, Lexicon Alphabeticum & Lexicon Biblicum. fol. 180. legitur, ἐτελειώθη ἐν ἔτει ϛχκδ. δόξα τῷ θεῷ. Id eſt, *Abſolutus eſt anno* 6624. *Chriſti* 1116. *Gloria Deo.*

1117. Codex Colbertinus num. 2776. membranaceus, Gregorii Nazianz. opera. In fine habetur, ἐτελειώθη ἡ πρᾶσα βίβλος μηνὶ. . . . ἰνδ. . . ἔτους ϛχκε. . . . . Μιχαὴλ . . . cætera eraſa. Hoc eſt, *Completus eſt hic Liber menſe. . . . Indictione. . . . anno* 6625. *Chriſti* 1117. . . . *Michaël. . . .*

1118. Codex Procuratoris Juſtiniani Venetiis, ubi Georgii, Oecumenii, & Simeonis Magiſtri hiſtoriæ. Scriptus anno 6626. Chriſti 1118.

1124. Codex Regius 2930. membranaceus, Joannis Damaſceni opera quædam. Ad calcem legitur, fol. 128. ἐγράφη ἡ πρᾶσα θεία βίβλος διὰ σωσδρομῆς Μιχαὴλ ἱερέως τοῦ τῆς Φιλῆ, διὰ χειρὸς Βασιλείου νοταρίου τοῦ Σκαλίδρα, ἐν ἔτει τῷ ϛχλϐ. ἰνδ. ζ. ἐπὶ τῆς Βασιλείας Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ καὶ πορφυρογεννήτου. *Scriptus eſt hic Liber operâ Michaëlis Sacerdotis Philæ, manu Baſilii Scalidri Notarii. Anno* 6632. *Chriſti* 1124. *Indictione ſeptima, imperante Joanne Comneno Porphyrogenito.*

1126. Codex Oxonienſis, cujus notam miſit vir clar. Joan. Erneſtus Grabe, eſtque Octateuchus, hanc habet ſubſcriptionem, τέλος ἔσχηφεν ἡ ὀκτάτευχος βίβλος Νοεμβρίῳ εἰς τὰς κ. ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ὥρᾳ γ'. τοῦ ἔτους ϛχλδ. ἰνδ. δ. ὥσπερ ξένοι χαίρουσιν ἰδεῖν πατρίδα, οὕτω καὶ τοῖς γράφουσι τέλος βιβλίου. i. *Finem habuit Octateuchus* 20. *Novembris, feria ſexta, hora tertia, anno* 6634. *i. Chriſti* 1126. *Ind.* 4. *Ut peregrini gaudent conſpecta patriâ; ſic Scribæ conſpecto libri fine.*

1127. Codex Regius num. 2498. membranaceus. Eſt Menæum, ſive vitæ Sanctorum menſis Novembris, & hanc habet in fine notam. ἐτελειώθη ὁ πρῶτος Νοέμβριος μὴν, μηνὶ Ἰουνίῳ θ. ὥρᾳ ιε τῆς ἡμέρας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰωάννου πορφυρογεννήτου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐν ἔτει τῷ ϛχλε ἰνδ. ε. *Completus eſt hic menſis November, Junii menſis nona die, hora decima-quinta diei, imperante Joanne Comneno Porphyrogenito, anno* 6635. *Chriſti* 1127. *Indictione quinta.* Poſt ſequitur:

Οἶδα μὲν οἶδα σφαλμάτων πολλῶν γέμον
Ὅ' χερσὶν αὐτὸς πυξίον ἐγγεγράφην·

Ἀλλ' οἶδά μοι μέτριοι, ἡ γλῶ οὐκ ἔχω
Τὴν τεχνικὴν σύμμαχον ὀρθογραφίαν.
Πατρὶ δ' πειθεὶς Μαξίμῳ θείῳ θύτῃ,
Τῷ τοὺς χλόην ἄγοντι τὴν ζωηφόρον
Θρέμματα χριστοῦ, πληθὺν ἀνθρώπων λέγω,
Τείνω χέρα τείνω κἂν κινεῖσθαι μὴ δύνῃ.
Νέμοιτέ μοι δ' τῶν γραφῶν Θεοκτίστῳ
Λύσιν ἀπείρων ψυχικῶν ἐγκλημάτων,
Καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρυχίαν.

Id est,

Scio quidem & novi multis scatere mendis
Quem manibus scripsi Librum.
Verum estote mihi propitii, non enim calleo
Artem orthographiæ.
Sed patri Maximo divino Sacerdoti obtemperans,
Qui ad pascua vivifica ducit
Gregem Christi, hominum turbam dico.
Manum extendo, licet vix extendere possim,
Ut procuretis mihi Theoctisto scribæ
Infinitarum animæ culparum veniam,
Et regni cælorum hæreditatem.

P. ult. ἡ βίβλος αὕτη τοῦ μονῆς τοῦ προδρόμου
τῆς κολυμβήθρας ἐγγίζα τοῦ Αἐτίου
ἀρχαϊκὴ δὲ τῇ μονῇ κλῆσις, Πέτρα.

Hic liber est Monasterii Præcursoris, quod situm est proximè Aëtii Cisternam, vetus autem Monasterii nomen est Petra. Hujus Monasterii Constantinopolitani infra mentio habetur.

Codex Cæsareus Lambec. l. IV. p. 81. membranaceus, Chrysostomi in Matthæum, a Busbekio emtus Constantinopoli, hanc subscriptionem habet ut superior, Eodem circiter tempore.

ἡ βίβλος αὕτη τοῦ μονῆς τοῦ προδρόμου,
τῆς κολυμβήθρας ἐγγίζα τοῦ Αετίου·
ἀρχαϊκὴ δὲ τῇ μονῇ κλῆσις Πέτρα.
Ἰωάννης ἔγραφε νῦν Μαγκλαβίτης.

Id est.

Hic Liber est Monasterii præcursoris,
Quod situm est proxime Aëtii Cisternam
Vetus autem Monasterii nomen est, Petra.
Joannes scripsit nunc, Manclavita.

Hoc Monasterium situm erat prope Cisternam Aëtii Constantinopoli, de qua & de Monasterio pariter V. Codinum de Ædificiis Constantinopolitanis.

Manclavitæ erant Janitores Aulæ Imperatoriæ Constantinopolitanæ V. Cangii Gloss. Græcum. Initio Codicis scribitur, καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον Δωροθέου. *Hic quoque Liber est Dorothei.*

1128. Codex Reg. 3265. membr. x. ſæculi. Aphthonii Progymnaſmata & Hermogenis ars Rhetorica. In fine legitur recentiore manu, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κθ. ἰνδ. ϛ. ἔτους ϛχλϛ. ἐκοιμήθη ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Λεόντιος μοναχὸς ὁ Μονεμβασιώτης. i. *Menſis Septembris* 29. *Ind.* 6. *anno* 6636. *Chriſti* 1128. *obiit Pater noſter Leontius Monachus Monembaſiotes.*

1129. Codex Cæſareus Lambec. lib. III. p. 137. membranaceus, ubi Baſilii & Joan. Chryſoſtomi opera quædam, in fine notam fert anni ϛχλζ 6637. Chriſti 1129. cum verſibus aliquot, quorum hos quinque tantum adfert Lambecius.

τέλος ἔσχηφα τ̃ τρισσοδίκτυ βίβλυ,
καὶ χαρᾶς ἐμπέπλησμαι ἰδὼν τὸ πέρας,
ὅτι ταχὺς γέγραπται ἡ δέλτος αὕτη,
χειρὶ εὐτελεῖ Κωνσταντίνυ Ταρσίτυ
τ̃ ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Κρήτην μεταβάτος.

Id eſt,

Finem habui ter acceptabilis Libri:
Et gaudio ſum repletus viſo termino,
Quia cito ſcriptus hic liber fuit
Manu vilis Conſtantini Tarſiti,
Qui Athenis in Cretam migravit.

1133. Codex Regius 2470. membranaceus continens Officia Græcorum, in fine habet, ἔτους ϛχμα. ἰνδ. ια. μηνὶ Αὐγούστῳ β. ἡμέρᾳ δ. εἰς ἣν καὶ ὥρα η. σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην. βασιλεύοντος δὲ Ἰωάννυ τ̃ Πορφυρογεννήτυ, καὶ Εἰρήνης τ̃ εὐσεβεστάτης Αὐγούσης· ἀρχιερατεύοντος δὲ εἰς Κωνσταντινούπολιν [Ἰωάννου] οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου κυρ̃ Νικήτα ἀρχιεπισκόπυ Θεσσαλονίκης: οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε καιρὸν τ̃ ποιήσαντι τὴν δέλτον τ̃ παφλᾶ (sic) καὶ ἁμαρτωλ̃ Θεοδούλυ. . . . *Anno* 6641. *Chriſti* 1133. *Indict.* II. *menſis Auguſti die ſecunda, feria quarta, hora octava, tenebræ factæ ſunt in univerſa terra, imperante Joanne Porphyrogenito & Irene piiſſima Auguſta, Archiepiſcopatum gerente Conſtantinopoli* [*Joanne*] *œcumenico Patriarcha, diebus Domni Nicetæ Archiepiſcopi Theſſalonicenſis. Qui legeritis orate pro me, qui hunc deſcripſi Librum, humili ac peccatore Theodulo.* . . .

1149. Codex Cæſareus bombycinus Lambec. l. 5. p. 48. Theophylacti in Evangelia Marci, Joannis & Matthæi, &c. fol. 97. legitur, ἐγράφη τὸ παρὸν τ̃ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίυ βιβλίον διὰ χειρὸς Λέοντος ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίυ τ̃ τ̃ Ραοὺλ, μηνὶ Ἰουλίῳ δ. ἰνδ. β. ἔτους ϛχμζ ὁ δὲ τοῦτο ἀναγνούς, εὐχὴν ἐπ' αὐτ̃ τοῦ θεοῦ, ὅπως συγχωρήσεως τυχὼν αὐτὸς ἁμαρτιῶν ἐπιτύχῃ, ἀμὴν γένοιτο. *Scriptus eſt hic Liber Evangelii ſecundum Matthæum, manu Leonis peccatoris & indigni Raülis filii. Julii* 4. *Ind.* 2. *anno* 6647. *Chriſti* 1149. *Quiſquis legeris ora pro ipſo Deum, ut veniam peccatorum ſuorum impetret, amen, fiat.*

1139. Codex Cæſareus bombycinus Lambec. l. 5. p. 48. Theophylacti in Lucam, fol. 44. legitur, ἐτελειώθη τὸ κατὰ Λουκᾶν μηνὶ Αὐγούστῳ, ἰνδ. ϛ. διὰ χειρὸς Λέοντος τ̃ τ̃ Ραοὺλ. i. *Abſolutum eſt Evangelium ſecundum Lucam, menſe Auguſto, Ind.* 2. *manu Leonis Raülis filii.*

Hocanno juſſu Clementis Abbatis τ̃ ἱερέων, ſive Sacerdotum, renova-

tus est Codex Joan. Chrysost. in Matthæum, Biblioth. Colbertinæ. Vide supra ad annum 955.

Codex Regius 2862. membranaceus quatuor Evangeliorum. In fine legitur, τέλος ἔλαβε τὸ πᾶρὸν ἅγιον τετραβαγγέλιον ὑπὸ χεῖρος ἐμοῦ τοῦ πολυτλήμονος καὶ ἀτελοῦς νοταρίου Σολομῶντος ὁ ἀπὸ νοταρίων. καὶ διὰ τὸ κύριον πάντες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες οἱ ἐντυχόντες ἐν αὐτῷ, καὶ ἀναγινώσκοντες, οἱ καὶ μεταγράφοντες, μὴ διὰ ῥᾳθυμίας ἡμῶν καὶ σαλείας τινὰ κατάραν ἀναπέμψασθαι. ἠκούσατε γὰρ καὶ πολλάκις ἐρρέθη, ὅτι καὶ ὁ γράφων πεπιγράφῃ, ἡ μὴ χεὶρ ἡ γράψασα σήπεται τάφῳ γεγραμμένη· ὁ φαίη εἰς χρόνους πληρεστάτους, εἰς τοὺς συμπάντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἐτελειώθη δὲ ἐν ἔτει τῷ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵ϛχοϛ. ἰνδ. α. ἡλίου κύκλῳ ιβ. σελήνης ζ. εἰς τὰς ιδ. τοῦ Δεκεμβρίου μηνός, ἡμέρᾳ ε. . . . . βασιλεύοντος ἐν Κωνσταντινουπόλει Μανουὴλ τοῦ πορφυρογεννήτου καὶ ἐνδοξοτάτου βασιλέως, καὶ ἐν τῇ Ἱεροσολύμοις Ἀμαρρὴ τοῦ κραταιοῦ ῥιξ. ἐν δὲ τῇ νήσῳ Σικελίας Γουλιέλμου τοῦ δευτέρου ῥίγος. ἐφ' ἡμᾶς δὲ Ἰησοῦς χριστὸς, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Id est, *Finem habuit hic sanctus quatuor Evangeliorum Liber manu mei miserrimi & vilis Notarii Solomonis ex numero Notariorum. Rogoque in Domino omnes fratres patresque, quotquot in hunc inciderint, hunc legerint vel transcripserint, ne mihi ob rusticitatem ac stoliditatem meam maledictionem immittant. Audistis enim ac sæpius dictum est, Scribam hoc dictum adscribere :* Manus quidem quæ scripsit in sepulchro putrescit : scriptura autem conspicitur in multos annos, in omnia sæcula sæculorum, amen. *Completus autem est anno à creatione mundi 6676. Christi* 1168. *Ind.* 1. *Cycli solis* x. *Lunæ* 7. *Decembris Feria* 4. *Imperante Constantinopoli Manuele Porphyrogenito & glorioſissimo Imperatore ; Jerosolymis Rege potentissimo Amarri ; in Insula Siciliæ Gullielmo secundo Rege ; nobis autem Jesu Christo, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.* 1168.

Codex Cæsareus Lambec. Biblioth. l. 3. p. 72. membranaceus, operum Dionysii Areopagitæ cum scholiis S. Maximi. In fine legitur : ἐτελειώθη σὺν θεῷ ἡ ἱερὰ ψυχοφελὴς καὶ θεολογικωτάτη βίβλος τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Διονυσίου, μηνὶ Ἰανουαρίῳ ιζ ἡμέρᾳ, ἔτους. . . . γεγραμμένα. . . . διὰ χειρὸς ἐλαχίστου καὶ ἀναξίου Ἰωάννου ἡ Μηθύμνης ὑπὲρ Μανουὴλ βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων. ἔστι δὲ αὕτη ἡ βίβλος ϟ. . . . Id est : *Completus est hic utilis & Theologicus liber S. P. nostri Dionysii, mensis Januarii die* 17. *anno. . . . scriptus. . . . manu Joannis minimi & indigni Diaconi Methymnæ, Imperatore Romanorum Manuele, est autem hic liber. . . .* cætera, nempe is cujus jussu scriptus est, annus, & Ecclesia cujus erat, de industria erasa sunt. Eodem circiter tempore.

Codex Colbertinus, num. 643. membranaceus, Joan. Chrysostomi in Genesim, in cujus fine legitur, τέλος εἴληφεν ἡ πᾶρᾶσα ἑξαήμερος χεὶρ τινὶ ιϛ. τοῦ Μαρτίου μηνός, ἡμέρᾳ δ. ϟ γ. βδόμαδος (sic) ὥρᾳ β. τοῦ ͵ϛχϟδ. ἔτους, ἰνδ. δ. ὅσοι γοῦν λοιπὸν ἐντυγχάνετε τούτῃ, σύγνωτέ μοι ἐὰν ἁμαρτάνω εἴτε ἰσφάλην ἀπό τε ὀξείας, βαρείας, ἀποστρόφου, δασείας τε καὶ ψιλῆς (sic) καὶ ὁ θεὸς σώσῃ ὑμᾶς πάντας, ἀμήν. i. *Finem accepit hic Liber sex dierum (s. creationis) duodecimo Martii die, Feria quarta tertiæ hebdomadis, hora secunda, anno* 6694. *Christi* 1186. *Quotquot igitur ipsum legitis, ignoscite mihi, quæso, si quid peccavi in accentu acuto & gravi, in apostropha, in spiritu denso & tenui ; & Deus salvos faciet vos omnes, amen.* 1186.

Codex Cæsareus Lambec. l. 6. p. 55. membranaceus, collectio legum, in fine legitur, ἐτελειώθη τὸ πᾶρὸν νομοκάνων διὰ χεὸς Κωνσταντίνου ἀναγνώστου καὶ διὰ 1183.

σωδρομῆς τῆ δούλῃ τῆ θεῦ καθηγουμένῃ ἱερομοναχῃ Λαυρεντίᾳ τῆ τῆ μονῆς τῆ Μαγγλᾶ, ἔτ ͵ϛχϛθ. ὑπερμήνῃ θ. ἐπὶ βασιλείας Ισαακίου Ἀγγέλου. i. *Absolutus est hic Nomocanon manu Constantini Lectoris, & sumtibus servi Dei Cathegumeni sive Præfecti Hieromonachi Laurentii Monasterii Magula, anno 6699. Christi* 1191. *Ind.* 9. *Imperante Isaacio Angelo.*

1197. Codex Cæsareus bombycinus, Lambec. l. 5. p. 45. Theophylacti in 4. Evangelia, fol. 214. hanc notam habet: τὸ παρὸν βιβλίον προσάξῃ τῆ ἁγίᾳ μνῃ πατρὸς καὶ καθηγουμένου τῆ σεβασμίας μονῆς τῆ περιβλέπτου θεοτόκου ἀσκητῆ κυροῦ Μητροφάνους καὶ ἱερέως ἐγράφη καὶ ἐτελειώθη ἐν τῆ Οκτώβριον μῆνα τῆ ιε. ὑπερμήσιος τῆ ͵ϛψε ἔτους δι᾽ ἐμοῦ τῆ ἁμαρτωλοῦ Παύλου. Hoc est: *Hic Liber scriptus & absolutus est, jussu S. Patris mei Ascetæ Domni Metrophanis Cathegumeni sive Præfecti Monasterii Peribleptæ, sive spectabilis aut conspicuæ Deiparæ, mense Octobri, Ind.* 15 *anno* 6705 *Christi* 1197. Erat Monasterium τῆ περιβλέπτου Constantinopolitanum, cujus Monachus fuit Euthymius Zygabenus, auctor Panopliæ & aliorum operum.

XII. sæc. Codex Colbertinus 2511. membranaceus, XII. sæculi, in Matthæum. In fine legitur prima manu, ἔστι γὰρ ἡ τοιαύτη βίβλος τῆ σεβασμίας μονῆς τῆ ὑπεραγίας θεοτόκου τῆ ἐπονομαζομένης τῆ γυναικείου. *Hic liber est venerandi Monasterii sanctissimæ Deiparæ, quæ cognominatur Gynæcéi.*

XII. sæc. Codex Bibliothecæ Basilianorum Romæ membranaceus, est Nomocanon Doxapatris jussu Joannis Comneni Imperatoris conscriptus: cujus notitiam dedimus in Diario Italico, p. 217. Hoc autem Apographum non diu post Autographum scriptum est: in fine siquidem hæ duæ notæ habentur altera manu.

Κατὰ τὴ Ἀπρίλλιον μῆνα εἰς τὴν ιη. τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τρίτῃ, ὥρᾳ θ. ἰνδικτ. ζ ἔτ ͵ϛψμϐ. ἐγεννήθη ἡ γνησία θυγατὴρ ἐμοῦ συνάρχοντος τοῦ χριστ. ἡ ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι ὀνομασθεῖσα Ἀλφάζαν, βασιλεύοντος ἡμῶν τοῦ θεοσεβεστάτου μεγάλου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων καὶ ἀεὶ Αὐγούστου Φρεδερίκου, δεκάτῳ τεσσάρτῳ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, βασιλεύοντος δὲ Σικελίας τεσσαρακοστῷ ἑβδόμῳ, Ιερουσαλὴμ δὲ ἐνάτῳ.

Κατὰ τὴ Σεπτέμβριον μῆνα εἰς τὴν ιη. ἡμέρᾳ τρίτῃ πρὸς ἑσπέραν, ἰνδ. θ. ἔτ ͵ϛψμϐ ἡ σύζυγος ἐμοῦ συνάρχοντος τῆ Κυρ. κυρὰ Γυάζις, ἐγέννησε παιδίον δεύτερον ἄρσεν, ὃν ὠνομάσαμεν Μιχαὴλ, ὑφ᾽ οὗ μεγάλη χαρὰ πρὸς ἡμῶν ἐγεγόνει. ὅπου δὲ βαθείας ἑσπέρας καταλαβούσης, ἡ προρρηθεῖσά μοι σύζυγος τὸ πνεῦμα τῷ κυρίῳ παρέδωκε, τῇ ἡμέρᾳ τετάρτῃ τοῦ ῥηθέντος μηνὸς εἰς τὴν ιθ. ἐντίμως ἐτάφη ἐν τῷ πατριαρχείῳ ναῷ τῆ ὑπεραγίας θεοτόκου τῆ ἀχειροποίητου, καταλείψασα τὰ ῥηθέντα δύο παμφίλτατά μοι τέκνα, τὸν Ἀλφάζαν καὶ τὸν Μιχαὴλ, οἷς ὁ θεὸς δώῃ προκοπὴν καὶ αὔξησιν, ἐκείνῃ δὲ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ ἀνάπαυσιν ἐν τοῖς τῶν δικαίων χορεῖς.

Hoc est,

Decima-octava mensis Aprilis die, quæ erat sancta & magna feria tertia, horâ nonâ, Indictione septima, anno 6742. (*hoc est Christi* 1234.) *nata est filia mihi Senatori Judicii, quæ in sacro baptismate nuncupata est Alphazan; imperante nobis religioso & magno Imperatore Romanorum & semper Augusto Frederico, quartodecimo anno ejus imperii, regni ejusdem in Sicilia anno trigesimo-septimo, in Jerusalem nono.*

Mensis Septembris decimâ-octavâ, feriâ tertiâ ad vesperam, Indictione nonâ, anno 6744 (*Christi* 1236.) *conjux mea, Senatoris Judicii, Domna Guazris, secundum*

filium peperit masculum, quem nominavimus Michaëlem. Hæc magna nobis lætitiæ causa; cumque nondum alta vespera esset, memorata uxor mea spiritum Deo reddidit, & feriâ quartâ, quæ prædicti mensis decima-nona erat, honorabili sepulturæ data est in venerabili Templo sanctissimæ Deiparæ ἀχειροποίητου, *id est, nulla manu, sed divinitus effectæ, relictis mihi dilectissimis duobus filiis, Alphazan scilicet puellâ, & Michaële, queis Deus profectum & incrementum, ipsi vero uxori remissionem peccatorum & requiem in Sanctorum choris dederit.* Hic vero Senator Arabicæ originis fuisse videtur ex nominibus. Nam Arabes, qui Siciliam obtinuerant, domiti postea Nortmannis paruerunt.

Codex Regius 3437. membr. parvæ molis, Petri Antiocheni & aliorum epistolæ, XII. sæculi: scriptus manu Basilii Lectoris. XII. sæc.

CAPUT VII.

Notæ ac nomina Calligraphorum a tertio-decimo sæculo ad decimum-sextum.

Notæ Codicum decimi-tertii sæculi.

CODEX Colbertinus 614. membranaceus est Evangelistarium, in cujus fine, ἐτελειώθη τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον διὰ χειρὸς Γεωργίου ἱερέως τοῦ Ῥοδίου, διὰ σπουδῆς καὶ πολλοῦ πόθου Ἀθανασίου μοναχοῦ τοῦ ἐγκλείστου, καὶ σπουδῆς τοῦ χριστωνύμου χαστίνου (dubie legitur) διὰ ψυχικῆς αὐτοῦ σωτηρίας. καὶ ἐτέθη εἰς τὸ πανσεβαστὸν ναὸν τοῦ μεγάλου Ἐπιφανίου, ἤγουν τὸ ἐγκλείστρας. Εἴτις δὲ βουληθῇ αἶραι τοῦτον κρυφίως ἢ καὶ φανερῶς, ἔξῃ τὰς ἀρὰς τῶν ιβ ἀποστόλων, καὶ κατάραν βύρῃ κακίστην πάντων μοναχῶν. 1105.

Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ α. ἔτους ςφιγ. ἰνδ. ι.

Id est, *Absolutum est sacrum Evangelium manu Georgii Sacerdotis Rhodii, ope & studio multo Athanasii Monachi Enclisti* (sive ut olim in Ecclesia Latina dicebatur, *Reclusi*;) *opera item Christonymi Chastini pro salute animæ suæ, & repositus est in venerabilissimo Templo Magni Epiphanii, videlicet Encliſtræ. Si quis autem ausus fuerit hunc clam vel palam auferre, maledictionem duodecim Apostolorum incurrat, pessimam item omnium Monachorum maledictionem inveniat amen. Mensis Septembris primâ die, anno 6713. Christi* 1205. *Indict.* 10. Encliſtra autem Monasterium erat Monachorum, qui numquam e Monasterio prodirent; instar eorum, quos Carthusianos vocamus.

Codex Bibliothecæ Cæsareæ 304. membranaceus continet hymnologium & cantica, cum hac in fine nota: ἐτελειώθη ἡ παροῦσα δέλτος μηνὸς Φεβρουαρίου ἡμέρᾳ εἰκάδι, ἰνδικτιῶνος θ. τοῦ ἔτους ςφκθ. χειρὶ ἐμοῦ τοῦ ταλαιπώρου καὶ πτωχοῦ καὶ ἀγνώστου τοῦ ἀπὸ Κίτρου ἱερέως Ἰωάννου τοὔνομα, οὗ τὸ ἐπίκλην Δαλασσινὸς ὑπάρχει. *Completus est hic Liber mensis Februarii vigesima die, Ind.* 9. *anno* 6729. *Christi* 1221. *manu mei miseri, mendici & ignoti Sacerdotis ex Citro, cui nomen Joannes, cognomen Dalassinus*, vel *Dalassenus.* 1221.

Codex in Bibliotheca Julii Justiniani Venetiis Theophylacti Commentariorum in Evangelia, scriptus anno mundi 6737. Christi 1229. 1229.

Codex Regius 3370. membranaceus, Βασιλικῶν διαξεων, sive Imperatoriarum Constitutionum, in fine habet. 1230. vel circiter.

Ὁ βασιλικὸς οὗτος ἐγράφη νόμος
Ἐν ἡμερῶν ἡλίου ποὶ δρομοῖς.
Πᾶς δ' ἀναγνοὺς σύγνωθι τῷ γεγραφότι,
Εἴ που σφαλεὶς ἔλαθεν ἐκ πολλοῦ πάχους.
Ἀπρόσμαχον γὰρ ὄντι λησμονῆς τὸ θέλγος
Ὡς καὶ τὴν Ἑρμῆν ἀποκρῆσαι πρὸς μάχην.

Hoc eſt,

Hæc Imperatoria Lex ſcripta fuit
Quodam dierum decurſu.
Quiſquis legeris ignoſce Scribæ,
Si quid oblivione peccaverit ob nimiam celeritatem.
Inexpugnabilis quippe eſt (Latonæ) oblivionis vis;
Ita ut Mercurius pugnam cum illa detrectet.

Alludit ad Iliadem Homeri Φ. ubi Mercurius cum Latona pugnare detrectat. Λήτως autem Latonam Apollinis matrem,& oblivionem ſignificat.

Fol. tertio legitur prima manu, Βασιλεὺς Φρεδερίκος ἀλαούγουστος, Ἰταλικὸς, Σικελικὸς, Ἱεροσολυμίτης, Ἀρελατένσις, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, νικητὴς καὶ τροπαιοῦχος. *Imperator Fredericus ſemper Auguſtus, Italicus, Siculus, Hieroſolymitanus, Arelatenſis, pius, felix, victor, tropæa geſtans.* Ejus tempore ſcriptus eſt Codex, ante medium decimi-tertii ſæculi.

1231. Codex Regius 3499. membranaceus, Gregorii Nazianzeni ſermones ſexdecim cum Commentariis. In fine legitur, τέλος σὺν θεῷ τῆς ἐξηγήσεως καὶ τῶν κεφαλῶν τῶν αἰανιωσχημόνων δέκα καὶ ἓξ λόγων τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου· χειρὶ γραφέντες Γερμανοῦ ἱερομοναχου καὶ παπᾶ τοῦ Λίγγου.

ᾧ καὶ νέμης ἵλασμον ὦ θεοῦ λόγε.

ἔτους ϛψλθ, ἰνδ. δ. Ἰουλίου μηνὸς β. *Finis cum Deo Textûs & Expoſitionis ſexdecim Sermonum ſancti Patris noſtri Gregorii Theologi: Scripti manu Germani Lingi Hieromonachi & humilis.*

Cui propitium eſto, ô Dei Verbum.

Anno 6739. Chriſti 1231. Ind. 4. Julii menſis ſecundo die.

1236. Codex Colbertinus 4111. membranaceus, eſt rerum Aſceticarum Collectio, in cujus fine legitur, ἐτελειώθη σὺν θεῷ ἡ βίβλος αὕτη διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἀμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου ἱερομονάχου Γερασίμου. καὶ οἱ ἐντυγχάνοντες εὔχεσθε ὑπὲρ τοῦ γράψαντος καὶ ἔχοντος. ἐτελειώθη δὲ μηνὸς Φθουαρίου κϛ. ἔτους ϛψμδ. ἰνδ. θ. *Completus eſt cum Deo hic Liber, manu mei peccatoris & indigni Hieromonachi Geraſimi. Qui legeritis orate pro eo, qui ſcripſit & habet. Abſolutus autem eſt vigeſima-ſecunda menſis Februarii, anno 6744. Chriſti 1236. Indictione nona.*

Erat olim in hoc Codice antiquior ſcriptura, quæ poſtea arte deleta fuit tanta cura, ut vix veſtigia ulla compareant: & hæc recentior inducta eſt, ad quam pertinet nota.

1265. Codex Regius 2901. membranaceus, ubi Chryſoſtomi quædam. Fol. 52. hæc leguntur, δίξαν σοι ἀναπέμπω τῷ μόνῳ θεῷ τῷ δόντι μοι ἰσχύν, καὶ ἐπληρώθη ἡ βίβλος αὕτη ἐν ἔτει ϛψογ. καὶ εἰ μὲν καλῶς, αἶνεσον τὸν γεγραφότα· εἰ δὲ κακῶς, σύγνωθι τὴν ἀπειρίαν. i. *Gloriam tibi remitto ſoli Deo, qui robur mihi tribuiſti, & completus eſt hic Liber anno 6773. Chriſti 1265. Et ſi quidem bene, lauda Scribam;*

Scribam; si male, ignosce imperitiæ. Reliqua hujus libri folia vetustioris manus sunt.

Codex Colbertinus membranaceus, num. 845. ubi prius erat opus characteribus uncialibus, quibus erasis, superscripta sunt opera Dionysii Areopagitæ: in fine secundæ & recentioris scriptionis legitur, 1178

Ἐμοί τε τῷ χαλέπωτι σὺν πολλῷ πόνῳ
Κλῆσιν Λογγίνῳ ἐσχάτῳ μονοζώπων,
Εὔχεσθε θερμῶς τὸ Ἔδεμ ὅ χαρίσιν
Κλῆρον δέχηται καὶ παραδείσου τόπους.

ἔτει ϛφπ. ἰνδ. ιε. κύκλος ἡλίου δ. κύκλος σελήνης ιϛ.

Id est, *Mihi qui cum labore multo scripsi,*
Nomine Longino, ultimo Monachorum
Orate ferventer, ut locus Edem
Et Paradisi regio, in sortem detur.
Anno 6780. *Christi* 1272. *Ind.* 15. *Cyclus solis est* 4. *Cyclus lunæ* 16.

Codex Regius 3482. bombycinus, Cyrani alias Carani Persarum Regis opus Physicomagicum, de plantis, avibus, lapidibus, piscibus cum Characteribus magicis: in fine legitur, τοῦτο ὃ βιβλίον ἢ κυρανίδες, ἐγράφη εἰς κάστρον τὸ λεγόμενον Γάγρα, διὰ χειρὸς Ἰωάννου Πρεσπινοῦ Δυε... ἀπὸ τῆς Πρεύπης, ἀπὸ τῆς Ἀχρι... ὃ κάστρον, ἔτους ϛφπ. μνήσθητι κύριε τῆς ψυχῆς τοῦ δούλου σου Νικολάου καὶ Εὐδοκίας. *Hic liber, sive Cyranides, scriptus est in castro dicto Gangra, manu Joannis Presspini Dyri... a Preüpa ab Achri.... castro. Anno* 6780. *Christi* 1272. *Memento, Domine, servi Dei Nicolai & Eudociæ.* 1272

Codex Regius 2753. bombycinus. Lexicon initio mutilum, in fine legitur, ἐτελειώθη τὸ πρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ Ἀθανασίου μοναχοῦ, ἔτους ϛχπα. ἰνδ. α. μηνὶ Ἰουλίῳ η. ἡμέρᾳ σάββατον. (sic.) Hoc est, *Absolutus est hic liber manu peccatoris Athanasii Monachi, anno* 6781. *Christi* 1273. *Indictione prima, mensis Julii* 8. *die Sabbati.* 1273

Codex 2754. ejusdem Athanasii manu scriptus, ut ex Charactere liquidum, est item bombycinus & Lexicon.

In LAURENTIANA, pluteo v. Athenagoras de Resurrectione & Stephanus de Urbibus, Codex membranaceus scriptus Laurentio Mediceo, anno 1482. Pluteo vi. Eusebii Pamphili adversus Hieroclem 1491. Pluteo xxxii. Homerus totus 1465. In alio Plutarchi Moralia in charta bomb. suppleta sunt ab eodem. Pluteo lviii. Joan. Stobæi & aliorum 1493. Pluteo lix. Maximi Planudis &c. Pluteo lxx. Zosimi Comitis historia 1490. Pluteo lxxv. Alexandri Aphrodisei & aliorum 1491. Pluteo lxxxi. Aristotelis Ethica Nicomachica 1476. Pluteo lxxxv. Procli in Parmenidem 1489. Pluteo lxxxvi. Hermeæ in Phædrum Platonis 1490. Ibid. Vecii vel Accii Valentis e libro i. Anthologiarum 1491. Ibid. Nicephori Gregoræ in Synesium de insomniis 1491. Horum vero maximam partem scripsit pro magnifico viro Laurentio Mediceo, qui innumeros prope Codices undequaque comparavit.

In COLBERTINA Codex Simplicii in Aristotelem; num. 2590.

In BIBLIOTH. BALUZIANA, Galeni Therapeuticæ methodi, libri XIV. 1473.

Eodem tempore. MICHAEL APOSTOLES, ſive APOSTOLIUS, eodem tempore, poſt captam Conſtantinopolin, Codices multos ſcripſit, ſine anni nota ut plurimum, ut in Bibliotheca Ducis Mutinenſis, Diodorus Siculus: in cujus fine legitur, Μιχαὴλος Ἀποστόλης ὁ Βυζάντιος, μὴ πλὴν ἄλλωσιν ἢ παπείδος πενία συζῶν τὴν πάνδε βίβλον μισθῷ ἐν Κρήτῃ ἐξέγραψεν. i. *Michaël Apoſtoles Byzantius poſt captam patriam in penuria vivens, mercede hunc librum in Creta ſcripſit.* Eadem vero ille nota uti ſolet in Codicibus. Ejuſdem manu ſcripta feruntur exemplaria non pauca nimirum.

In REGIA Codices 2585. 2601. 2627. 2725. 2775. 2803. 2808. 3260. 3360.

In BIBLIOTHECA COLBERTINA Codex 1203. manu Michaëlis Apoſtolii conſcriptus eamdem, quam ſupra, præfert Notam. In Codice autem Colbertino 1219. manu, ut videtur, Arſenii Monembaſiæ Archiepiſcopi exarato, exſtat Collectio Proverbiorum Michaëlis Apoſtolii, qui ut in Epiſtola ejuſdem Arſenii ad Leonem X. narratur, ejus pater erat.

In eadem Bibliotheca Codex 4413. bombycinus. Ubi Ariſtotelis Phyſica ejuſdem Michaëlis Apoſtolii manu, ut in nota iiſdem quam ſupra verbis deſcripta fertur.

In BIBLIOTHECA LAURENTIANA Codex bombycinus. Apomnemoneumata ex diverſis Poëtis, mercede à Michaële Apoſtole poſt captam patriam in Creta ſcriptus.

Eodem circiter tempore Codices bene multos ſcripſit CÆSAR STRATEGUS Lacedæmonius, qui hunc Iambum in fine ſolet apponere:

Θεοῦ δ' δῶρον κἀγὼ Καίσαρος πόνος
τοῦ Στρατηγοῦ.

i. *Dei donum & Cæſaris Strategi labor.*

Alicubi autem in his Codicibus, qui in Bibliotheca SS. Joannis & Pauli Dominicanorum exſtant, dicitur Lacedæmonius eſſe. Sunt autem hi Codices ſine nota anni, Dionyſii Halycarnaſſei, Appiani, Diodori Siculi, Pindari, Dionyſii Perihegetis.

In Bibliotheca Regia Codices 2056. 2083. 2183. 2283. 2277. 2615. 2644. 2676. continens Galeni opera anno 1492. item 2730. 2777. 3145. 3290. 3331. 3338. & alii.

1458. Codex Regius 3007. bombycinus, ubi liber precum, in cujus fine: Θεοῦ δῶρον κὴ Ἀθανασίου μοναχοῦ πόνος, τοῦ ϛϡξϛ. ἰνδ. ϛ. Ἰουν. ϛ. i. *Dei donum & Athanaſii Monachi labor, anno 6966. Chriſti* 1458. *Ind. 6. Junii ſexta die.*

1459. Codex Cæſareus Lambec. lib. v. p. 285. Typicum S. Sabæ & alia ad Officium Eccleſ. In fine ſcribitur: Θεοῦ δ' δῶρον, Ἀθανασίου ἱερομοναχου πόνος, ἔτους ϡξϛ. Ἰουλίου κε. ἰνδικτιῶνος ζ' *Dei donum Athanaſii Hieromonachi labor. Anno 6967. Chriſti* 1459. *Indict.* 7. Qui Athanaſius idem ut videtur eſt atque prior ad annum 1458.

1462. Codex Regius 3206. bombycinus, varia Aſtronomica fol. 244. legitur: ἐπιγράφη ταῦτα χειρὶ ἐμοῦ Ὁδηγοῦ Ν ὁ ἔτους ϡξϛ. i. *Scripta ſunt hæc manu mea Hodegi Notarii, Hodegus.* Et fol. 13. κτῆμα Ἀντωνίου ἐπάρχου, δοθὲν τῷ χριστιανικωτάτῳ βασιλεῖ Κελτῶν εἰς εὐχαριστίας σημεῖον. *Liber Antonii Eparchi datus potentiſſimo Galliarum Regi in gratiæ ſignum.* Hodegi nomen ſupra, dubium eſt.

Codex Laurentianus bombycinus. Etymologicum magnum, pluteo LVII. scriptum in Creta, in urbe dicta Candace, impensis Franciſci Philelphi, anno Chriſti 1466. 1466.

Codex Laurentianus bombycinus eodem pluteo, Etymologicum magnum, ſcriptum Mediolani anno eodem 1466. 1466.

Codex Regius 2575. bombycinus, de vita Plotini, & Plotini opera: in fine habet: τέλος ἔσχηφεν ἡ βίβλος τῦ Πλωτίνυ ἐν ἔτ͵ ϛϡοε. μηνὶ Μαρτίῳ ϟ ιϛ. ἰνδ. ιβ. ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ τῶν βαΐων. i. *Finem accepit liber Plotini anno* 6975. *Chriſti* 1467. *menſe Martio, Indictione* 12. *Dominica Palmarum.* 1467.

Codex Regius 3307. bombycinus, Erotemata Grammatica, item Ariſtophanis, Euripidis & aliorum opuſcula. In fine legitur, ἐτελειώθη ὃ πρὸν βιβλίον ϛϡοε. ἐν μηνὶ Ἰυλίῳ ια. ᾗ ἀπὸ κτίσ͞ις καταβάσεως αυξζ ἰνδ. ιε. i. *Completus eſt hic liber anno* 6975. 11. *menſis Julii, a Chriſti ortu* 1467. *Indict.* 15. 1467.

Codex Regius 2297. membranaceus x. ſæculi. Gregorii Nazianzeni Orationes. In fine manu recentiore ſcribitur hiſtoriola Aſcetica, ad cujus calcem legitur, ἐγράφη ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ ιζ. ἔτους ϛϡος. i. *Scripta eſt menſis Decembris* 17. *anno* 6976. *Chriſti* 1468. 1468.

Codex Regius 2543. in quo Calliſthenes de vita Alexandri magni, ad calcem habet: 1469.

Τὸ δόντι τέρμα δόξα, τιμὴ ᾗ κράτος·

ἐτελειώθη ὃ πρὸν βιβλίον ὑφ᾽ χεῖρ͞ς Νεκταρίυ ἱερομοναχου ϟ μονῆς τῦ ἁγίυ Νικολάυ τῶν Κασύλων ϟ πόλεως Ὑδρύσης, ἐν μηνὶ Νοεμβρίῳ ε. ἡμέρᾳ σαββάτυ, ὥρᾳ β. ϟ ἡμέρας, ἐν ἔτ͵ ϛϡοζ. ἰνδ. β.

Id eſt: *Finem danti gloria, honor & imperium.*
Completus eſt hic liber manu Nectarii Hieromonachi Monaſterii S. Nicolai Caſularum urbis Hydruntis, quinta Novembr. die Sabbati, hora ſecunda diei, anno 6977. *Chriſti* 1469. *Ind.* 2.

Codex Regius 3129. bombycinus. Boëtius Græcè verſus a Maximo Planude: in fine legitur, ἐτελειώθη ἡ πρῶτα βίβλος τῦ Βοεθίυ ὑφ᾽ χεῖρ͞ς ἐμοῦ Μιχαὴλ τῦ Σουλιαρδου ἐκ Ναυπλίυ, ὅτ͵ος μου ἐν Κνδωνίᾳ Κρήτης ἐν ἔτ͵ ϛϡπγ. ἰνδ. β. ἡμέρᾳ κυριακῇ Αὐγ. ιε. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ γε οἱ μέλλοντες ἐν τῷ πονήματι τούτῳ ἀναγινώσκειν τῇ . . . . . i. *Completus eſt hic liber Boëtii manu mea Michaëlis Suliardi ex Nauplio, in Cydonia Cretæ verſantis, anno* 6983. *Ind.* 2. *Dominica die, Auguſti* 15. *qui hoc in opere lecturi ſunt.* . . . . . De Michaële Suliardo infra. 1475.

Codex Regius 2295. bombycinus, Sibyllina oracula, cum hac in fine nota, τέλος τῶν Σιβυλλιακῶν ἐκλογῶν ἔχει ρξα. *Finis Sibyllinorum excerptorum, verſus* 161. Deinde, ἐγράφη ὃ πρὸν βιβλίον ϟ Σιβύλλης ἐξ ὑπηρεσίας τῦ ἐξοχωτάτυ κυρίυ μεσὶρ Ἀντωνέλου τῦ Πετρυτζίους ᾗ μεγάλου σεκρεταρίυ· ὑφ᾽ σπουδρομῆς ᾗ ἐξόδου τῦ τεπμηνιδῶν ἀρχόντος, μεσὶρ (sic) Ἀντωνίυ Γυιδαλίυ, ᾗ φρώτου τῦ ἱερῦ χυνσιλίου, ὑφ᾽ χεῖρ͞ς ἐμοῦ Δημητρίου Λβυτάρη ἔνεκεν ἀγάπης ᾗ χρείους τῶν φολεχθέντων πθμυφρατων ἀρχόντων ἐν μηνὶ Σεπτεβρίῳ κϐ. ἰνδ. η. τῦ ϛϡπγ. ἔτους. i. *Scriptus eſt hic liber Sibyllæ, juſſu excellentiſſimi Domini Meſer Antonelli de Petruccis magni Secretarii, expenſis venerandi optimatis Meſer Antonii Guidani, primi in ſacro Conſilio: manu mea Demetrii Leutare, amoris & debiti officii cauſa erga Illuſtriſſimos illos primores, menſis Septembris* 22. *Ind.* 8. *anno* 6983. *Chriſti* 1475. 1475.

1475. Codex Regius 3458. bombycinus, Horologium breve, ſive Diurnale, in cujus fine legitur : ἐγράφη ὃ πρὸν συνοπτικὸν ὡρολόγιον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωαννίου ἱερέως Ῥώσου τοῦ Κρητὸς· διὰ προστάξεως καὶ ἐξόδου κυροῦ Δημητρίου Σέρβου ἀνοε. μηνὸς Νοεμβρίου ιγ· ἐν Ρώμῃ. *Scriptus eſt hic liber, nempe Horologium breve, manu mea Joannis Rhoſi Sacerdotis Cretenſis, juſſu ac ſumtibus Domni Demetrii Servi, anno* 1475. *decima-tertia menſis Novembris, Romæ.* Is ipſe eſt Joannes Rhoſus de quo ſupra, ac ſequens itidem.

1476. Codex Laurentianus bombycinus, pluteo LXXI. Ariſtotelis Ethica Nicomachica, ex emendatione Fr. Zenobii Acciaioli Ordin. Prædicatorum in Conventu S. Marci Florentiæ, abſoluta die XXII. Aprilis 1504. Scriptus eſt hic Codex in Abbatia ſanctiſſimæ Deiparæ Cryptaferratæ a Joan. Rhoſo, Auguſti 31. 1476.

Ejuſdem Rhoſi eſt Codex Athenagoræ de Reſurrectione & Stephani de Urbibus Plut. 4. ſcriptus ſumtibus Laurentii Medicei 31. Martii 1482.

1478. Codex Regius 3178. bombycinus, ubi varii Scriptores de auro conficiendo, fol. 291. habet, ἐτελειώθη ἡ πρώτη βίβλος διὰ χειρὸς ἐμοῦ Θεοδώρου τοῦ Πελεκάνου τυγχάνοντος ἀπὸ χώρας Κερκύρας νήσου τῶν Φαίακων, μηνὶ Ἰουνίῳ εἰς τὰς κβ. εἰς χώραν τῆς Κρήτης εἰς τὸν λεγόμενον Χάνταχα, ὅπου ἔτους ϛϡπϛ. ὃ ἦν ἀπὸ τῆς χριστοῦ γεννήσεως ἀνοη. Id eſt : *Completus eſt hic liber manu mea Theodori Pelecani ex Corcyra inſula Phæacum, menſis Junii* 22. *in Creta, in loco dicto Chantaca, anno* 6986. *a Chriſti ortu* 1476. Hinc excerpſimus opuſculum de Scriptione aurea, cap. 1.

1480. Codex Laurentianus bombycinus, pluteo LXXI. Simplicii in Ariſtotelem ſcriptus ab Antonio Mediolanenſi ex Creta oriundo, anno 1480. Auguſti 4.

Ejuſdem ANTONII MEDIOLANENSIS manu in Creta ſcriptus eſt Codex bombycinus nunc in Bibliotheca S. Salvatoris Bononienſis, in quo Simplicius in Epictetum : in gratiam Nobilis Georgii Damulini, cui multis officiis obſtrictus erat, vigeſima-tertia Februarii, anno 1490.

In REGIA BIBL. Codex 2653. bombycinus ab eodem ſcriptus in Creta anno 1491. Auguſti 27. ubi Simplicius in Epictetum. Item Codex 2753. bombycinus, ubi Demoſthenis, Æſchinis, Ariſtotelis opera, ſine anni nota. Item 2711. 2770. 2816.

In BIBLIOTHECA vero LAURENTIANA exſtat Codex pluteo LVIII. bombycinus, ubi aurea Pythagoræ Carmina, & alia bene multa: in cujus fine hæc leguntur : *Finem accepit hic liber manu mea Antonii Mediolanenſis, qui Cres quoque genere dici poſſum; propterea quod parentes mei primùm Cretam incoluerunt : atque ipſe poſtea in eadem natus, altus educatuſque ſum, & ejuſdem Inſulæ privilegiis, æque atque alii Cretenſes, fruar, abſque eo quod mendax ſim.* Vocabatur autem Antonius Damilas.

1482. Codex Regius 2807. Athenæi Deipnoſophiſtæ, bombycinus, ſcriptus manu Hermolai Barbari, anno 1482. intra 37. dies.

1483. Codex Regius 2643. bombycinus, Anonymi Scholia in Ariſtotelem, ſcriptus decima-nona Decembris 1483.

1484. Codex Regius 2771. bombycinus, Demoſthenis opera. In fine legitur, τέλος μηνὶ Αὐγούστῳ ἡμέρᾳ ιγ. ϡπδ. Νικόλαος ὁ βλαστὸς ἔγραψε. i. *Finis Auguſti* 13. 1484. *Nicolaus Blaſtus ſcripſit.*

1485 Codex Laurentianus bombycinus, pluteo LX. Arriani Diatribæ, &c. Scri-

ptus manu Joannis Theſſali Scutariotæ. Is jam ſcripſerat Homerum an. 1452. & multos alios libros ſcripſit qui in variis Bibliothecis exſtant, in Laurentiana quippe Codex Ariſtotelis Politicorum, pluteo LXXXI. ab eodem exaratus eſt anno 1494.

MICHAEL SULIARDUS Nauplius, qui ſupra anno 1475. multos alios Codices ſcripſit, qui variis in Bibliothecis exſtant; nempe in Bibliotheca Regia Stephanus Byzantius de urbibus, ſcriptus Florentiæ anno 1486. Ibidem Codex Ptolemæi bombycinus, num. 2727. ſcriptus Methonæ anno 1497. Octobris 17. 1486.

Codex Regius bombycinus, Epiſtolæ Zonaræ, Glycæ, &c. fol. 172. legitur: ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος ἐν μηνὶ Ἰανουαρίῳ κδ. ἰνδ. Γ. διὰ χειρὸς ἐμοῦ Θεοδώρου. . . . ἐν ἔτει ,ϛϡϟϛ. i. *Abſolutus eſt hic liber menſis Januarii* 24. *Ind.* 6. *manu Theodori. . . . anno* 6996. *Chriſti* 1488. 1488.

Codex Regius 2980. bombycinus, Miſcellanea multa complectens, fol. 158. habet, Μαρτ. λ. ἰνδ. Γ. ,ϛϡϟϛ. *Martii* 30. *Indict.* 6. *anno* 6996. *Chriſti* 1488. 1488.

Codex Laurentianus Homeri, bombycinus, ſcriptus Florentiæ 1488. nona Octobris. 1488.

Codex Regius 3245. Apollonii Alexandrini Grammatici, bombycinus. In fine, ἐγράφη ὁ παρὼν Ἀπολλώνιος παρ' Ἰωακεὶμ ἱερομονάζοντος τῶν Κασούλων καὶ Πρίωρος ἁγίου Κύπρου, ἐκ προτροπῆς καὶ ἀξιώσεως τοῦ διδασκάλου κυροῦ Κωνσταντίνου Λασκάρεως· ἐτελειώθη δὲ ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ ἔτει ,ζϡ. ἰνδ. ιδ. i. *Scriptus eſt hic liber Apollonii a Joachim Hieromonacho Caſularum & Priore S. Cononis, juſſu & rogatu Magiſtri Domni Conſtantini Laſcaris. Completus autem eſt menſe Decembri, anno* 7004. *Chriſti* 1496. *Indict.* 14. 1496.

Codex Regius 2574. bombycinus, Porphyrii de vita Plotini, & Plotini opera. In fine legitur: τέλος ἔσχηκεν ἡ βίβλος τοῦ Πλωτίνου ἐν ἔτει ,ζϡ. μηνὶ Δεκεμβρίῳ κε. ἰνδ. ιδ. ἡμέρᾳ ϛ. τῆ χριστοῦ γεννήσεως. *Abſolutus eſt hic liber Plotini anno* 7004. *Chriſti* 1496. *menſis Decembris* 25. *Indictione* 4. *feria ſexta Natalium Chriſti.* 1496.

Codex Regius 2729. bombycinus, Anonymi in Tetrabiblum Ptolemæi. In fine legitur, ὅπου ἔπους ,ϛϡ. ἰνδ. α. ἐν μηνὶ Φεβρουαρίῳ ζ. ἡμέρᾳ δ. ὥρᾳ Γ. ἐτελειώθη ὁ παρὸν βιβλίον. i. *Anno* 7006. *Indictione prima, menſis Februarii* 7. *feria* 4. *hora* 6. *completus eſt hic liber.* 1498.

Codex Colbertinus 4904. Philoſtrati icones, bombycinus, XV. ſæculi. In fine legitur, Ἐμμανουὴλ ὁ Ἀτραμυτηνὸς ὁ τῶν εἰκόνων τόδε βιβλίον ἐξέγραψε, λατρεύτης ὢν πατρὸς υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, τῆ ὁμοουσίου καὶ ἀδιαιρέτου τριάδος: ἀμὴν. δόξα σοι θεὲ ἡμῶν, δόξα σοι. i. *Emmanuel Atramytenus hunc Imaginum librum deſcripſit, qui cultor eſt Patris, Filii & Spiritus ſancti, conſubſtantialis & individuæ Trinitatis, amen. Gloria tibi Deus noſter, gloria tibi.* XV. ſæc.

Codex Regius 2962. bombycinus, Marci Epheſini & aliorum opuſcula XV. ſæculi. Fol. 256. *verſo* ſcribitur, ἰσέον ὅτι ἀπὸ χριστοῦ ἕως τοῦ α. σταυσίου ἔτη τιη. καὶ ἀπὸ τοῦ α. ἕως τοῦ β. ἔτη νϛ. ἀπὸ δὲ τοῦ β. ἕως τοῦ γ. ἔτη ν. καὶ ἀπὸ τοῦ γ. ἕως τοῦ δ. ἔτη λ. καὶ ἀπὸ τοῦ δ. ἕως τοῦ ε. ἔτη ρϛ. ἀπὸ δὲ τοῦ ε. ἕως τοῦ ϛ. ἔτη ρκθ. καὶ ἀπὸ τοῦ ϛ. ἕως τοῦ ζ. ἔτη ρκϛ. ἥτις ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ζ. συνόδος γέγονεν ἐν ἔτει ,ϛϡϛ. ἰνδ. ια. Hoc eſt: *Sciendum eſt a Chriſto uſque ad primam Synodum fuiſſe annos* 318. *a* XV. ſæc.

prima Synodo usque ad secundam, annos 56. *a secunda ad tertiam, annos* 50. *a tertia ad quartam, annos* 30. *a quarta ad quintam, annos* 102. *a quinta ad sextam, annos* 129. *a sexta ad septimam, annos* 122. *Quæ sancta & œcumenica Synodus celebrata est anno* 6206. *Ind.* 11. Qui computus in plerisque non quadrat.

xv. sæc. Codex Laurentianus bombycinus, pluteo LIX. Dionysii Halycarnassei & aliorum opera. In fine legitur : *Codex absolutus manu Nicodemi Monachi peccatoris, ope & sumtibus nobilissimi Julii Romani mensis Januarii* 27.

xv sæc. Codex Regius, num. 1819. XI. sæculi. Joan. Chrysostomi varia : in fine habet, Ὁ πρὸν βιβλίον ἔστιν ἐμοῦ Γεωργίου ἱερέως τῦ Μαλαφαρᾶ ὃν αὐτὸς ἐπριάμην ἔκ τινος Ῥοδίου. Hæc manus est XV. Id est, *Hic liber est Georgii Sacerdotis Malaphara : qui emi ipsum ex quodam Rhodio.*

xv. sæc. Codex Regius 2674. bombycinus, Galeni opera XV. sæculi : in fine habet, θ'οφλ'ωλω 'θαβιθ ̃λω ἔζηθτεν. Hæc arcanis literis scripta sic leguntur, Ἀλφόν-σος Ἀθηναῖος ἔγραψεν. *Alphonsus Athenienſis scripsit.*

Notæ Codicum decimi-sexti sæculi.

1500. Codex Colbertinus 767. Joan. Climaci Scala, in fine habet hæc incondita Carmina.

Ξυςῦσαι λυκάβαντος ὸν δὲ χιλίοις
Πενταχοσίοις ἰνδ. ἑβδόμης,
Ὑπ̃ηρχούσης τῦ χριστοῦ κ̀ῦ Θεοῦ μου,
Μηνὸς Γενναρίου δ.
Ἀμβροσίῳ τε ὁ τ̃ μονῆς αὐθρῶν πρεσβάτης.
ὥρας δὲ τύχω τ̃ ζ. ὦ φίλοι,
Καὶ οἱ ἀδόντες αὐτῷ κ̀ῦ οἱ τυχόντες
Μή μοι μέμψησθε, μηδ' ὅλως κατηφῆσθαι,
Ὅτι ἀχρεῖος δῶλος ὑπ̃ρχω·
Ὅπως λυτρωθῶ πολλῶν ἁμπλακημάτων,
Καὶ ἀξιωθῶ τ̃ ἄνω βασιλείας.
Χριστὲ προεχθοῦ (sic) τ̃ν ἐμ̃ν πονημάτων
Καὶ σὺ πανυπεράγαθε Θεοῦ μου μ̃ητερ
Ἅμα πρεσβεύμα κ̀ῦ πάντων τ̃ν ἁγίων.
Τὸν ἀναγινώσκοντα μετ' εὐλαβείας
Φύλαξατε ποὶ πρὸς τ̃ ὑμῶν θεοπλεύστου
Τῷ σωτῆρι τ̃ν καλῶν ἔργων χάριν.

Id est, *Scriptus est anno Christi* 1500. *Ind.* 7. *Januar.* 4. *hora* 7. *Ambrosio Monasterii Præfecto. Qui in ipsum incideritis ne mihi succenseatis, ne mihi maledicatis, quia inutilis servus sum ; ut a peccatis multis liberer & supernum regnum consequar. Christe laboribus meis præeas, & tu optima Dei Mater cum Præcursore & reliquis Sanctis : legentem cum pietate, & tres simul serva,* (nempe Scribam, Ambrosium præfectum & eum qui legerit) *perfectori bonorum Deo gratia.*

Codex Colbertinus 591. bombycinus, Menæum Græcorum mensis Septembris. In fine scribitur, φύλαξατε θεοῦ ποὶ ὑμῶν πρὸς δακτύλους, τοὺς γλυφόντας

τῶν δίλτον ταύτων, ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ ὃ ἅγιον πνεῦμα. γέγονε δὲ ξύσμα καὶ ληξό-
ντα ἀπὸ χειρὸς καμοῦ Παύλου ἱερέως τῶν χάριν καὶ τῶν προσηγορίαν, τῆ οἰκουμένης
ἐν πόλῃ Ἅλσος. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες αὐτῶν εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ κύριον δεῖσθαι τῶν πολ-
λῶν μου σφαλμάτων.

Γέγονε δὲ πάλιν ἀπὸ ἐξόδου καὶ σεισμομῆς τῆ πανυψηλοτάτου καὶ ἀγχινουστάτου
ναφαλεοτάτου κυρεῶ Κυριακῶ ἱερέα (sic barbarè.) οὗ ὁ γεννήτωρ Παπαστιανὸς, καὶ
ἐμπαλι Φοίνικος· καὶ ὅπου αἱ πόλῃ καθάχει αὐτὸ ἁγαμοίρας ψυχικῆς.



α φ θ χ υ

Hæc literis arcanis ſcripta ſic leguntur:

ἐτελειώθη δὲ ἡμέρᾳ σαββάτῳ τῆ Αὐγούστου μηνὸς ἐγχρονίας ᾱφθ. χριστ.

Hoc eſt: *Serva, Trinitas, tres digitos meos, quibus hunc librum ſcripſi, Pater, & Fili, & Spiritus ſancte. Hæc porro ſcriptio completa eſt manu mea Pauli ἱερέως, ſive Sacerdotis, tum gratiâ, tum cognomento, qui habito in urbe Halſus. Qui hunc legeritis precamini pro me Dominum ad remiſſionem delictorum meorum. Exaratus autem fuit ſumtibus nobiliſſimi & ingenioſiſſimi, temperantiſſimique Domini Cyriaci Sacerdotis, cujus Pater eſt Papaſtianus, cognomine Phœnix, completus eſt die Sabbati, menſe Auguſto, anno Chriſti* 1509. De characteribus arcanis hujuſmodi pluribus agimus in Cryptographia, libro IV.

Codex Regius 2954. bombycinus, Gennadii Scholarii in Judæos, fol. 293. 1511. legitur, Θεοῦ δὲ δῶρον καὶ οἰκτρὸν πόνος Παύλου,
οὗ δ' ὄνομα Κολυβᾶς, ἐκ Μεθώνης

ἐγράφη ἐν τῇ τῆ Καππᾶ ἔτει ζιθ. ἰνδ. ιδ. Αὐγούστου ιϛ. Et poſtea:

Θεοῦ δὲ δῶρον ταπεινοῦ πόνος Παύλου
Κολυβᾶ ἐκ πόλεως οἰκτρᾶς Μεθώνης.

Id eſt, *Dei donum & miſeri Pauli labor,*
Cujus cognomen eſt Colybas, ex Methone
Scriptus eſt in urbe Cappha, anno 719. *Chriſti* 1511. *Ind.* 14. *Auguſti* 12.
Dei donum humilis Pauli labor
Colybæ ex miſera urbe Methone.

Codex bombycinus Bibliothecæ Auguſtinianorum S. Joan. de Carbonara 1523. Neapoli, Alexandri Aphrodiſei opera, ſcriptus anno mundi 7031. Chriſti 1523.

Codex Cæſareus Lambec. l. VI. p. 158. bombycinus, opera medica com- 1529. plectens, Conſtantinopoli emtus a Buſbekio: in cujus fine legitur, τέλος τῶν λογιωτάτων λέξεων ξὺν Θεῷ ἰατροσοφιῶν πασῶν συνόψεων τῶν ὀνησίμων. Θεοῦ δὲ δῶρον καὶ Φιλοθέου πόνος, ἀμήν. ἔτους ζιλζ ἰνδ. β. ἐν μηνὶ Αὐγούστῳ. *Finis eruditiſſimarum dictionum, Deo juvante, ſive totius medicinæ compendioſa narratio. Dei donum, & Philothei labor, amen. Anno* 7037. *Chriſti* 1529. *Indictione* 2. *menſe Auguſto.*

Codex Laurentianus membranaceus, XI. ſæculi, pluteo VI. quædam ibi ſupplentur manu Georgii Longi Sacerdotis, & ab Arſenio Monembaſiæ Eodem circiter tempore.

Archiepiſcopo Clementi VII. Pont. Max. nuncupantur. Ejuſdem Arſenii manu Codices multi ibidem ſunt.

1533. Codex Colbertinus 638. bombycinus, Evangeliſtarium, in cujus fine ſcribitur Græco-barbare, ἐπληρώθη ὁ πρὸν ἅγιον εὐαγγέλιον ὑπὸ χερὸς ἐμοῦ Στεφάνου ἀναγνώστου. καὶ οἱ λειτουργοῦντες εἰς τὸν αὐτὸν ναὸν τῆς ἁγίας Παρασκευῆς μνημονεύσετε τοῦ πατέρα μου διὰ τὸ κύριον, ὀνόματι Φιλίππου. ἐν μηνὶ Μαρτίῳ ιη. ὃ ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ἔτος αφλγ. ἰνδ. γ. ἡλιακοῦ κύκλου ιγ. σεληνιακοῦ κύκλου ια. i. *Completus eſt hoc ſanctum Evangelium manu mea Stephani Lectoris. Qui ſacra facitis in hoc Templo ſanctæ Paraſceves, mementote, quæſo per Dominum, Patris mei nomine Philippi. Menſis Martii* 18. *anno Chriſti* 1533. *Indict.* 6. *Cycli ſolaris* 13. *Cycli lunaris* 11. Deinde pergit narratque librum deſcriptum fuiſſe ſumtibus Clementis Rhodii Sacerdotis, qui cum ſorore Ameſa obiit anno 1532. Alia item ſubſequuntur Græco-barbara minoris pretii.

1541. Codex Regius 1863. Geneſii, Nicephori Gregoræ, & aliorum varia. In fine legitur: ἡ πρόδηλα πολυχρόνιός τε καὶ χρυσοπρεπὴς βίβλος ἐγράφη μὲν ὑπὸ χερὸς Ἰωάννου τοῦ φιλοπόνου, φέρων δέ γε καὶ ἐπίκλιον Ναθαναήλ· ὃς μὲν βραχυβούλοις ὑπό τε τῆς δεινῆς πενίας ἐξέγραψεν, δεῖ τε δαπάνης καὶ αἰσχύνης τοῦ ἀνηκόντου τε καὶ καλλίστου ἄρχοντος κυρίου Ἀντωνίου καλιέργου ἐς Γορτυνίαν. ἐλαφηβολιῶνος ὀκτὼ δέκα ἰσταμένου τοῦ αφμα. ἔτους ἀπὸ τῆς θεογονίας. θκζϡλπθολω ξὶν χἰκθ'ϡυσν ἔλιπεν ϑχϕϛ ϛ' κἰπολω· ϟ λχῖν ἐχϡϛϕθι ωφθόξθϕθ ξϛ ξέμτϛϕθι ξλι: πθὶ ζϑϡ ϛ' ωκλχτϛ λ'χπ εἰϑωεν ἐξὲ πϑοσῶ κθτϕ ἔξεψ'θγειν.

ϑ'χεσθαι ὅμως ὑπὲρ ἀμφοτέρων διὰ τὸ κύριον.

Quæ arcano modo ſcripta ſunt, ita leguntur: ἀπειρόκαλος μὲν ὑπάρχων ἔλιπεν αὕτη ἡ βίβλος. εἰ οὖν θύρηται (l. θύρητε) σφάλματα, μὴ μέμψησθαι (l. μέμψητε) μοι. καὶ γὰρ ἡ σπουδὴ οὐκ εἴασεν ἐμὲ καλῶς πᾶσι ἐξεπίζειν. Totum ſic interpretor: *Hic varius aureuſque liber ſcriptus eſt manu ſtudioſi Joannis cognomento Nathanael. Qui gravi paupertate oppreſſus hæc exſcripſit; ſumtibus nobiliſſimi, celeberrimi & optimi Domini Antonii Caliergi Gortynæ: Februarii decima die, anno a Chriſti ortu* 1541. *Imperitus cum ſim, hic liber deficit. Si igitur errata deprehenderitis, ne mihi vitio vertatis; feſtinatio quippe non permiſit ut omnia accurate diſpicerem. Precamini tamen pro utroque per Dominum.*

1543. Codex Regius bombycinus 1901. Euſebii Demonſtratio Evangelica. Ad calcem ſcribitur, ὁ Οὐαλεριανὸς φωρολιβιεὺς ὁ Αλβίνου, κανονικὸς τῆς πολιτείας καλουμένης τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ταύτην γε βίβλον ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Αντωνίου μοναστηρίῳ Ἐνετήσιν ἔγραψε, ἔτει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ χριστοῦ αφμγ. τετάρτῃ μηνὸς Σεπτεμβρείου ἰσταμένῃ. δέξα τῷ Θεῷ ἡμῶν. i. *Valerianus Forolivienſis Albini F. Canonicus Capituli S. Salvatoris, hunc librum ſcripſit in Monaſterio S. Antonii Venetiis, anno Chriſti* 1543. 4. *Septembr. Gloria Deo noſtro.*

1543. Codex Regius, num. 2071². Dionis Nicæni epitome, per Joan. Xiphilinum, in fine habet: ἅπασαν ταύτην τὴν Ξιφιλίνου ἐπιτομὴν χεάφων ἐτελείωσε Χειστόφορος ὁ Ἀβέρος, τῇ πατρίδι Γερμανὸς, τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Καρδιναλῇ Γεωργίῳ Αριδιαχῷ τῷ αὐτοῦ δεσπότῃ, ἐν Ρ'ώμῃ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος θ'. χιλιοστῷ φμη. ὑπὸ Παύλου τέλου Πάπα Ρ'ώμης. *Hanc totam Xiphilini epitomen abſolvit Chriſtophorus Aberus patriâ Germanus pro piiſſimo & eruditiſſimo Cardinali Georgio*

Georgio Armeniaco (Armagnac) Domino ſuo Romæ, menſis Junii nona die, anno 1548. *ſub Paulo III. Papa Romæ.* Hic autem in alio Codice ſeſe vocat Αούβερος. Chriſtophorus Awerus multos Codices nunc Regios ſua manu ſcripſit.

Codex Colbertinus 4588. bombycinus, ubi quatuor Evangelia, hæc habet ad calcem, ἐγράφη τὸ πρὸν ἅγιον βιβλίον δι' χειρὸς ἐμοῦ πάπα Μιχαὴλ Μαυρίκι, ἐγγονία ἀφν. χριστ. ἀμήν, τέλος. i. *Scriptum eſt hoc ſanctam Evangelium manu mea Papæ Michaëlis Maurici* 1550. *amen, finis.* 1550.

Eodem circiter tempore a Mathuſala Machir Codices ſequentes ſcripti ſunt.

Codex Cæſareus Lambec, l. 7. p. 79. bombycinus. Commentatorum Ariſtotelis: legitur ibi, Ματθουσάλας ὁ μοναχὸς ἐν ταύτῃ τῇ ἁγιωτάτῃ βίβλον ἑαυτῷ ἐξέγραψε ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ ὄρει Σινά: *Mathuſalas Monachus hunc etiam optimum librum ſibi deſcripſit in ſancto Monte Sina.* Et alibi: Ματθουσάλας ὁ Μαχεὶρ ἐν ταύτῃ τῇ θειοτάτῃ βίβλον ἑαυτῷ ἐξέγραψεν ἐν πόνῳ καὶ ἀσθενείαις καὶ κινδύνοις πολλοῖς. *Mathuſalas Machir hunc etiam diviniſſimum librum ſibi deſcripſit in labore, infirmitate & periculis multis.*

Codex Cæſareus membranaceus, Lambec. l. 7. p. 64. Simplicii & aliorum in Ariſtotelem, hanc notam habet, Ματθουσάλας ὁ Ασκητὴς ἐν ταύτῃ τῇ ἀγαθῇ βίβλον ἑαυτῷ ἐξέγραψεν ἐν νήσῳ τῇ Κύπρῳ. Id eſt, *Mathuſalas Aſceta hunc ſibi bonum librum deſcripſit in inſula Cypro.*

Scripſit idem 1547. duas Marci Epheſini Reſponſiones in Ægypto, 25. Januarii, anno mundi 7055. Chriſti 1547. Indict. 5. Lambec. l. 7. p. 111. 1547.

Codex Cæſareus bombycinus, Lambec. l. 7. p. 99. Ariſtotelis de partibus animalium, in fine habet: κόπος ἐν οὗτος Μαχεῖρος, τοῦ καὶ Ματθουσάλα· ἐγράφη δὲ ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Σάβα εἰς τὸ παλαιὸν, ἐν ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει Ιερουσαλήμ, ἰνδ. ια. τοῦ ζητ. ἔτους, ἐν ἐλήφθη τὸ ὅλον ἀπὸ παλαιοῦ πάνυ βιβλίου: *Hic etiam Machiris Mathuſalæ labore ſcriptus eſt in Monaſterio S. Sabæ in ſpelunca, in ſancta urbe Jeruſalem, Indict. 8. anno* 7058. *Chriſti* 1550. *exſcriptus ex vetuſtiſſimo libro.* 1550.

Codex Colbertinus 3017. membranaceus, Evangeliſtarium XI. ſæculi, in cujus fine legitur manu recentiori, τοῦτον (ſic) τὸ ἅγιον εὐαγγ. ἕνα τῶν ἁγίας Ἐγκλήστρας. ἐν εἴτις βούλεται ἆραι αὐτὸ νὰ ἔχῃ τὰς ἀρὰς τῶν ἁγίων πατέρων. Λεόντιος ἱερομόναχος ἐκ τοῦ κόμης Γιόλου, τοῦ ἐν τῇ Κύπρῳ, ἔγραψα ἐν ἀφν. χριστ. Id eſt, *Hoc S. Evangelium, unum eſt ex iis quæ pertinent ad S. Encliſtram. Quod ſi quis illud auferre præſumſerit, incurrat in maledictiones SS. Patrum. Leontius Hieromonachus ex vico Gioli in Cypro ſcripſi anno Chriſti* 1553. Hic autem Leontius notam & alia pauca ſcripſit, non totum Codicem, qui undecimi ſæculi eſt. 1553.

Codex Laurentianus bombycinus, pluteo IX. Orneoſcopion, ſive de re Accipitraria, ſcriptus Venetiis manu Demetrii Pepagomeni, anno 1554. 1554.

Codex Regius 2741. bombycinus. Bryenii Harmonica. In fine legitur, ἔγραψε Νικ. ὁ Ναγκήλιος Τραχωνίτης ἐνάτῃ φθίνοντος τοῦ μεταγειτνιῶνος, ἔτει ἀφνζ. i. *Scripſit Nicolaus Nancelius 22. Julii, anno Chriſti* 1557. 1557.

Codex Regius 3313. Sophocles. In fine Sophoclis legitur: ἐπληρώθη τὸ πρὸν βιβλίον δι' χειρὸς ἐμοῦ Πέτρου τοῦ Δακωζάου τοῦ Ρηγινιάτου ἐν ἔτει ἀφνη. 1558.

μηνὶ Νοεμβρίῳ ϵἰς ἡ. ὸ τῷ ἐσπερινῷ τ ὁσίας παρασκευῆς. *Completus est hic liber manu mea Petri Daclozai Rethymnæi anno* 1558. *mensis Novembris octavo die, vespere sanctæ Parasceves.*

1560. Codex Regius 3066. bombycinus. Plutarchi Ciceronis vita Græce & Latine, fol. 86. legitur : Βακχῖος Βαρβαδώριος ϗ Μιχαὴλος Σοφιανὸς ἐξέγραψαν μϛ παιδιᾶς (sic) ϗ γέλωτος, διωχομένοις τῶ δήμοις αἰδρὸς ϗ κοινοῦ ἡμῶν φίλου Οὐικεντίου Πινελίου καὶ Πέτρου Νοωνίου τῶ λογιωτάτου, πολλὰ χαριεντισαμένου. πρὸς δὲ καὶ Λουκρήτιον ἡ ἑταίρα· ἔτους ἀφξ. Οκτωβρ. ζ. ὸ Παταβίῳ. i. *Bacchius Barbadorius & Michaël Sophianus scripserunt cum risu & ludo, conviviis excipiente nobili & communi amico Vincentio Pinello, & Petro Nunnio eruditissimo viro. Aderat etiam Lucretium amasia. Anno* 1560. *Octobr.* 7. *Patavii.* Hi sane scribæ longe aliam notandi rationem ineunt : nam Calligraphi cæteri preces tantùm legentium, & veniam peccatorum postulant ; hi de lascivia gloriantur.

1561. Codex Cæsareus Lambec. lib. 6. p. 139. bombycinus. Moschionis de mulierum morbis. In fine legitur, scriptus fuisse Venetiis πυανεψιῶνος Octobr. 11. 1561. ex corrupto exemplari.

1561. Codex Cæsareus Lambec. l. 7. p. 41. bombycinus. Procli Lycii Diadochi in Parmenidem, in fine habet : ἡ βίβλος αὕτη ἐστὶν ἐμοῦ Κορνηλίου τῶ Ναυπλίεως τῶν Μουρμουρέων, υἱοῦ Ἀνδρέου, μϛ τλὼ ὑπὸ τῆς πατρίδος ὑπὸ Τούρκων ἁλωσιν Ἐνετίησι διατρίβοντος, ἐξεγράφη ἔτει τῶ ἀπὸ τ Θεογονίας ἀφξα. *Hic liber scriptus est a me Cornelio Nauplio Andreæ Fil. ex Murmureis, post captam a Turcis patriam Venetiis degenti, anno Christi* 1561.

1561. Codex Regius 2502. bombycinus. Interpretationes Zonaræ in Canones & alia multa. Fol. 194. legitur, Θεοῦ δῶρον ϗ Ζαχαρίου ἱερέως πόνος, ὃν Κρῆς, ὃν χῦ χόμον Σκορδίλου, τῶ δὲ πρὸ ὀπίκλιν Μαραφαρά.

Ρίζα φθῶ τῶ φόνου φθόνος,
καὶ καρπὸς τῶ φθόνου πόνος. αφξβ. ἐνετίησι.

i. *Dei donum & Zachariæ Presbyteri Cretensis labor, qui vulgari nomine Scordilus, cognomento autem Maraphara vocatur.*

Radix heu cædis invidia,
Fructus invidiæ labor. Anno 1562. *Venetiis.*

Et fol. 259. dicitur scriptus jussu Joannis Boistallerii, mercede aureorum decem.

1563. Codex Cæsareus bombycinus, Lambec. l. 8. p. 509. Pseudohistoria Concilii Ferrariensis & Florentini, hanc habet notam : αὐτογράφη ὃ πρὸν βιβλίον ἐκ πρωτοτύπου παλαιοῦ δι' χειρὸς ἐμοῦ Θεοδοσίου, νοταρίου τ μεγάλης ἐκκλησίας, ὸ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ζοα. ἰνδ. ζ. μηνὶ Φεβρουαρίῳ ζ. ἡμέρᾳ δευτέρᾳ. τῶ σωτηλεσῆ τῶν καλῶν Θεῶ δόξα.

1564. Codex Laurentianus bombycinus, pluteo LVII. Tactica de Naumachia: scriptus in Corcyra manu Antonii Eparchi, anno 1564. Aprilis 22.

1564. Codex Cæsareus Lambec. l. 6. p. 192. Opera Chimica variorum : scriptus Venetiis à Cornelio Nauplienſi Andreæ filio 1564.

1565. Codex bombycinus Bibliothecæ Ottobonianæ, ubi Nili sermones Ascetici, scripti anno 7073. Christi 1565.

1566. Codex Colbertinus 4466. bombycinus, Euclidis Megarensis Optica, Catoptrica, & Phœnomena ; in fine habetur, ὃ πρὸν βιβλίον γέγραπται ὸ Λουτετίᾳ τῶν Παρισίων τῇ χειρὶ Ἀγγέλου Βεργηκίου τῶ Κρητὸς· διδύμηται δὲ τῶν σοφιστῶν

λογιωτάτῳ τε ἐκλεκτῷ Καγκελλαρίῳ τῆ πάνυ τ̃ Κελτικῆς Μιχαήλῳ τῷ Ὁσπιταλίῳ, ἔτει ἀπὸ τ̃ Θεογονίας ἀφξϛ. *Hic liber ſcriptus eſt Lutetiæ Pariſiorum manu Angeli Vergecii Cretenſis, dono autem oblatus eſt ſapientiſſimo eruditiſſimoque electo Cancellario Galliæ magno viro Michaëli Hoſpitalio, anno Incarnationis* 1566. Hujus Angeli Vergecii manu ſcripti ſunt Bibliothecæ Regiæ Codices bene multi nempe, 2069. 2073. 2099. 2102. 2117. 2129. 2162. 2168. 2255. 2256. 2281. 2247. 2578. 2579. 2584. 2721. 2739. 2813. 2819. 3188. 3193. 3194. 3427. 3466. 3506. Is ſcripſerat item in Italia : eſt enim in Bibliotheca Regia Codex 2173. ſcriptus ab eodem Venetiis anno 1537.

Codex Colbertinus 5108. bombycinus. Nicephori Calliſti, Chryſoſtomi & aliorum Homiliæ. Ad calcem ſcribitur : τέλος ἐπέθηκεν ἡ πρᾶξις αὕτη χερὶ καμοῦ ἐλαχίστου καὶ ἀμαρτωλοῦ Παφνουτίου μοναχοῦ..... καὶ Θυπόλου, ἐν μηνὶ Ἰουνίῳ κ. ἀφξη. ἀμήν. *Scriptus eſt hic liber manu mea Paphnutii Monachi.... Thyepoli, menſis Junii* 20. *anno* 1568. *amen.* 1568

Codex Regius bombycinus, Joannis Canabutze de Samothrace. In fine habet : ἀφξθ. ἐν μηνὶ Μαΐῳ ἐν Βενετίᾳ παρὰ Ἀντωνίου τοῦ ἐπισκοπεύλου καὶ πρωτοψάλτου Κυδωνίας. *Anno* 1569. *menſe Maio Venetiis ab Antonio Epiſcopulo Protopſalte Cydoniæ*, qui ſcripſit alios Codices Bibliothecæ Regiæ. 1569

Codex Colbertinus 4726. bombycinus, Paradiſus, ſive Sanctorum Senum dicta : hanc in fine notam habet : ἐγράφη ὁ παρὸν τοῦτο βιβλίον διὰ σωδρομῆς καὶ ἐξόδου Ἰσαὰκ μοναχοῦ ἐν ἔτει ζπθ. ἐκ χερὸς Ἱερεμίου Ῥακενδύτου τοῦ πένητος. *Scriptus eſt hic liber ſumtibus Iſaac Monachi, manu Jeremiæ Rhacendytæ pauperis, anno* 7089. *Chriſti* 1581. Et pag. ſequenti dicitur eſſe Codex Monaſteri cujuſdam Sozopolis. 1581

Codex Regius 2039. qui fuit Illuſtriſſimi D. de Montchal : Matthæi Blaſtaris collectio Canonum. In fine habet : μηνὸς Ἰουνίου ιη. ἀφϛγ. ἔτους ἐν Ῥώμῃ. Ἰωάννης ὁ ἁγιορείτης κύριος ἐκ πατρίδος Λευκωσίας ἐξέθετο. *Menſis Junii* 18. *anno* 1593. *Romæ, Joannes de Sancta Maura Cyprius ex patria urbe Leucoſia, contulit.* 1593

Codex Regius 2176. Ὁ παρὸν βιβλίον ἐστὶ τοῦ ἐν ἁγιωτάτοις καὶ ἀγαυοῖς ἥρωσι κυρίου Λαμίου τοῦ Ρουΐνου τοῦ ἐξ Ὑγρῶν τ̃ μητροπόλεως Βονωνίας καταγομένου· αὐτογραφὲν ἐκ τινος Κώδικος τ̃ Βατικανῆς βιβλιοθήκης δι' ἐμοῦ Ἰωάννου Σαγκταμούρα, τοῦ ἐκ μητροπόλεως Λευκωσίας τ̃ Κύπρου νήσου, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ αφϛδ. ἔτει ἀπὸ χριστοῦ. *Hic liber eſt venerabiliſſimi & conſpicui heroïs D. Lælii Ruini ex Nobilibus Metropolis Bononiæ originem ducentis : exſcriptus ex quodam Codice Vaticanæ Bibliothecæ a me Joanne de Sancta Maura, ex Metropoli Leucoſia Inſulæ Cypri, anno Chriſti* 1594. *menſe Septembri.* 1594

Codex Regius 3392. Initio, Ἐμμανουὴλ τοῦ Μαργουνίου καὶ τῶν φίλων. *Emmanuel Margunii & amicorum :* ubi Catalogus operum Plutarchi. In fine legitur : ἐξιδώθη ἐξ ἄλλων αὐτογράφων παρὰ τοῦ κυρίου Φουλβίου τοῦ Οὐρσίνου ἀμφιζοιλβίου ὁμοίων τοῦδε ὡς ὁρᾷς. Ἰωάννης ὁ Σαγκταμούρας Κύπριος ὁ αὐτογράψας. *Emendatus eſt ex aliis exemplaribus a D. Fulvio Urſino, quæ exemplaria huic ſimilia ſervantur. Joannes de Sancta Maura Cyprius ſcripſit.* Deinde ſequitur Epiſtola Beſſarionis Card. ad Mich. Apoſtolum, qui item Apoſtoles & Apoſtolius dicitur.

Codex Laurentianus, pluteo v. Pſalterium Græcum, manu Fr. Bernardi Monachi Dominicani filii Bartholomæi Bartoliſci de Florentia. XVI. ſæc.

Codex Regius bombycinus, Joannis Itali Philoſophi opera. Maii 30. 1620. 1620

Codices alii quorum ætatem non exploravi.

Codex Cæsareus Lambec. l. 8. p. 523. ducenta & unum diplomata habens Monasterii B. Virginis in monte Lembo ad urbem Smyrnam, cum hac nota, Ὁ ἐκδόσιως ἐτελέσθη, ἐπὶ ἐγκρίσει τῆ προύσῃ βασιλικῆ μονῆ τῶν Λέμβων τῆς μητροπολίτου Σμύρνης, &c. De hoc agetur, lib. VI.

Codex Laurentianus bombycinus, ubi Gregorii Orationes & alia opuscula. In fine legitur : Θεοῦ ὁ δῶρον καὶ Νείλου πόνος. *Dei donum & Nili labor.*

Codex Laurentianus membranaceus, pluteo IX. Collectanea in vitas SS. manu Lucæ Monachi, jussu Isidori Sacerdotis & Hegumeni Monasterii S. Joannis.

Codex Laurentianus membranaceus, Claudii Ptolemæi Geographicæ institutiones : in fine notatur, *Ex Claudii Ptolemæi Geographicis, libri* VIII. *orbem terrarum universum. Agathodæmon Alexandrinus delineavit.*

Codex Laurentianus bombycinus, pluteo LVII. Lysiæ Orationes, scriptæ manu Marci Joannis filii, Cretensis.

Codex Laurentianus membranaceus, pluteo LXIX. Thucydidis hist. Peloponnesiaca. Prima quinque folia nova manu descripta sunt : Scriba hæc posuit Latinè, *Deo gratias, Petrus scripsit.*

Codex Laurentianus bombycinus, pluteo LXIX. Josephi Judaïc. Antiquitatum libri XX. scriptus est à Joanne Aulico Logista, cognomento ex Angelis.

Codex Laurentianus operum Aristotelis bombycinus. In fine libri de Cœlo notatur, *Scripta sunt manu Joannis cognomento Panareti.*

Codex Cæsareus Lambec. l. IV. p. 81. membranaceus. Joan. Chrysostomi Homiliæ in Matth. has habet Inscriptiones, Ὁ πρὸν βιβλίον κτῆμά ἐστι Γεωργίου τοῦ Κορυδαλέως : & aliam, βίβλος Μαρκου Μαμωνᾶ τῆς Κρητός.

Codex Cæsareus Lambec. l. 4. p. 84. fuit Bessarionis Cardinalis Tusculani, est membranaceus vetustus, Joan. Chrys. in Paulum.

Codex Cæsareus Lambec. l. 4. p. 92. ubi Chrysostomi Homiliæ, hæc habet, βιβλίον Βήγας μονῆς τ̃ χσμοσωτείρας.

Codex Cæsareus pervetustus membranaceus Lambec. l. 4. p. 121. olim Joannis Sambuci, complectens opera Chrysostomi & vitam S. Nicolai Myrensis, hanc notam habet : ἐτελέσθη σὺν Θεῷ ἡ ἱερὰ βίβλος αὕτη δι̃ὰ σπουδρομῆς τοῦ πνευματικοῦ καθηγουμένου τ̃ σεβασμίας μονῆς τοῦ ἐν ἱεραρχαις ἀρχιερέως μυροβλύτου ἁγίου Νικολάου, τοῦ ἱερομονάχου κυροῦ Ιωσήφ. Id est, *Completus est, Deo juvante, hic sanctus liber opera sanctissimi Hieromonachi Domni Joseph Cathegumeni sive Præfecti venerandi Monasterii sancti in Hierarchis Archierarchæ, unguenta effundentis Nicolai.*

Codex Cæsareus bombycinus, vetustus Lambec. l. 4. p. 137. ubi Theodori Daphnopatæ flores Chrysostomi : initio legitur, Ἐγράφη πρ' ἐμοῦ τοῦ ὠτελοῦς ἱερέως καὶ Ταβουλαρίου Λέοντος τοῦ Παδιάτου ἡ προυῦσα βίβλος ἐν Κωνσταντινουπόλ. *Scriptus est hic liber a me vili Sacerdote & Tabulario Leone Padiate, Constantinopoli.*

Codex Cæsareus bombycinus, Lambec. Biblioth. l. 4. p. 218. ubi Joannis Damasceni de Orthodoxa fide, fol. 179. versò hæc habet, κτῆμα Ἀνδρίου Ταρμπίου Ἐπιδαυρίου.

Codex Cæſareus membranaceus pervetuſtus, Lambec. l. 5. p. 51. Euthymii Zygabeni panoplia dogmatica, legitur ibi : κτῆμα Μαρκου Μαμουνᾶ τῦ Κρητός. *Liber Marci Mamunæ Cretenſis :* altera inſcriptio eſt, νυνὶ δὲ Γεωργίου Κόμητος Κορίνθου τῦ ἐκ Μονεμβασίας, *nunc autem Georgii Comitis Corinthii Monembaſiotæ.*

Codex Cæſareus Lambec. l. 6. p. 115. bombycinus, Joannis Actuarii de Methodo medendi, libri VI. fol. 243. legitur : ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος χειρὶ Σίμωνος τῦ Μακροδοῦκα ἐν κτ. τῦ πρώτου φεβρουαρίου, ἐν παρούσῃ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἰνδικτιῶνος. *Completus eſt hic liber manu Simonis Macroduca, 26. præſentis Februarii, præſenti prima Indictione.*

Codex Cæſareus Lambec. l. 7. p. 20. Marci Mamunæ Cretenſis & poſtea Georgii Comitis Corinthi ex Monembaſia, ut & alii multi, qui in illa pagina ad marginem enumerantur.

Codex Cæſareus Philoſophicus Lambec. l. 7. p. 194. & aliquot alii ejuſdem Bibliothecæ hæc habent : Κλαυδίου Αγχεμήρου ἰατροσοφίστου κτῆμα.

Codex Cæſareus membranaceus pervetuſtus Lambec. l. 8. p. 2. Joſephi Antiquitatum Judaïcarum. Initio legitur, ἡ βίβλος αὕτη ἐν μονῇ τῶν Μαγγαίων. *Hic liber eſt Monaſterii Manganorum :* id eſt, Monaſterii Conſtantinopolitani S. Georgii in Manganis. Deinde ſcribitur : νῦν δὲ Διονυσίου Ιεροδιακόνου Καταλιβανοῦ Ζακυνθίου καὶ τῶν φίλων. Τοῦτο τὸ βίβλον ὠνήσατο ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἔτει ϛωπα. Μαΐου ια. i. *Nunc autem Dionyſii Catiliani Hierodiaconi Zacynthii & amicorum. Hunc librum emit pater meus Conſtantinopoli, anno* 1591. *Maii* 11.

Codex Cæſareus Lambec. l. 8. p. 38. membr. pervetuſtus, vitæ Sanctorum Aprilis, clauditur hac miniata inſcriptione :

Θεῦ δῶρον καὶ Θεοκτίστου πόνος
Κἀντεῦθεν δόξα τῇ σεβασμίᾳ τριάδι

Id eſt,

Dei donum. & Theoctiſti labor,
Hinc quoque gloria venerandæ Trinitati.

Codex Cæſareus membr. Lambec. l. 8. p. 232. Vitæ SS. Septembris, initio habet, Γεωργίου Ραοὺλ βιβλίον ζ.

Codex Cæſareus membr. pervetuſtus Lambec. l. 8. p. 453. Canonum Apoſtolicorum & aliorum, fol. 1. hæc habet :

Η βίβλος ἥδε τῆς μονῆς τοῦ Βλαχέρνας
Τῆς ἀμωμήτου θεοτόκου.

Codex Regius 2886. Greg. Nyſſeni in titulos Pſalmorum. In fine legitur: Καρνάνιος μὲν γράψε Συμεὼν ξένος δὲ Μανουὴλ Κρητὶ τῷ σοφωτάτῳ. *Carnanius me ſcripſit Manuel peregrinus divino Manueli Cretenſi ſapientiſſimo.*

CAPUT VIII.

Nomina Calligraphorum ordine Alphabetico.

Acciaiolus, vide *Zenobius*.

Agapetus, vide *Georgius*.

Agathodæmon Alexandrinus vetus ſcriba, Claudii Ptolemæi Geographicorum libros VIII. ſcripſit, qui nunc ſunt in Laurentiana Bibliotheca. Codicis ætatem non exploravi.

Alexius, cujus ſumtibus ſcriptus eſt Codex, ubi vitæ Sanctorum anno 1292. manu Joannis Sacerdotis : eſtque in Bibliotheca Cæſarea.

Alexius Pyropulus ſcripſit Codicem Hippocratis, nunc Regium, XIV. ſæculo.

Alphonſus Athenienſis Codicem Galeni, nunc Regium, ſcripſit ſæculo XV.

Ambroſius præfectus cujuſdam Monaſterii, cujus Monachus Anonymus ſcripſit Scalam Joannis Climaci anno 1550. jam in Bibliotheca Colbertina.

Anaſtaſius ſcripſit vitas SS. Maii, Junii, Julii & Auguſti, anno 890. jam in Bibliotheca Colbertina.

Ancantherus, v. *Chriſtophorus*.

Andreas Sacerdos Leantinus ſcripſit Codicem Ariani de expeditione Alexandri : itemque vitas Plutarchi, ambos anno 1399. ſunt autem in Bibliotheca Laurentiana. Dicitur ille Andreas in uno Codicum Hagioprocopites, quod videlicet fuerit Sacerdos Eccleſiæ ſancti Procopii.

Andreas Sacerdos, Tabularius, ſcripſit Menæa Græcorum anno 1405. nunc in Bibliotheca Regia.

Andreas Tarmarius Epidaurius : ejus erat Codex Cæſareus, ubi Joannis Damaſceni de Orthodoxa fide, ſæculo XVI. Fortaſſe idem atque Andreas Darmarius, qui aliquot Codices nunc Regios ſcripſit.

Andreas Arnes ex Naupacto ſcripſit Codicem nunc Regium ſæculo XVI. in charta bombycina.

Andronicus Lepentrenus ſcripſit librum S. Dionyſii Areop. anno 1302. Nunc in Bibliotheca Regia.

Angelus Politianus ſcripſit excerpta varia, Codicem nunc Regium; docta quidem, ſed non eleganti manu.

Angelus Vergecius multos Codices ſcripſit, in Italia & in Gallia, ab anno circiter 1535. ad annum 1565.

Antonellus de Petruccis, ejus juſſu & opera ſcripti ſunt libri Sibyllini Romæ, manu Demetrii Leutaræ, anno 1475. Codex eſt in Bibliotheca Regia.

Antonius Monachus, ejus manu ſcriptæ ſunt Homiliæ poſteriores Joan. Chryſoſt. in Geneſim, anno 1057. Codex eſt in Bibliotheca Regia.

Antonius Athenienſis Logotheta Polybii libros quinque ſcripſit anno 1434. liber ex quo deſcripſit, exſtat in Bibliotheca B. Mariæ Benedictinorum Florentiæ. Item anno 1435. librum pro Franciſco Philelpho, qui jam exſtat in Biblioth. Laurentiana.

Antonius Guidanus, primus Sacri Conſilii Romæ; ejus ſumtibus ſcripti

ſunt libri Sibyllini manu Demetrii Leutaræ anno 1545. Codex eſt in Bibliotheca Regia.

Antonius Damilas Mediolanenſis, qui & Cretenſis dictus, quia in Creta natus & educatus eſt, multos Codices ſcripſit, qui habentur in Bibliothecis Regia, Laurentiana, Bononienſi S. Salvatoris & in aliis fortaſſe. Scripſit autem annis 1480. 1490. & aliis circiter.

Antonius Urceus ſcripſit Codicem nunc Regium, num. 3302. anno 1479.

Antonius Eparchus ſcripſit in Corcyra Tactica de Naumachia, anno 1564. qui Codex eſt in Bibliotheca Laurentiana: dono dedit Regi Codicem Aſtronomicorum, qui ſcriptus fuerat anno 1462. num. 3206. & alios.

Antonius Epiſcopulus Protopſaltes Cydoniæ ſcripſit Codicem Joannis Canabutze de Samothrace nunc Regium, anno 1569.

Apollinarius Cœnobiarcha penes ſe habuit Codicem autographum Origenis Hexaplorum & Tetraplorum, cum ſcholiis Euſebii Cæſarienſis, & caſtigationibus Pamphili Martyris: vide ad VII. vel VIII. ſæculum.

Apoſtoles, ſeu *Apoſtolus*. V. *Michaël*.

Argyropulus, V. *Joannes*.

Arias Ferdinandi filius ſcripſit librum Ariſtotelis Ethicorum, anno 1427. qui jam exſtat in Bibliotheca Cæſarea.

Arnes, vide *Andreas*.

Arſenius Hieromonachus, decimo-ſexto ſæculo ſcripſit Procli ſphæram & alia, Codicem nunc Regium.

Arſenius Monembaſiæ Archiepiſcopus, ejus exſtat Præfatio ad Clementem VII. in Bibliotheca Laurentiana: & multi Codices ejuſdem manu ſcripti in Bibliotheca Regia.

Athanaſius Monachus: ejus juſſu & opera ſcriptum eſt Evangeliſtarium, manu Georgii Rhodii Sacerdotis anno 1205. & nunc exſtat in Bibliotheca Colbertina.

Athanaſius alter Monachus, ſcripſit Lexicon duobus tomis anno 1273. quod nunc exſtat in Bibliotheca Regia: is ipſe alium Codicem ſcripſiſſe putatur. Vid. ad eumdem annum.

Athanaſius Monachus, ſcripſit librum precum anno 1458. qui nunc eſt in Bibliotheca Regia.

Athanaſius Hieromonachus ſcripſit Typicum Sabæ anno 1459. & nunc exſtat in Biblioth. Cæſarea. An idem atque præcedens?

Athanaſius Rhetor. ſcripſit Codicem nunc Regium, num. 3344. anno 1640.

Atrape, V. *Conſtantinus*.

Aulicus, V. *Joannes*.

Avverus, V. *Chriſtophorus*.

Baanes Notarius Aretæ Archiepiſcopi Cæſareæ in Cappadocia, ſcripſit opera quædam Clementis Alexandrini, Juſtini Martyris & aliorum, anno 914. Codex eſt in Bibliotheca Regia.

Bacchius Barbadorius ſcripſit vitam Ciceronis ex Plutarcho, anno 1560. Nunc eſt in Bibliotheca Regia.

Βαιοφόρος, *Bæophorus*, V. *Georgius*.

Barbarus, V. *Hermolaus*.

Barele aut *Baleris*, vide infra in voce *Baſilius*.

Barnabas Hegumenus cujus Monachus *Neophytus*, ſcripſit opera Sancti

Maximi, anno 992. Codex est in Monasterio Cryptæ Ferratæ.

Bartholomæus Barbadorius scripsit Cod. nunc Regium, num. 2604. anno 1555.

Bartholomæus Comparinus Codicem nunc Regium, num. 3214. anno 1497.

Basilace Jurista, opera S. Joan Chrysostomi in Joannem anno 1296. nunc in Biblioth. Regia.

Basilius Calligraphus Armeniacus, scripsit Homilias Chrysostomi in Joannem anno 1066. nunc in Biblioth. Colbertina.

Basilius Scalidrus Notarius scripsit S. Joannis Damasceni opera quædam, anno 1124. nunc in Bibliotheca Regia.

Basilius Sacerdos, Origenis opus in Job & Chrysostomi quædam, anno 1448. Codex est in Biblioth. Regia.

Basilius Ἀναγνώστης *Lector*, scripsit XII. sæculo Petri Antiocheni & aliorum Epistolas, Codicem nunc Regium.

Basilius Barele, qui & *Baleris*, scripsit Euripidis quædam: Codex nunc Regius est infimi ævi.

Bernardinus ὁ Σανδρὸς, legitur *Sanderus*, Cremonensis, scripsit Cod. nunc Regium 3231. anno 1540.

Bernardus Bartholomæi Bartholisci fil. Dominicanus, scripsit Psalterium XV. aut XVI. sæculo, nunc in Biblioth. Laurentiana.

Bernardus Felicianus, ἰατρικὰ scripsit, Codicem nunc Regium, anno 1522.

Bernardus, V. *Franciscus.*

Bessarion Monachus in Monast. S. Antonii Venetiis, scripsit Tatiani opus contra Græcos, anno 1534.

Blastus, V. *Nicolaus.*

Cæsar Strategus Lacedæmonius innumeros prope Codices scripsit versus finem XV. sæculi, quorum maxima pars habetur in Bibliotheca Regia & in Bibliotheca Dominicanorum Venetiis.

Calbida, V. *Joannes.*

Calophrena, V. *Michaël.*

Caludes, V. *Manuel.*

Camillus Venetus scripsit Codicem nunc Regium 2178. anno 1562.

Canavi, V. *Nicephorus.*

Cantacuzenus, V. *Demetrius.*

Catilianus, V. *Dionysius.*

Carolus scripsit Codicem nunc Regium num 3454. anno 1516.

Chalcondylas, V. *Demetrius.*

Chariton scripsit Evangelistarium anno 1336. quod est in Bibliotheca Regia.

Choricarius scripsit Codicem nunc Regium 2980. sæculo XVI.

Christophorus Garathon, cujus sumtibus scriptus est Codex Diodori Siculi anno 1427. nunc in Biblioth. Colbert na.

Christophorus Auverus Germanus, cujus manu scripti sunt Codices multi Bibliothecæ Regiæ.

Chrysococca, V. *Georgius.*

Chrysoloras, V. *Manuel.*

Cinnamus, V. *Leo.*

Claudius Ancantherus Medicus, cujus fuere Codices bene multi, nunc in Bibliotheca Cæsarea.

Clemens

Clemens Cathegumenus Monaſterii τῶν ἱερέων, cujus opera renovatus eſt anno 1142. Codex Joan. Chryſoſtomi in Matthæum, ſcriptus anno 955. manu *Joannis* Preſbyteri. Exſtat nunc in Bibliotheca Colbertina.

Clemens Monachus, cujus manu ſcriptus eſt Simeonis Metaphraſti December anno 1112. Nunc in Bibliotheca Colbertina.

Colybas, V. *Paulus.*

Comparinus, V. *Bartholomæus.*

Conſtantinus Tarſitus Athenienſis ſcripſit Codicem operum Baſilii & Chryſoſtomi anno 1129. qui nunc exſtat in Bibliotheca Cæſarea.

Conſtantinus Lector ſcripſit Nomocanonem anno 1191. Nunc in Bibliotheca Cæſarea.

Conſtantinus Chartophylax Piſſæ ſcripſit Herodoti novem libros, anno 1372. Codex eſt in Bibliotheca Colbertina.

Conſtantinus Atrape, cujus erat Codex nunc Cæſareus, ſcriptus anno 1428.

Conſtantinus Laſcaris, ejus juſſu ſcriptus eſt Codex Apollonii Alexandrini Grammatici manu Joachim Hieromonachi anno 1496. Nunc in Bibliotheca Regia.

Conſtantinus Codices Bibliothecæ Regiæ bene multos ſcripſit circiter annum 1540.

Cornelius Nauplienſis Murmureus (i. ex Morea,) Andreæ filius, ſcripſit Codicem Procli Diadochi in Parmenidem anno 1561. & Codicem Chymicorum anno 1564. qui nunc exſtant in Bibliotheca Cæſarea.

Coſmas Preſbyter Cameli ſcripſit exemplar Nicolai Myrepſi, Oribaſii & aliorum Medicorum, anno 1339. nunc exſtat in Bibliotheca Regia num. 2703, & alium Cod. 1847.

Coſmas Panaretus Monachus ſcripſit Codicem nunc Colbertinum num. 648. ſæculo decimo-quarto.

Cubucleſius, V. *Georgius.*

Cucuzelus, V. *Joaſaph.*

Cyriacus Sacerdos: ejus juſſu & ſumtibus ſcriptum eſt manu Pauli Sacerdotis Menæum Græcorum menſis Septembris anno 1509. Nunc in Bibliotheca Colbertina.

Daclozaus, V. *Petrus.*

Dalaßenus, V. *Joannes.*

Damaſcenus Cretenſis, V. *Michaël.*

Damianus Guidotus ſcripſit Codices Bibliothecę Regię 2767. & 2768. ante annum 1560.

Damilas, V. *Antonius.*

Darmarius, V. *Andreas.*

Demetrius Preſbyter ſcripſit Codicem Regium Pſalterii anno 1059.

Demetrius Palæologus, ejus fuit Codex Regius 2351. Joannis Chryſoſtomi de Sacerdotio, ſcriptus anno 1064.

Demetrius Nomachlomus Medicus: ejus juſſu ſcriptus eſt a *Coſma* Codex Nicolai Myrepſi qui ſupra, anno 1339. & nunc eſt in Bibliotheca Regia.

Demetrius Sguropulus, (ſic legitur apud Creygton, ſed mendoſe, haud dubie legendum Syropulus,) ſcripſit Philelpho Ariſtotelis magna Moralia, anno 1444. qui codex nunc eſt in Biblioth. Laurentiana.

Demetrius fortaſſe idem, ſcripſit Claudii Ptolemæi Geographicę do-

ctrinæ libros anno 1445. nunc Bibliothecæ Laurentianæ.

Demetrius Pepagomenus ſcripſit Codicem Laurentianum de re Accipitraria anno 1454. & Cod. Regium 3140.

Demetrius Cantacuzenus ſcripſit codicem Regium 3041. anno 1474.

Demetrius Chalcondylas codices Regios aliquot anno circiter 1485.

Demetrius Leutares codicem Regium Sibyllinorum Oraculorum, anno 1475.

Demetrius Serbus, ejus ſumtibus ſcriptus eſt codex Regius, ubi Horologium breve Græcorum anno 1475.

Diodorus codicem Dioſcoridis unciali charactere nono circiter ſæculo, nunc in Bibliotheca Regia.

Diomedes, codicem Cæſareum Homiliarum S. Joan. Chryſoſtomi in Joannem anno 1061.

Dionyſius Catilianus ejus erat codex Joſephi nunc Cæſareus, non exploratæ ætatis.

Docianus, V. *Theodorus*.

Ducas Neocæſarites, V. *Joannes*.

Emmanuel Atramytenus ſcripſit codicem Philoſtrati nunc Colbertinum, XV. ſæc.

Eparchus, V. *Antonius*.

Epiſcopulus, V. *Antonius*.

Eudocia Macrembolitiſſa Auguſta uxor Conſtantini Ducæ Imp. codices multos ſcribi curavit, Bibliothecam ſibi inſtruxit. V. ann. 1060. & infra libro quarto in ſpeciminibus XI. ſæculi.

Eugenicus, V. *Manuel*.

Euſebius Cæſarienſis ſcholia manu ſua adjecit exemplari Origenis Hexaplorum, quod VIII. circiter ſæculo erat Apollinarii Cœnobiarchæ.

Euthymius Monachus S. Lazari, ſcripſit codicem operum Gregorii Nazianzeni anno 1007. nunc in Bibliotheca Colbertina.

Eu. . . . . Monachus ſcripſit codicem Metaphraſtæ menſis Novembris, anno 1055. nunc in Biblioth. Colbertina.

Euthymius Xiphilinus ſcripſit Nazianzeni opera anno 1091. codex eſt in Bibliotheca Laurentiana.

Faber, V. *Petrus*.

Felicianus, V. *Bernardus*.

Franciſcus Bernardus ſcripſit codices aliquot.

Franciſcus Philelphus aliquot codices ſcripſit, alios ſcribi curavit, qui ſunt in Laurentiana, ad annum 1435. & 1444. & in Regia quoque.

Galterius Bergomas ſcripſit Euſebii Cæſarienſis quædam anno 1308. Nunc in Bibliotheca Regia.

Garathon, V. *Chriſtophorus*.

Gaſpar Volaterranus Protonotarius Apoſtolicus: ejus ſumtu ſcriptus eſt codex Tacticorum Æliani & Leonis Imp. manu *Joannis Rhoſi* 1457. nunc in Bibliotheca Regia.

Gedeon Hieromonachus ſcripſit anno 1637. indicem codicis Joan. Chryſ. de Sacerdotio, qui exaratus fuerat anno 1064. nunc in Biblioth. Regia.

Gennadius Pachna codicem Colbertin. ubi deſcriptio Conſtantinopolis & Origenes de Oratione, ornavit & compegit XIII. ſæc. V. lib. 4. in Cryptographia.

Gennadius Scholarius ſcripſiſſe creditur Codicem Regium 2959. anno 1440. & forte alios qui eadem manu ſcripti videntur.

Georgius Protepiſcopus Euripi, Codicem S. Joan. Chryſoſt. in Evangelia manu *Siſinnii* ſcribi curavit anno 943. Nunc in Bibliotheca S. Marci Dominicanorum Florentię.

Georgius Cubucleſius Codicem Plutarchi vitarum ſcripſit anno 997. nunc in Bibliotheca Laurentiana.

Georgius Nobunô Codicem Epiſtolarum novi Teſtamenti reſtituit Monaſterio Deiparæ Hieracæ XII. ſęculo: qui Codex ſcriptus fuerat anno 1045. nunc eſt in Bibliotheca Regia.

Georgius Phlammengus ſcripſit Codicem Laurentianum pluteo v. anno 1058.

Georgius Rhodius, ſcripſit Evangeliſtarium anno 1205. quod nunc eſt in Bibliotheca Regia.

Georgius Sacerdos ſcripſit Codicem Regium 3386. anno 1296.

Georgius Tabularius Sacerdos Codicem Homiliarum & vitarum ſcripſit anno 1315.

Georgius Tartuzus: ejus juſſu ſcriptum eſt Lexicon Cyrilli anno 1380. nunc in Bibliotheca Regia.

Georgius Βαϕόρος, Bæophorus, ſcripſit Suidæ Lexicon anno 1402. nunc in Bibliotheca Benedictinorum B. M. Florentiæ.

Georgius Pappadupolus ſcripſit Codicem Laurentianum S. Dionyſii Areop. de divinis nominibus anno 1410.

Georgius Chryſococca, ſcripſit Codicem Regium Epiſtolarum Euripidis, Hippocratis, Diogenis, &c. anno 1420. Et Codicem Laurentianum Diodori Siculi anno 1427. Is item quædam ſuo marte ſcripſit & edidit. V. Lambec. l. 7. p. 242.

Georgius Hermonymus Spartanus, Gullielmi Budæi & Reuchlini præceptor, ſcripſit Codices aliquot, qui nunc ſunt in Bibliotheca Regia, & Liturgiam S. Joannis Chryſoſt. nunc Baluzianam.

Georgius Grammaticus Cod. Regium 3165. ſæc. XV.

Georgius Agapetus Codicem Reg. 3210. anno 1420.

Georgius Gregoropulus Codicem Reg. 2786. ſæculo XV.

Georgius Notarius Nicolai Traverſæ Codicem Reg. 3106.

Georgius Malaphara, ejus erat ſæc. XV. Codex Chryſoſtomi nunc Regius.

Georgius Staſinus Pictor.

Georgius Comes Corinthius ex Monembaſia, Bibliothecam habuit, quæ ante fuerat Marci Mamunæ Cretenſis, cujus Codices non pauci in Bibliothecam Cæſaream tranſlati ſunt.

Georgius Anagnoſtes ſcripſit erotemata Grammatica anno 1449. Nunc in Bibliotheca Laurentiana.

Gorgius Raülis ſcripſit vitas SS. Septembris, Codicem nunc Cæſareum, ætatis non exploratæ.

Georgius Longus Sacerdos XV. ſæculo circiter ſupplementa quædam addidit libro Bibliothecæ Laurentianæ, pluteo VI.

Gerardus ſcripſit vitas Plutarchi anno 1429. Nunc in Bibliotheca Laurentiana.

Geraſimus Cathegumenus Monaſterii τῶν ἱερέων, cujus juſſu deſcriptus eſt Metaphraſtæ December, anno 1112. nunc in Bibliotheca Colbertina.

Geraſimus Hieromonachus ſcripſit Codicem Aſceticorum nunc Colbertinum, anno 1236.

Geraſimus, fortaſſe idem, Cod. Regium num. 2945³. ſæculo XIII.

Geraſimus alius ſcripſit Plutarchi vitas XIV. ſæculo. Codex eſt in Bibliotheca Laurentiana.

Geraſimus Hieromonachus, cujus erat liber Menæorum anno 1450. jam in Bibliotheca Cæſarea.

Germanus Lingus ſcripſit Codicem nunc Regium Gregorii Nazianzeni, anno 1231.

Gregoras, V. *Nicephorus*.

Gregoropulus, V. *Georgius* & *Manuel*.

Guidanus, V. *Antonius*.

Guidotus, V. *Damianus*.

Helias Monachus Officium Eccleſiaſticum Græcorum ſcripſit in Francia in Caſtro de Colonia, ad uſum Monaſt. S. Dionyſii in Francia anno 1022. inde in Thuanam, poſtea in Colbertinam Bibliothecam tranſiit.

Hermolaus Barbarus ſcripſit Codicem nunc Regium Athenæi Dipnoſoph. anno 1482. intra 37. dies.

Hermonymus, V. *Georgius*.

Heſaias Hieromonachus Cyprius Ariſtotelis opera ſcribi curavit anno 1457. Codex nunc Cæſareus eſt.

Hieronymus Tragudiſta, Codicem nunc Regium num. 3059². anno 1545.

Hypſelas, V. *Petrus*.

Janus Laſcaris, Codicem Regium num. 2378. anno 1500.

Jeremias Rhacendytes ſcripſit Codicem nunc Colbertinum, titulo, Paradiſus, anno 1581.

Ignatius: ejus opera ſcriptus eſt Codex nunc Regius operum Dionyſii Areop. anno 1302.

Ignatius, forte idem, cognomine Juſtus, ſcribi curavit Codicem nunc Laurentianum ubi vitæ SS. Novembris, anno 1328. & Evangeliſtarium, nunc Regium, anno 1336.

Joachim ſcripſit Codicem Laurentianum, ubi vitæ SS. Novembris, anno 1328. juſſu Ignatii, qui ſupra.

Joachim Hieromonachus ſcripſit Codicem nunc Regium Apollonii Alexandrini anno 1496.

Joannes Preſbyter ſcripſit Codicem nunc Colbertinum Joannis Chryſoſtomi in Matthæum, anno 955.

Joannes Sacerdos ſcripſit Codicem nunc Laurentianum operum S. Joan. Chryſoſtomi anno 973.

Joannes Cathegumenus Monaſterii Rhadinorum: ejus juſſu ſcriptus eſt Codex nunc Cæſareus Joan. Chryſ. in Joannem anno 1061.

Joannes Cubicularius Heracleota emit librum Joan. Chryſoſt. de Sacerdotio, ſcriptum anno 1064. nunc Regium.

Joannes alius ſcripſit Codicem nunc Colbertinum num. 1892. XI. ſæculo.

Joannes alius ſcripſit Paradiſum Patrum, Codicem nunc Colbertinum, anno 1071.

Joannes Preſbyter ſcripſit Nomocanonem nunc Regium anno 1105.

Joannes Manclavita ſcripſit Codicem nunc Cæſareum, Chryſoſtomi in Matthæum anno circiter 1128.

Joannes Diaconus ſcripſit opera Dionyſii Areopagitæ cum Commentariis S. Maximi anno circiter 1168. Nunc in Biblioth. Cæſarea.

Joannes Dalaßenus ſcripſit Codicem nunc Cæſareum hymnologii & Canticorum anno 1221.

Joannes Preſpinus ſcripſit Carani opus Phyſico-magicum: Codex nunc Regius exaratus eſt anno 1272.

Joannes Sacerdos ſcripſit vitas Sanctorum, Codicem nunc Cæſareum, anno 1292.

Joannes Staphida ſcripſit Codicem nunc Regium de computo Eccleſiaſtico, de rebus Medicis ac Phyſicis, anno 1384.

Joannes Sacerdos ſcripſit codicem nunc Colbertinum, ubi vitæ Sanctorum, ſæculo XIV.

Joannes Caloïda ſcripſit Miſcellanea Aſtronomica, codicem nunc Cæſareum, anno 1429.

Joannes Lector ſcripſit codicem nunc Laurentianum Euripidis anno 1431. & forte idem codicem nunc Regium 2638.

Joannes Argyropulus codices aliquot Biblioth. Regiæ anno circiter 1541.

Joannes Spanopulus ſcribi juſſit Menæum Græcorum anno 1452. nunc in Bibliotheca Cæſarea.

Joannes ex Docea oriundus codicem nunc Regium 2199.

Joannes Theſſalus Scutariota ſcripſit Codices bene multos, qui jam in variis Bibliothecis habentur, anno 1452. & ſequentibus quam plurimis.

Joannes Ducas Neocæſarites codicem nunc Regium 2268.

Joannes Pluſiadenus codicem nunc Regium 3281.

Joannes Rhoſus Preſbyter Cretenſis ſcripſit Codices pene innumeros ab anno 1455. ad uſque finem XV. ſæculi: qui nunc in variis Europæ Bibliothecis paſſim viſuntur.

Joannes Monachus codicem nunc Regium num. 2942.

Joannes Aulicus Legiſta cognomento ex Angelis, Joſephi Judaïc. Antiquitatum Codicem ſcripſit, nunc Laurentianum, incerto anno, ſed infimo ævo.

Joannes Hydruntinus ſcripſit codices aliquot Biblioth. Regiæ.

Joannes Panaretus ſcripſit codicem operum Ariſtotelis, nunc Laurentianum incerto anno, ſed infimo ævo.

Joannes Nathanael ſcripſit Codicem Geneſii, Nicephori Gregoræ, &c. nunc Regium anno 1541.

Joannes de Sancta Maura Cyprius ſcripſit Romæ Codices multos anno 1593. & ſeqq. Tres in Biblioth. Regia ſervantur.

Joannicius Præfectus Lauræ S. Sabæ Paradiſum Patrum duobus tomis exſcribi curavit anno 1071. nunc in Bibl. Colbertina.

Joaſaph Cantacuzenus Imperator (ſic βασιλεὺς vocatur,) ſcribi juſſit Paraphraſin Ethicorum Nicomachicorum Ariſtotelis, nunc Laurentianam, anno 1364. Item Codicem Theodori Grapti & Nicephori Patriarchæ nunc Regium, anno 1368.

Joaſaph alter ſcripſit Horologium Græcorum nunc Regium anno 1390. Fortaſſe hic eſt *Joaſaph* ille junior *Cucuzelus* dictus & Εἱρμολογίῳ *Irmologii*, libri Eccleſiaſtici, auctor, de quo Lambecius Biblioth. Cæſar. libro v. pag. 273. & forte idem de quo agitur in Deſcriptione Montis Atho infra.

Jonas ſcripſit opera S. Ephræm juſſu S. P. Niconis anno 1023.

Joseph Cathegumenus scribi curavit opera S. Joan. Chrysost. & vitam S. Nicolaï Myrensis, codicem nunc Cæsareum incerti temporis, sed vetustum.

Irene Ducæna Imperatrix propria manu subscripsit Typico suo, nunc Regio, anno circiter 1114.

Isidorus Hegumenus scribi curavit Collectanea in vitas Patrum, codicem nunc Laurentianum incerti temporis.

Lampudes, V. *Matthæus.*

Lascaris, V. *Constantinus* & *Janus.*

Laurentius Cathegumenus sive Præfectus Monasterii Hodegon Constantinopoli: sub eo scriptus est ab Antonio Monacho liber nunc Regius Chrysostomi in Genesim anno 1057.

Laurentius Cathegumenus Monasterii Magula: ejus jussu scriptus est codex Legum, nunc Cæsareus anno 1191.

Leo Clericus Ægyptius scripsit codicem nunc Regium num. 2910. ubi Anastasii quæstiones, anno 1001.

Leo Sarbandenus: ejus jussu scriptus est codex nunc Colbertinus Chrysostomi in Joannem, anno 1066.

Leo Manclabe codicem nunc Colbertinum, ubi vitæ SS. dono dedit Ecclesiæ S. Nicolai, XI. sæculo.

Leo Cinnamus ejus manu scriptus est codex nunc Regius S. Joannis Damasceni operum anno 1276.

Leo Padiatus Tabularius scripsit Theodori Daphnopatæ flores Chrysostomi. Codex nunc Cæsareus est incerti temporis, sed vetustus.

Leo Raülis filius scripsit duos codices nunc Cæsareos complectentes Theophylactum in quatuor Evang. utrumque anno 1139.

Leontius Hieromonachus Cyprius Evangelistarium XI. sæculo scriptum sua manu notavit anno 1553. Nunc est in Bibliotheca Colbertina.

Lepentrenus, V. *Andronicus.*

Leutares, V. *Demetrius.*

Linacer, V. *Thomas.*

Lingus, V. *Germanus.*

Longinus Monachus scripsit librum nunc Colbertinum, S. Dionysii Areop. anno 1272. Ejusdem nominis quidam codices aliquot in Biblioth. Reg.

Longus, V. *Georgius.*

Lucas Zonaras Pappi Alexandrini librum, &c. emit anno 1453. vel circiter, nunc est clarissimi V. Baluzii.

Lucas Monachus scripsit Collectanea in Vitas Sanctorum, nunc in Biblioth. Laurentiana, incerto tempore.

Lullude, V. *Michael.*

Machir, V. *Mathusalas.*

Macroduca, V. *Simon.*

Malaphara, V. *Georgius.*

Mamuca, V. *Pantaleon.*

Mamuna, V. *Marcus.*

Manclabe, V. *Leo.*

Manuel Presbyter scripsit librum nunc Regium S. Joan. Chrysostomi de Sacerdotio, anno 1064.

Manuel Tzycandyles scripsit codicem nunc Regium, qui est Catena in

Job, anno 1362. & alium Prochori Cydonis de lumine Thaborio, & Joannis Cantacuzeni de eadem re anno 1370.

Manuel Caludes codicem nunc Regium, num. 3358.

Manuel Eugenicus codicem nunc Regium 3372. anno circiter 1440.

Manuel Gregoropulus codicem nunc Regium 2620. anno 1503.

Manuel Pancratius codicem nunc Regium 2689.

Manuel Phrialites codicem nunc Regium, num. 3367.

Manuel Chryſoloras juſſu Manuelis Palæologi Imp. obtulit Monaſterio S. Dionyſii in Franc'a librum operum S. Dionyſii Areopagitæ, anno 1408.

Manuel Cretenſis ſcribi curavit codicem nunc Regium S. Greg. Nyſſeni in titulos Pſalmorum, infimi ævi.

Marcus ſcripſit Synaxarium & breve Menologium, nunc Benedictinorum B. M. Florentiæ, anno 1332.

Marcus Joannis filius Cretenſis ſcripſit Lyſiæ Orationes, xv. ſæculo, nunc in Bibliotheca Laurentiana.

Marcus Mamuna multos Codices habuit, quos poſtea comparavit Georgius Comes Corinthius Monembaſiotes, nunc ſunt in Bibliotheca Cæſarea.

Marcus Muſurus ſcripſit cod. nunc Regium 3317. anno 1500.

Martinus ſcripſit verſus aliquot Græcos ad calcem Gloſſarii Græco-Latini olim Sangermanenſis, imperante Carolo Calvo.

Mathuſalas Machir Monachus Sinaïtes multos Codices ſcripſit anno circiter 1550. qui nunc ſunt in Biblioth. Cæſarea.

Matthæus Sebaſtus Lampudes Peloponneſius codicem nunc Regium 3355.

De Sancta Maura, V. *Joannes.*

Maurianus, V. *Michaël.*

Maurici, V. *Michaël.*

Maximus Sacerdos: ejus juſſu ſcriptus eſt Menæum Græcorum anno 1127. nunc in Bibliotheca Regia.

Mazaris codicem nunc Regium 2779[2].

Meletius Monachus Eremita Codicem 4. Evangeliorum nunc Colbertinum dono dedit Monaſterio Deiparæ Hieracis undecimo ſæculo.

Metellus Sequanus cod. nunc Regium 2525.

Metrophanes Cathegumenus S. Deiparæ Peribleptæ, librum Theophylacti in 4. Evangelia, nunc Cæſareum, ſcribi curavit anno 1197.

Michaël Epiſcopus Curii: ejus juſſu ſcriptus videtur codex nunc Colbertinus Chryſoſtomi in Geneſim anno 1051.

Michaël Pſellus codicem nunc Regium 2591. XI. ſæculo.

Michaël ſcripſit opera Greg. Nazianzeni, nunc in Biblioth. Colbertina anno 1117.

Michaël Sacerdos Philes ſcribi curavit Codicem Joannis Damaſceni nunc Regium anno 1124.

Michaël Lullude ſcripſit codicem Pauli Æginetæ nunc Regium anno 1299.

Michaël Calophrena Sacerdos ſcripſit codicem Andreæ Cæſarienſis in Apocalypſin nunc Regium anno 1423.

Michaël alter ſcripſit partem codicis operum S. Ephræm nunc Colbertinum anno 1435.

Michaël Apoſtoles vel *Apoſtolius* ſcripſit Codices bene multos poſt captam anno 1453. Conſtantinopolin.

Michaël Maurianus cod. nunc Regium 2322.

Michaël Synadenus cod. nunc Regium 2800.

Michaël Suliardus Nauplius quamplurimos libros ſcripſit anno 1475. & ſequentibus.

Michaël Maurici codicem nunc Colbertinum quatuor Evangeliorum anno 1550.

Michaël Damaſcenus Cretenſis cod. nunc Regium 1899.

Michaël Contoleon cod. nunc Regium 2568.

Michaël Sophianus cod. nunc Regium, nempe Plutarchi vitam Ciceronis, ſcripſit anno 1560.

Michelotius, V. *Nicolaus.*

Muſurus, V. *Marcus.*

Mutius Tarani cod. nunc Regium 2075.

Nancelius, V. *Nicolaus.*

Nathanaël, V. *Joannes.*

Nathanaël Xenodochii Cralis Noſocomus Dioſcoridem nunc Cæſareum, curante Juliana Auguſta ſexto ſæculo ineunte ſcriptum, reſtaurari curavit anno 1406.

Nectarius Hieromonachus Hydruntinus ſcripſit Calliſthenem de vita Alexandri, cod. nunc Regium, anno 1469.

Neophytus ſcripſit cod. operum S. Maximi in Monaſterio Crypta-Ferratenſi, ubi nunc exſtat, anno 992.

Neophytus Encliſtus, ſive incluſus: ejus fuit codex nunc Colbertinus, ubi Joannis Climaci Scala.

Neophytus alter ſcripſit additamentum codici nunc Regio x. ſæculi longe recentiore manu.

Nicephorus cod. nunc Colbertinum, num. 250. dono dedit Lauræ Pauli XI. circiter ſæculo.

Nicephorus Tachygraphus ſcripſit Joan. Climaci Scalam anno 1286. codex exſtat in Bibliotheca Cæſarea.

Nicephorus Canavi cod. nunc Regium 2241.

Nicephorus Gregoras aliquot codd. nunc Regios circiter annum 1350.

Nicetas Protoſpatharius, S. Baſilii opera ſcripſit anno 967. Nunc in Biblioth. Colbertina.

Nicetas ſcripſit cod. nunc Laurentianum, pluteo IV. undecimo ſæculo.

Nicetas alter cod. nunc Regium 1968.

Nicodemus Monachus ſcripſit Dionyſii Haliçarnaſſei & aliorum opera ſæc. XV. Nunc in Laurentiana Biblioth.

Nicodemus cod. nunc Regium 3315.

Nicolaus Scriba, ejus juſſu ſcriptus eſt Nomocanon nunc Regius, anno 1105.

Nicolaus Triclinius ſcripſit cod. Herodoti nunc Laurentianum anno 1323.

Nicolaus Melitenſis ſcripſit cod. Dionyſii Areop. nunc Laurentianum, anno 1348.

Nicolaus Notarius σαγμάτων cod. nunc Regium, num. 3109.

Nicolaus Murmurius, ſive Peloponneſius, ſcripſit Hieroclem in Pythagorica carmina, cod. nunc Laurentianum, anno 1455.

Nicolaus Turriſanus vel *Turrianus*, cod. nunc Regium 2096.

Nicolaus

Nicolaus Blaſtus ſcripſit cod. Demoſthenis nunc Regium anno 1484.

Nicolaus Michelotius cod. nunc Regium 3239. anno circ. 1497.

Nicolaus Veſtiarita Grammaticus cod. Reg. 2542.

Nicolaus Nancelius Trachyæus ſcripſit Bryenii Harmonica, cod. nunc Reg. anno 1557.

Nicolaus Sophianus multos cod. nunc Regios ſcripſit anno circiter 1534.

Nicon: ejus juſſu ſcripta ſunt opera S. Ephræm anno 1023.

Nilus Abbas Crypta-Ferratenſis: ejus juſſu ſcriptæ ſunt Epiſtolæ Iſidori Peluſiotæ, anno 986. exſtant in Monaſterio Cryptæ-Ferratæ.

Nilus Hieromonachus ſcripſit cod. Chryſoſtomi in Paulum, nunc Cæſareum, anno 1445.

Nilus ſcripſit Gregorii Orationes: codex nunc Laurentianus eſt, non exploratæ ætatis.

Nobuno, V. *Georgius*.

Nomachlomus, V. *Demetrius*.

Origenes: ejus autographum exſtabat apud Apollinarium Cœnobiarcham ſeptimo circiter ſæculo.

Orlantus de Toco, ejus ſumtibus ſcriptus eſt codex nunc Regius Origenis in Job, &c. anno 1448.

Pachna, V. *Gennadius*.

Pachomius Albanites: cujus erat liber Aſtronomicorum nunc Cæſareus, ſcriptus anno 1429.

Pachomius Monachus multos cod. ſcripſit nunc in Biblioth. Regia, XVI. ſæc.

Padiatus, V. *Leo*.

Palæologus, V. *Demetrius*.

Pallas Stroza cod. aliquot nunc Regios, anno circiter 1440.

Pamphilus autographum Origenis, quod deinde fuit penes Apollinarium Cœnobiarcham, ſua manu emendavit, ut dicitur in nota Codicis ſeptimi circiter ſæculi.

Panaretus, V. *Coſmas* & *Joannes*.

Pancratius, V. *Manuel*.

Pantaleon Mamucas Chius, cod. nunc Regium, 2287.

Paphnutius Thyepolus ſcripſit cod. nunc Colbertinum, ubi Nicephori Calliſti, Chryſoſtomi & aliorum opera, anno 1568.

Pappadupolus, V. *Georgius*.

Paulus Monachus Cryptæ-Ferratæ ſcripſit Iſidori Peluſiotæ Epiſtolas, anno 986. qui Codex exſtat in Monaſterio Cryptæ-Ferratæ.

Paulus, ſcripſit cod. nunc Colbertinum Joan. Chryſoſtomi in Geneſim, anno 1051. Idem ipſe *Paulus*, ut videtur, cod. Regium 1055. S. Maximi. Is ipſe, ut creditur, cod. Evangeliorum Colbertinum, XI. ſæculi.

Paulus, ſcripſit cod. Theophylacti in Evangelia, nunc Cæſareum, anno 1197.

Paulus Sacerdos ſcripſit Menæum Græcorum Septembris nunc Colbertinum, anno 1509.

Paulus Colybas Methonenſis codicem nunc Regium Gennadii Scholarii in Judæos ſcripſit, anno 1511.

Pelecanus, V. *Theodorus*.

Pepagomenus, V. *Demetri*.

De Petruccis, V. *Antonellus.*

Petrus Patricius librum Theodoreti Græcarum affectionum Leoni Sapienti Imp. obtulit anno circiter 890.

Petrus Cretenſis Lexicon Suidæ nunc Laurentianum ſcripſit, anno 1422.

Petrus Hypſelas codices aliquot nunc in Biblioth. Regia, anno circiter 1497.

Petrus Faber Sanjorianus, cod. nunc Regium, anno 1570.

Petrus Cretenſis, in codice Laurentiano Thucydidis, pluteo LXIX. quæ initio deerant ſupplevit eodem circiter tempore.

Petrus Daclozaus Rhethymnæus codicem nunc Regium, anno 1558.

Philelphus, V. *Franciſcus.*

Philippus Dioptra ſcripſit anno 1095. codicem nunc Cæſareum.

Philotheus codicem operum Medicorum nunc Cæſareum ſua manu ſcripſit, anno 1529.

Phammengus, V. *Georgius.*

Phocas ſcripſit codicem Grammaticorum, nunc Regium, anno 1385.

Phocas Peloponneſiacus cod. Aſtronomicorum nunc Laurentianum emit 1485. qui codex ſcriptus fuerat anno 1429.

Phrialites, V. *Manuel.*

Politianus, V. *Angelus.*

Preſpinus, V. *Joannes.*

Pſellus, V. *Michaël.*

Pyropulus, V. *Alexius.*

Quichemus, V. *Vigilius.*

Rhacendytes ſcripſit codicem nunc Regium, num. 2474. anno 1405.

Rhacendytes, V. *Jeremias.*

Rhoſus vel *Roſus*, V. *Joannes.*

Sabas Monachus ſcripſit codicem nunc Bibliothecæ S. Salvatoris Bononienſis, ubi Prophetæ Minores & Daniel, anno 1064.

Salomon Notarius ſcripſit codicem quatuor Evangeliorum nunc Regium anno 1168.

Sanderus, V. *Bernardinus.*

Sarbandenus, V. *Leo.*

Scalidrus, V. *Baſilius.*

Schammatiſmenus ſcripſit codicem nunc Regium num. 3259.

Scordilus, V. *Zacharias.*

Scholarius, V. *Gennadius.*

Scottus, V. *Sedulius.*

Scutariota, V. *Joannes* & *Theodorus.*

Sebaſtus, V. *Matthæus.*

Sedulius Scottus, ſcripſit IX. ſæculo Pſalterium Græcè. Nunc exſtat in Monaſt. S. Michaëlis in Lotharingia.

Serbus, V. *Demetrius.*

Sguropulus ſeu *Syropulus*, V. *Demetrius.*

Silveſter Syropulus ſcripſit codicem nunc Regium Georgii Scholarii, anno 1448.

Simon Macroduca ſcripſit codicem nunc Cæſareum Joannis Actuarii de Methodo medendi, non explorato tempore.

Siſinnius Preſbyter ſcripſit codicem Joan. Chryſoſt. in Evangelia, anno

943. nunc in Monaſterio Dominicanorum S. Marci Florentiæ.

Sophianus, V. *Michaël* & *Nicolaus*.

Sophianus Romanus: ejus fuit Codex Pappi Alexandrini, nunc clariſſ. V. Baluzii, ſcriptus anno 1452. vel circiter.

Spanopulus, V. *Joannes*.

Staſinus, V. *Georgius*.

Staphida, V. *Joannes*.

Stephanus ſcripſit codicem nunc Monaſterii S. Germani ſæculo nono, complectentem vitas SS. Auguſti menſis.

Stephanus Hieromonachus ſcripſit Polybium, anno 1417. nunc in Bibliotheca Benedictinorum B. M. Florentiæ.

Stephanus alter ſcripſit codicem nunc Regium, num. 3444.

Stephanus Lector Evangeliſtarium nunc Colbertinum ſcripſit, anno 1553.

Strategus, V. *Cæſar*.

Stroza, V. *Pallas*.

Suliardus, V. *Michaël*.

Stylianus ſcripſit codicem Joan. Chryſoſtomi Homiliarum, nunc Regium, anno 939.

Simeon Carnanius vel *Acarnanius* ſcripſit codicem nunc Regium Gregor. Nyſſeni in titulos Pſalmorum, infimi ævi.

Syropulus, V. *Demetrius* & *Silveſter*.

Tampretas, V. *Theodorus*.

Tarmarius, V. *Andreas*.

Tarſitus, V. *Conſtantinus*.

Tartuzus, V. *Georgius*.

Theoctiſtus ſcriba Menæum menſis Novembris nunc Regium ſcripſit anno 1127.

Theoctiſtus (an idem) ſcripſit Menæum Aprilis pervetuſtum nunc Cæſareum, cujus ætatem & manum explorare non licuit.

Theodorus ſcripſit cod. Joan. Chryſoſtomi in Geneſim, nunc Colbertinum, XI. ſæculo.

Theodorus Docianus Simonis filius ſcripſit Codicem Dionis Chryſoſtomi, anno 1328. nunc in Monaſterio B. M. Benedictinorum Florentiæ.

Theodorus Notarius ſcripſit codicem nunc Regium, num. 3308.

Theodorus Sacerdos & Oeconomus Coronenſis cognomento Tampretas, codicem nunc Regium 2940.

Theodorus Sacerdos ſcripſit Cyrilli Lexicon, nunc Regium, anno 1380.

Theodorus Scutariotes Levita. Ejus fuit Codex nunc Baluzianus ubi Nicetæ Choniatæ Panoplia.

Theodorus alius ſcripſit Epiſtolas Zonaræ Glycæ, &c. Codicem nunc Regium, anno 1488.

Theodorus Pelecanus Corcyreus ſcripſit cod. nunc Regium de auro conficiendo, anno 1478.

Theodoſius Xylala Pſalterium elegantiſſime ſcriptum in Monaſterio quodam repoſuit, XI. ſæculo.

Theodoſius Notarius codicem hiſtoriæ Concilii Ferrarienſis & Florentini ſcripſit, nunc Cæſareum, anno 1563.

Theopemptus Lector & Calligraphus Epiſtolas Novi Teſtamenti cum Com-

mentariis, codicem nunc Regium, anno 1045.

Theophylactus Presbyter scripsit Acta Apostolorum : qui codex nunc est in Biblioth. Benedictinorum B. M. Florentiæ.

Thessalus, V. *Joannes.*

Thyepolus, V. *Paphnutius.*

Thomas Linacer codicem nunc Regium, num. 2142.

De Toco, V. *Orlantus.*

Tragudista, V. *Hieronymus.*

Trichas cod. nunc Regium num. 3259. anno 1428.

Triclinius, V. *Nicolaus.*

Tzycandyles, V. *Manuel.*

Turrisanus vel *Turrianus*, V. *Nicolaus.*

Valerianus Forolivienſis Canonicus Albini fil. ſcripſit cod. Euſebii Demonſtr. Evangelicæ, nunc Regium, anno 1543.

Vergecius, V. *Angelus.*

Vestiarita, V. *Nicolaus.*

Vigilius Quichemus cod. nunc Regium 2046. anno 1600.

Urceus, V. *Antonius.*

Xiphilinus, V. *Euthymius.*

Xylala, V. *Theodosius.*

Zacharias Scordilus, qui & *Maraphara* scripsit interpretationes Zonaræ in Canones, &c. Cod. nunc Regium, anno 1562.

Zenobius Acciaiolus ex Ordine Prædicatorum emendavit Codicem Aristotelis Ethicorum, anno 1504. qui Codex scriptus fuerat manu Joannis Rhosi Presbyteri Cretensis, anno 1476.

Zonaras, V. *Lucas.*

CAPUT IX.

De Regionibus & Locis ubi Græca scriptio frequentata fuit.

Florente priscorum Græcorum Republica, cum civitates singulæ suo jure suisque legibus viverent, ævo maxime Xerxis in Græciam expeditionem subsequente, libri multi a Græcis auctoribus unoquoque disciplinarum genere scripti, a Librariis exscripti sunt; a Græcis, inquam, tum ipsam Græciam occupantibus; tum Italis, Siculis, Asiaticis, Insularibus. At tam vetustæ scriptionis nullum, nisi in marmoribus & nummis, supereſt vestigium.

Prolato autem per Alexandrum magnum Græcorum Imperio, Ptolemæorum ope in Ægypto admodum floruere literæ Græcæ, admodum frequentata & culta Græca scriptio fuit, potissimum Alexandriæ, quæ Græca urbs erat : nam cæteris in urbibus & locis, præsertim remotioribus, priscus Ægyptiacæ linguæ usus permansit. Alexandria vero celebris Græcarum omnium μαθήσεων schola, elegantissimæque scriptionis Græcæ officina fuit : hinc illæ insignes Bibliothecæ Alexandrinæ *inæstimabiles*, ut ait Ammianus Marcellinus, quæ ad septingenta millia voluminum pertigisse feruntur. Neque etiam sub Imperio Romano Alexandriæ aliquid ex prisco illo lite-

rario ſplendore deceptum eſt, ſiquidem cum Domitianus, ut ait Suetonius, Bibliothecas incendio abſumtas reparare vellet, exemplaria undique petiit, miſitque Alexandriam, qui deſcriberent & emendarent. Hadrianus etiam in Epiſtola ſuperius memorata, inter artes quæ Alexandriæ colebantur chartæ conficiendæ operas maxime deprædicat. Firmus item Tyrannus, jam allato loco, ſe tantum chartæ in Ægypto habere dicit, quantum ſit alendis exercitibus ſatis: idque tertio jam vertente ſæculo. Quarto autem conſtans Auguſtus, cum Scripturæ ſacræ libros, eleganter & accurate ſcriptos, nanciſci vellet, πυκτία τῆς θείων γραφῶν a magno Athanaſio Alexandrino præſule petitum miſit, & accepit: quò videas ſcriptionis artem Alexandriæ maxime ſpectabilem fuiſſe. Quæ quidem ad irruptionem uſque Arabicam perduravit: Calligraphorum enim in obitu Mauricii Alexandriæ frequentiam fuiſſe ſubindicat Theophylactus Simoccata lib. 3. c. 8. teſtis oculatus. Sub hæc Arabes, annis circiter triginta poſt Mauricii cædem, Ægyptum occuparunt: deindeque paulatim ibi a priſco Calligraphiæ ritu & elegantia deſitum. Inde vero fit, ut inter innumeros pene Græcos Codices in Occidentis Bibliothecas exportatos, pauciſſimi ex Ægypto huc tranſmearint: quoniam remotioris ævi Codices plerique omnes vetuſtate perierunt, infimis vero ſæculis a primæva illa Græce ſcribendi frequentia multùm deflexerunt Alexandrini. Pari modo dixeris de Palæſtina, Phœnice, Syria & circumpoſitis Regionibus, quæ eodem pene tempore a Saracenis ſubactæ ſunt. Unde tamen exemplaria quædam, licet pauca, huc tranſmearunt.

Ut ad cæteras autem regiones veniamus: toto tempore quod inter Alexandri magni mortem & Romanum imperium intercurrit, apud alios Græciæ populos literarum Græcarum ſtudium, pariterque Græcæ ſcriptionis conſuetudo, maxime viguit: hinc illæ Attalorum Pergami, Apelliconis Teii Athenis, Bibliothecæ: utque compendii cauſa, cæteras tranſcurramus; Romæ Luculli, Aſinii Pollionis, Bibliothecæ publicæ ſub Domitiano, Ulpia Trajani; Herodis Attici Athenis; hæ inquam omnes Græcis libris refertæ Bibliothecæ, ac reliquæ apud Scriptores celebratæ, jamdiu funditus perierunt, ut nihil niſi nomen reſiduum ſuperſit.

Tranſlata vero Conſtantinopolim imperii ſede, iſtic item, uti ſolet, & literarum ſtudium, & ſcriptionis artificium a quinto Chriſti ſæculo ad excidium urbis, quod anno 1453. accidit, maxime viguit. Imperatorumque & Auguſtarum magnificentia, non excitandis modo ædificiis, ſed Bibliothecis etiam numeroſiſſimis comparandis, exſcribendis quoque ſumma elegantia cujuſvis diſciplinæ libris, ſeſe extulit. Hinc apud hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptores Imperatoriæ hujuſmodi Bibliothecæ paſſim celebrantur. Memoratur enim Auguſta ejuſmodi Bibliotheca ſub Baſiliſco Imperatore: itemque ſub Leone Iſauro libris innumeris referta prædicatur: ejuſque juſſu & opera in magnum rei literariæ detrimentum tota conflagravit.

Sub hæc colligendis conficiendiſque Codicibus operam dederunt Baſilius Macedo, Leo Sapientis cognomine nobilitatus, Conſtantinus Porphyrogenitus, præſertimque undecimo ſæculo Eudocia Macrembolitiſſa Auguſta, Conſtantini Ducæ conjux, eruditionis laude celebris, quæ Bibliothecam ſibi numeroſam collegit, Bibliothecam & ipſa edidit, Ionia nuncupatam, ubi deorum, heroum, ſcriptorum, & virorum illuſtrium hiſtorias compendio & Alphabetico ordine concinnavit: cujus hodieque apographum exſtat in

Bibliotheca Colbertina. Memoratur item ſuperius in cujuſdam Calligraphi ſubſcriptione ad annum 1276. Bibliotheca Imperatoria ſub Michaële Duca aliiſque Imperii conſortibus Auguſtis. Ex hiſce porro Auguſtis Conſtantinopolitanis Bibliothecis, quædam in Occidentalibus iſtis partibus, etſi tenues, reliquiæ ſuperſunt; in Bibliotheca Cæſarea nimirum Codex ille perelegans Dioſcoridis, Julianæ Auguſtæ juſſu ineunte ſexto ſæculo deſcriptus ac picturis exornatus: in Regia Codex Gregorii Nazianzeni ad uſum Baſilii Macedonis mira elegantia exaratus, auro undique fulgens, ac quadraginta-quinque depictis Tabulis nobilitatus: cui forte adjungi poſſit pulcherrima illa catena in Pſalmos picturis item & auro fulgens, nullatenus exeſa vetuſtate, etſi ſæculo decimo conſcripta fuerit: quæ vere Auguſtam præfert magnificentiam. In Colbertina Codex parallelorum ſive Collectio quæſtionum moralium, pro Eudociæ Auguſtæ Macrembolitiſſæ Bibliotheca nitide & eleganter deſcriptus, ut in lambis auro illitis initio poſitis enarratur. Horum vero omnium ſpecimina inferius dabuntur. Nec dubito alios multos in Occidentalibus Bibliothecis eſſe ex Auguſtorum Muſeis eductos, qui vel ignoti nobis ſunt, vel notam non ferunt; aut ſi aliquando tulerint, eam abſciſſis primis poſtremiſve foliis penitus amiſerunt.

Nec modo in Auguſtorum Bibliothecis Conſtantinopolitanis, ſed etiam in aliis per urbem Eccleſiarum, Monaſteriorum, Virorum illuſtrium, libri bene multi fuerunt, quorum pars modica ſimili ſorte, maxime vero poſt urbis excidium, in Occidentem tranſlata fuit. Nec paucos hujuſmodi obſervamus in Bibliothecis noſtris, qui loci notam ferant, licet multo plures ſint, qui memoratis de cauſis nota & ſubſcriptione vacui ſint. Ut obſerves igitur in notis & ſubſcriptionibus ſupra Chronici more poſitis, educti feruntur Codices aliquot ex his Conſtantinopolitanis Eccleſiis ac Monaſteriis; ex Xenodochio Cralis ſive Serviæ Regis; ex Monaſterio τῶν ἱερέων ſive Sacerdotum aliquot; ex Monaſterio S. Lazari; ex Monaſterio Deiparæ τῶν ὁδηγῶν, ſive Hodegetriæ, tres Codices; ex Monaſterio S. Salvatoris Rhadenorum; ex Monaſterio Prærurſoris proxime Aëtii Ciſternam, olim Petra dicto, tria exemplaria; ex Monaſterio Deiparæ Peribleptæ ſive conſpicuæ, cujus Monaſterii Monachus erat Euthymius Zygabenus, Panoplia ſua aliiſque operibus nobilitatus. Ex Monaſterio Manganorum, quo ſeceſſit depoſita purpura, Joan. Cantacuzenus Imperator, Monaſticum habitum induit, ac mutato nomine Joaſaph deinde dictus eſt. Ex Monaſterio S. Mariæ κεχαριτωμένης, ſive Gratia-plenæ, Typicum pro Monialibus, qui poſtremus liber propria Irenes Auguſtæ uxoris Alexii Imperatoris manu ſubſcriptus fuit anno circiter 1114. eſtque jam in Bibliotheca Regia.

In vicinis item Conſtantinopoli locis & Monaſteriis Bibliothecæ & Codices fuerunt, imo exſtant hodieque non pauci; nimirum in Monaſterio S. Trinitatis in inſula Chalce proxime Conſtantinopolim ſuperſunt Codices, quorum Catalogum penes me habeo, multo plures autem inde diſtractos fuiſſe vero ſimile eſt. Inſulæ Chalcæ ejuſque Codicum meminit Martinus Cruſius in Turcograecia, p. 512. Ex urbibus item Aſiaticis Smyrna, Epheſo, ex vicinis inſulis Chio, & Papho, maximeque omnium ex Cypro exportatos in Europam Codices videas in ſubſcriptionibus ſupra poſitis.

Si ad oppoſitam maris Ægei oram tranſmittamus, primus proxime Propontidem occurrit mons Athos: cujus Monaſteria inſignes ſunt ſcriptionis

Græcæ officinæ, Joannes quippe Comnenus in Deſcriptione montis Atho, vel Athonis, ut vocat ipſe, quam anno 1701. in Valachia edidit, in Præfatione ſua hæc habet ex Græco Latine verſa: *Illic videbis libros bene multos pervetuſtos, omnes manu ſcriptos, quorum plurimi nondum editi ſunt, omni ſapientia, ſcientia divina ac ſublimibus ſententiis pleniſſimos; libros inquam tam Theologicos, quam alterius cujuſvis diſciplinæ magno numero.* Et in Deſcriptione Monaſterii S. Athanaſii magnæ Lauræ, eodem in monte ſiti, hæc habet: *Supra Narthecem autem eſt Bibliotheca mirabilis: in qua reperiuntur libri varii antiqui, manuſcripti pretioſiſſimi, a viris ſapientibus & eruditis editi.* De Aſceteriis vero ac de Templo S. Annæ, hæc habet, de Eremitis & Aſcetis verba faciens: *Et alii quidem ſunt Calligraphi, alii libris compingendis vacant: alii Pſaltæ ſunt.* De inſigni Monaſterio Batopedii hæc enarrat: *Supra Narthecem eſt Bibliotheca opulentiſſima: habetur item altera Bibliotheca, in Scevophylacio, ſeu vaſorum receptaculo, libris multis & utiliſſimis inſtructa.* De Monaſterio Iberorum talia fatur: *Bibliothecas in tribus locis habet opulentiſſimas, multis utilibuſque libris veteribus & novis inſtructas: Chryſobulla, ſive aureas Bullas multorum Imperatorum, Patriarcharum & Authentorum, ſpectabiliſſimas.* De Monaſterio item Dionyſii hæc habet: *Habet Monaſterium Bibliothecam ditiſſimam*, & Chryſobulla item hoc in Monaſterio ſpectabilia videri narrat. Hanc deſcriptionem ſex ab hinc annis ſuis ſumtibus edidit Joannes Comnenus Medicus in Valachia, multo tempore in Atho commoratus, curatque ut liber ille ſuus non vænum detur; ſed amicis ſolum offerre ſolet: quem cum à Græco quodam Corcyræo acceperim, & probantibus amicis luce digniſſimum cenſeam, ad calcem hujus Palæographiæ edi curabo. Multa certe præfert non minus ignota, quam ſpectabilia & lectu jucunda. Cæterùm cum Bibliothecæ montis Atho integræ & intactæ manſerint, nihil mirum ſi inter ſubſcriptiones nulla ad hunc montem pertineat: nec unum quidem hactenus vidi Codicem in monte Atho ſcriptum.

In Eubœa inſula, quam ſupra videas decimo & poſtea quarto-decimo ſæculo Εὔριπον, a celebri illo Εὐρίπῳ vocari, unde *Negrepont*, hodiernum apud Europæos nomen, ortum eſt; ibi inquam eleganter olim exſcriptum fuiſſe ſuadent duo Codices in Bibliotheca S. Marci Florentiæ aſſervati, quorum ſubſcriptiones ſupra dedimus; eorum alius decimi, decimi-quarti alius ſæculi eſt. Athenis paucos in Bibliothecas noſtras Occidentales tranſlatos Codices vidimus. Nam illa celebris olim literarum & literatorum ſedes, mirum quantum degeneraverit a priſca dignitate & elegantia. Ex Peloponneſo multi in Bibliothecas noſtras Codices manuſcripti advecti ſunt, multique in Italia Calligraphi Peloponneſiaci exſcribendis libris vacarunt, ex Methone videlicet, Nauplio, Monembaſia, Lacedæmone, quæ nunc Miſithra dicitur. Infimis vero ſæculis Peloponneſii ſeſe Μουρμύρους, *Murmures* nuncupant, a Morea orto vocabulo. Memoratur item ſuperius Bibliotheca Georgii Comitis Corinthii Monembaſiotæ, quæ prius Marci Mamunæ Cretenſis fuerat.

In Creta, infimis præſertim ſæculis, admodum floruit Græca ſcriptio. Iſtuc poſt captam patriam receptum habuit Michaël Apoſtoles Byzantius, pater Arſenii Monembaſiæ Archiepiſcopi: quò etiam confluxerunt multi alii extorres Græci, ut ait Martinus Cruſius in Turcogræcia. Profugus autem Michaël Apoſtoles libris exſcribendis victum parabat, multa ejus manu ſcripta exemplaria habentur per Italiam, nec pauciora in Bibliothecis noſtris. Ex

Creta item oriundi erant insignes Calligraphi, Antonius Damilas, Mediolanensis dictus, quia Mediolani diu consedit, Joannes Rhosus Presbyter, qui innumeros prope Codices scripsit, Marcus Andreæ filius, Petrus item Cretensis, Angelus Vergecius, Zacharias Presbyter, dictus Maraphara, aliique bene multi, quos recensere longum esset.

In Calabria & Regno Neapolitano, Græca vigente lingua, innumeri Codices descripti sunt: quorum festivam copiam vidi & evolvi Romæ in Monasterio S. Basilii, favente viro clarissimo Reverendissimo Petro Mennitio, Basiliani Ordinis Præfecto Generali. Codices autem isti magna pars eleganter & accurate descripti sunt, nec audiendi illi, qui nullo, vel saltem modico facto rei experimento, Codices Græcos in Calabria scriptos cæteris minus accuratos esse temere dicunt. Centum quinquaginta vidi in memorata Basilianorum Bibliotheca, aliquot exscripsi, omnes evolvi, nullosque alibi emendatiores reperi. Quia vero in Monasteriis maxime S. Basilii ejusmodi Codices aliique in variis Bibliothecis supra memorati descripti sunt, non ingratum Lectori erit si Monasteriorum S. Basilii Calabrensium & Neapolitanorum hic Catalogum adtexamus, qualem excerpsimus ex Actis visitationis per Marcellum Terracinam Archimandritam anno 1551. factæ.

Monasterium S. Joannis Theristi de Stilo omnium caput est.
Monasterium S. Petri de Arena Melitensis Diœcesis.
Monasterium S. Basilii Scamardi.
Monaste ium S. Mariæ de Lovito Melitensis.
Monasterium S. Salvatoris de la Chilena.
Monasterium SS. Nicomedis & Heliæ de Galatrano.
Monasterium S. Mariæ de Molochi.
Monasterium S. Heliæ & S. Philareti de Seminaria Melitensis D.
Monasterium S. Joannis de Lauro.
Monasterium S. Phantini de Seminaria.
Monasterium S. Mariæ de Toxa (vel Joxa.)
Monasterium S. Heliæ de Spelunca.
Monasterium S. Mariæ de Trizoni.
Monasterium S. Bartholomæi de Trigoni de Cinopoli Melitensis D.
Monasterium S. Joannis de Castagneto Diœcesis Rhegiensis.
Monasterium S. Martini de la Messa.
Monasterium S. Salvatoris de Calanda.
Monasterium S. Coni de Flumare de Muro.
Monasterium S. Salvatoris de Calameno.
Monasterium S. Dominicæ de Galligo.
Monasterium S. Nicolai de Calamissa.
Monasterium S. Mariæ de Tarreto.
Monasterium S. Mariæ de Trapezomecha Rhegiensis D.
Monasterium S. Philippi.
Monasterium S. Joannis Theologi.
Monasterium S. Antonii de Campo.
Monasterium S. Angeli de Valle Tucchi.
Monasterium S. Mariæ de Pergolis.
Monasterium S. Phantini subtus sanctum Laurentium.
Monasterium S. Mariæ de Trideti juxta Mottam Boccalinam.

Monasterium

Monaſterium S. Nicolai de Prato.
Monaſterium S. Philippi de Hierace.
Monaſterium S. Blaſii de Mammola.
Monaſterium S. Nicodemi de Mammola Melitenſis D.
Monaſterium S. Gregorii de Staldati.
Monaſterium S. Mariæ de veteri Squillacio.
Monaſterium S. Nicolai de Magliotis.
Monaſterium S. Mariæ de la Carra.
Monaſterium S. Catharinæ de Motta Salucca.
Monaſterium S. Angeli de Firiolo.
Monaſterium S. Leonardi de Catanzaro.
Monaſterium S. Mariæ de Peſaca.
Monaſterium S. Nicolai de Buccitano.
Monaſterium S. Baſilii della Torre.
Monaſterium S. Mariæ de Patirio, ſive *de lo Patire*, Roſcianenſis D.
Monaſterium S. Adriani Roſcianenſis.
Monaſterium S. Heliæ.
Monaſterium S. Laurentii de Arenis Melitenſis D.
Monaſterium SS. Petri & Pauli de Ciano Melitenſis D.
Monaſterium SS. Onuphrii Melitenſis D.

Diœceſin addidimus ubi aderat in exemplo. Horum porro Monaſteriorum bene multa jam deſerta & Monachis vacua ſunt, plurimaque anno 1551. deciderant, ut in Actis viſitationis ſupra memoratis enarratur.

Monaſterium item Crypta-Ferratenſe Ordinis S. Baſilii eſt, & clara fuit olim Græcæ ſcriptionis officina, ut in ſubſcriptionibus allatis ſupra non infrequenter obſerves. In reliquis Italiæ partibus jam decimo-quarto ſæculo Græcæ linguæ ſtudium excitatum eſt, decimo-quinto autem vehementer promotum & auctum, accedentibus deinde poſt captam Conſtantinopolin Græcis eruditione conſpicuis, ad culmen pervenit.

In Sicilia pariter vigente Græca lingua multi Codices exſcripti feruntur. Adſunt illic hodieque non pauci, potiſſimum vero in Bibliothecis Baſilianorum. Ex iis aliquot memorantur in ſubſcriptionibus ſuperius Chronologico ritu concinnatis. Alios autem haberi qui notam non ferant conjectare liceat : quod de aliis quoque regionibus cenſendum. Etenim omnia ſingulatim per Europam exemplaria Græca evolvere & explorare non humanæ facultatis eſſet : nam præterquam quod & otium & occaſio non pro voto ſemper offeruntur; multi ſunt qui præclare actum putant, ſi quos penes ſe habent manuſcriptos libros occultent, & ſtudioſorum conſpectibus ſubducant : quod errore ducti putent, Codices, ſi quidem noti ſint & publico uſui pateant, pretium amittere; contra verò pluris haberi, ſi lateant : ut mittam alios, qui deteriore animo perquirentium diligentiæ obſiſtunt.

Cæterum in omnibus variarum regionum, provinciarum & locorum Codicibus eamdem Characteris formam advertimus, exceptis Ægyptiacis ad Coptorum ritum ſcriptis, qui inſolenti modo exarati ſunt; ut videas infra ad nonum ſæculum in Dioſcoridiano Codice Regio, & in altero inferioris ævi. Priſca vero ſcriptio Ægyptiaca, qualis habetur in Codice Alexandrino, nunc Anglicano, cum aliis paris circiter ætatis omnino conſentit; in exemplaribus videlicet Charactere unciali quadro & rotundo, cujuſmodi

obſervatur in Codicibus ante ſeptimum & octavum ſæculum exaratis. Poſterioribus vero ſæculis pauciores Græci, vulgari Græcorum manu & forma in Ægypto ſcripti, habentur. Longe diverſus item Græce ſcribendi modus occurrit in Codicibus, qui in Eccleſia Latina a Latinis ſcripti ſunt; utpote peregrinæ linguæ hominibus, ut animadvertas infra in Codice Sedulii Scotti, & in Laudunenſi, quorum ſpecimina damus in fine libri tertii: in alphabetis item Europæis quæ inferius in ſpeciminibus habentur. In cæteris vero, ut jam dixi, regionibus; imo etiam in Calabria & Sicilia, una deprehenditur ſcribendi ratio; in iis ſcilicet, quæ hactenus vidi exemplaribus: de cæteris enim nulla æſtimandi facultas.

PALÆOGRAPHIA GRÆCA,

LIBER SECUNDUS.

DE ORIGINE LITERARUM GRÆCARUM, & de progreſſu earumdem ad uſque quartum a Chriſto nato ſæculum.

CAPUT PRIMUM.

De ortu Literarum Græcarum ex Phœniciis, cum ſchemate omnium priſcæ formæ Characterum.

CONCORS pene veterum Scriptorum opinio eſt, Græcos a Phœnicibus literas eſſe mutuatos, & ante Cadmi ætatem, (florebat autem Cadmus Agenoris filius, ut putatur, tempore Joſuæ, annis circiter ante Chriſtum natum mille quingentis,) nullas apud Græcos extitiſſe literas, ipſiſque ne notam quidem ſcribendi artem fuiſſe. Cadmus igitur cum Phœnicibus ſociis ex Phœnice profectus, in Græciam tranſmiſit, in Bœotia ſedes poſuit, illiteratis antea Græcis Phœnicias literas tradidit nominaque literarum, quæ ad noſtram uſque ætatem, nullo pene admiſſo diſcrimine, perſeverant. Neque modo Characterum uſum edocuit; ſed etiam incultam prius gentem variis utilium diſciplinarum præceptis informavit. Id vero narrat antiquiſſimus Scriptorum Herodotus in Terpſichore, Capite 58. Οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι, οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, τῶν ἐστὶ οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλα τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτῃσι τῇσι χώρῃσι, ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας· καὶ δὴ καὶ γράμματα σφεας ἔοντα τοῦτο Ἕλλησιν, ὡς ἐμοὶ δοκέειν. Hoc eſt: *Phœnices autem iſti, qui cum Cadmo advenerunt, quorum Gephyræi fuere, multas in Græciam diſciplinas introduxerunt; imo etiam literas, quæ apud Græcos, ut mihi videtur, antea non fuerant.* Et primo quidem Græci formam & ſonum literarum, qualem à Phœnicibus acceperant, ſine ulla mutatione in uſu habuerunt; progreſſu vero temporis, uti ſolet accidere, tum quod ad ſonum tum quod ad formam literarum, varie-

tatis aliquid advectum est. Qua de re ibidem Herodotus: πρῶτα μὲν τοῖς γε ἅπασι τοῖς χρέωνται Φοίνικες· μετὰ δὲ, χρόνου προβαίνοντος, ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸ ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων. περιοίκεον δὲ σφέας τὰ πολλὰ τῶν χώρων τοῦτον τὸν χρόνον Ελλήνων Ἴωνες. οἱ παραλαβόντες διδαχῇ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μεταῤῥυθμίσαντές σφεων ὀλίγα, ἐχρέωντο· χρεώμενοι δὲ ἐφάπαντο, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε, ἐσαγαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα, Φοινικήια κεκλῆσθαι. Id est: *Et primò quidem illæ extiterunt, quibus omnes Phœnices utuntur: progressu temporis una cum sono mutaverunt & modulum literarum. Ea vero tempestate in plerisque circa locis eorum accolæ Iones erant: qui cum a Phœnicibus literas edidicissent, formâ paucarum quarumdam ad ritum suum immutatâ, iis utebantur, & utentes edixerunt, ut æquitas etiam postulabat; cum Phœnices eas in Græciam introduxissent, Phœnicias esse nominandas.* Ex hisce porro dictis colligas, veteres illas Ionicas literas, aliquantum diversas fuisse a Phœniciis, contra quam opinatus est Josephus Scaliger, qui Inscriptiones Tripodum ab Herodoto relatas, se ad Phœnicium scribendi modum, sive ad Cadmearum literarum formam, revocasse putavit, cum inscriptioni Ionicæ nunc Farnesianæ prorsus similes expressit. Nam fatemur quidem aliquantum similes Phœniciis extitisse Ionicas illas literas, quas nunc in Baudelotiano & Farnesiano marmore observamus; verum in quibusdam literis, ut habet Herodotus, aliquid intererat discriminis, quemadmodum hodieque inter Samaritanas & priscas illas Ionicas literas, quæ supersunt, aliquid dissimilitudinis intercedit: imo etiam Ionicæ ipsæ in diversis monumentis nonnihil inter se variant, ut jamjam observabitur. Enimvero cum Herodotus de priscis illis literarum Phœnicarum sive Cadméarum formis, quas æri ante bellum Trojanum incisas se vidisse testificatur, verba facit; ex parte tantum Ionicis similes ait, ac in usu suo tempore non fuisse indicat: contra vero Ionicæ literæ, quales habentur in supradictis marmoribus, etiam post Herodoti ætatem ad monumenta saltem publica usurpabantur. Hæc autem de Cadméis literis adjicit ibidem Herodotus: Γ'δον δὲ καὶ αὐτὸς Καδμήια γράμματα ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ισμηνίου ἐν Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν, ἐπὶ τρίποσί τισι ἐγκεκολαμμένα, τὰ πολλὰ ὁμοῖα ἐόντα τοῖσι Ιωνικοῖσι· ὁ μὲν δὴ ἕνα τῶν τριπόδων ἐπίγραμμα ἔχει,

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

Id est: *Quin ipse vidi apud Thebas Bœotias in Ismenii Apollinis templo, literas Cadméas in tripodibus quibusdam incisas, magna ex parte consimiles Ionicis. Quorum tripodum unus habet,*

Obtulit Amphitryon me gentis Teleboarum.

Hæc autem inscriptio, ut habet ibidem Herodotus, posita fuit tempore Laii; id est, annis circiter centum post advectas in Græciam a Cadmo literas. Binas item alias ejusdem circiter ævi inscriptiones adfert, atque ita pergit Herodotus: ἕτερος δὲ τρίπους ἐν ἑξαμέτρῳ τούτῳ λέγει.

Σκαιὸς πυγμαχέων με ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
Νικήσας ἀνέθηκε τέην περικαλλὲς ἄγαλμα.

Σκαιὸς δ' ἂν εἴη ὁ Ἱπποκόωντος· εἰ δὴ οὗτος γ' ἐστὶ ὁ ἀναθεὶς, καὶ μὴ ἄλλος τοῦτο ὀνόματα ἔχων τῷ Ἱπποκόωντος, ἡλικίην κατ' Οἰδίποδα τὸν Λαΐου. τρίπους δὲ τρίποδας λέγει καὶ οὗτος ἐν ἑξαμέτρῳ.

Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
Μοιραγέτῃ ἀνέθηκε τέην περικαλλὲς ἄγαλμα.

Ἐπὶ τούτου δὲ τοῦ Λαοδάμαντος μοιραγέτεος ἐξαναστάντα Καδμεῖοι ὑπ' Ἀργείων.

Hoc eſt : *Alter tripus Hexametro carmine ait,*

Scæus in aſſueto pugilum certamine victor
Me tibi ſacravit, ſpecioſum munus, Apollo.

Scæus autem hic, Hippocoontis filius fuerit : ſi tamen hic eſt qui tripodem dicavit, & non alius Hippocoontis filio cognominis, circa ætatem Oedipodis Laii filii. Tertius tripus, & is Hexametro carmine, ait :

Laodamas iſtum tripodem ſua in urbe Monarchus,
Hoc inſigne decus, tibi magne dicavit Apollo.

Hoc Laodamante Eteoclis filio monarchiam obtinente, ejecti ſunt Cadméi ab Argivis. Hæc omnia autem, Troiana tempora anteceſſerunt.

His Herodoti dictis accinunt Zenodotus de Zenone apud Diogenem Laërtium, Plinius, Plutarchus, Clemens Alexandrinus, aliique complures. Nec deſunt tamen qui Cecropi aut Lino advectarum literarum gloriam adſcribant. Verum præterquam quod longe anteponendum videtur Herodoti teſtimonium, qui etiam ex vetuſtiſſimis monumentis narrationem confirmat ſuam, ipſeque omnium antiquiſſimus ſcriptorum eſt; ære perennius documentum ſupereſt vel ex nominibus literarum, quæ in utraque lingua, Phœnicia videlicet & Græca, eadem prorſus ſunt : unde etiam literæ illæ a Cadmo in Græciam advectæ, Cadméæ vocabantur, ut cernere eſt in allato Herodoti loco, ſive etiam, Φοινικικὰ σήματα Κάδμου, *Phœnicia Cadmi ſigna.* Et alioquin literarum forma eadem pene in utraque lingua deprehenditur. Cæterum quæ de Cadmo feruntur, ut μυθικῷ tempore geſta, plerique in dubium vocant, neque pluris habenda putant, quam veteres alias Græcorum fabulas. Alii forte veriſimilius putant, vocem Cadmus a קדם deſumtam, non viri cujuſdam proprium nomen eſſe; ſed orientalem nationem ſignificare, cujuſmodi erant Phœnices reſpectu Græcorum : hinc que factum eſſe ut Thebani apud Homerum Iliad. IV. Καδμείωνες vocentur, & quod obſervatu dignum, inter Phœnicias gentes in libro Joſue memorantur קדמוני, *Cadmonii*, vel *Cadmeoni*, ipſiſſimum ſane cum Homerico nomen. Verum hæc ulterius perſequi majoris otii & conſilii eſſet : quare miſſis aliis, quæ hac de re pluribus expendere & diſquirere poſſemus, hoc unum nobis ſufficiat, nempe Græcas literas Phœniciæ originis eſſe, quod neminem puto inficias iturum.

Hæ autem literæ numero ſexdecim a Cadmo primùm allatæ feruntur, A, B, Γ, Δ, E, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, Σ. T. Υ. quibus Trojano bello quatuor adjecit Palamedes, nempe, Θ, Ξ, Φ, X, totidemque diu poſtea Simonides Melicus, videlicet, Z, H, Ψ, Ω. Nonnulla tamen varietas obſervatur de literarum a ſingulis advectarum numero; diverſe item narratur de tempore, deque iis qui literas advexerunt. Verum conſtat illas, ſive prius ſive poſterius a quibuſcumque tamdem allatas, ex Phœniciis characteribus quantum licuit expreſſas fuiſſe. Quod ad illos vero qui literas quaſdam poſt Cadmum intulerunt, cum alii Palamedi, & Simonidi; alii aliis id referant, ei ſtandum videtur opinioni, quæ plurium & antiquiorum narratione aſſeritur : cum nulla alia ſuperſint monumenta quibus rei veritas declaretur, & de quibuſlibet fere priſcæ vetuſtatis inventis paria ſint hiſtoriarum divortia.

Si fides ſit Euſebio, Olympiadis XCIV. anno quarto, *Athenienſes* XXIIII. *literis uti cœperunt, quum ante* XVI. *tantum literas haberent.* Is autem annus

incidit in 400. circiter ante Chriſtum : & tamen jam multis ante annis Olympiade videlicet 82. vel 83. Cippus Athenienſis Baudelotianus erectus fuit, ubi literæ viginti, demto etiam H, qui pro ſpiritu non pro litera uſu venit, numerantur. Quare vel labitur, ut perſæpe alias, Euſebius; vel dicamus oportet jam advectum literarum uſum, nec ita conſtanter adhibitum, decreto publico tunc firmatum eſſe. Cæterum etſi Herodotus non notet priſcas Ionicas literas, more Phœniciarum, unde ſumſerant originem, a dextera ad lævam ſcriptas fuiſſe; eo tamen modo interdum a Græcis ſcriptitatum fuiſſe dicit Pauſanias lib. v. de inſcriptione & nomine Agamemnonis loquens, in quadam teſſera ſive ſorte a dextris ad lævam exarato, γέγραπται δὲ καὶ τοῦτο ὅπῃ τὰ γράμματα ἐκ δεξιῶν. Ait idem Pauſanias a Græcis nonnumquam βυϛροφηδὸν ſcriptitatum fuiſſe, quod ita fieri ſolebat, ἀπὸ τῆς ὥρας τῆς ἔπους ὑποστρέφῃ τὴν ἐπῶν ὁ δεύτερος, ὥσπερ ἐν διαύλῳ δρόμῳ. *A fine verſus ſuperioris fit converſio ſecundi verſus, quaſi in diauli curſu.* βυϛροφηδὸν autem dicitur a ſimilitudine boum arantium, qui poſtquam ſulcum fecerunt, retroverſi alium ducunt. Verum hæc ſcribendi genera vetuſti rarique admodum uſus fuere, ita ut nulla eorum ſuperſint veſtigia.

Phœniciarum porro literarum formam ex libris & numiſmatibus Samaritanis ediſcimus. Iiſdem vero characteribus omnes olim & Chananæi, in quibus Phœnices computantur, & Hebræi, ut plerique putant, ſunt uſi: eodem modo ſcribunt hodieque pauci illi Samaritani, qui ſuperſunt. Libri vero Samaritani, & quidem nonnulli remotæ vetuſtatis, (ac nominatim ille Bibliothecæ Ambroſianæ Mediolanenſis,) exſtant in variis Europæ Bibliothecis, unde prodierunt editiones illæ, quæ omnium manibus teruntur. Habentur item nummi non pauci in variis Europæ Muſeis, Samaritanis ſeu Phœniciis literis inſcripti, quorum plerique ad tempus Macchabæorum ſpectant. Cum iis item nummis admodum quod ad literarum quarumdam formam conſonant numiſmata Sidoniorum, ubi quæ Phœnicio charactere ſcripta ſunt, Græcè item adſcribuntur, ut obſervavimus in Diario Italico, p. 365. ex nummo Mediceo, in cujus antica facies Demetrii; in poſtica vero, prora navis, cui ſuperſcribitur ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, *Regis Demetrii* : ſub prora autem legitur, ΣΙΔΩΝΙΩΝ, & Phœnicibus literis 𐤑𐤉𐤃𐤍𐤉 Hebraïcè צידני. Putabamus olim hic primam a dextris literam quæ 𐤑 Hebraïcum ſat exprimit, pro ש poſitum fuiſſe: verum non abs re dicatur vere 𐤑 eſſe, & ſequentem literam ש, legendumque eſſe לצדון *Sidonis*, aut, *Sidoni*. Si vero prima litera *Tſade* ſit, & ſequens *Iod*, dicendum erit *Iod* in duobus aliis Sidonis nummis, qui per quatuor tantum literas ſcribuntur, quieſcere, & in Mediceo tantum exprimi *Sidon.* Duo item nummi exſtant in eximio Cimeliarchio Illuſtriſſimi Domini Foucaut, ubi Sidon item Græco & poſtea Phœnicio Charactere ſcribitur: quorum alter ſic habet 𐤑𐤃𐤍𐤌 ; alter vero ſic, 𐤑𐤃𐤍𐤐. Prima vero litera in tribus ſupra laudatis Phœniciis nummis varie prorſus ſcribitur, neque mirum, cum in nummis quoque Samaritanis litera *Tſade* tam diverſe delineetur, ut vides in ſchemate ſequenti. *Daleth* in tribus nummis Phœniciis eodem penitus modo exaratur, ac cum Samaritana forma aliquatenus conſentit; verum Samaritana angulo ſic 𐤃, Phœnicia ſemicirculo clauditur hoc modo 𐤃 : utramque vero formam a principio Græci cooptarunt, nimirum Δ, & D. demta utrobique lineola, quæ in altera

ſemicirculum clauſum; in altera vero triangulum excedebat. Prima quippe Græca forma vulgaris ſemper uſus fuit; ſecunda item priſcæ vetuſtatis eſt, licet rarioris uſus, ut infra commonſtratur: illamque unicam formam uſurparunt Latini, qui rotundiore figura delectabantur, ut mox dicemus: nam pro Γ, C; pro Γ, P; pro ϟ, S adhibuerunt. *Vau* in tribus Phœniciis nummis ejuſdem pene figuræ eſt: in ſecundo tamen tranſverſa linea duplicatur. *Nun* eamdem pene formam in tribus habet, exceptis apicibus & lineolis ſuperne poſitis: nam in alio unica, in alio duæ, in alio tres lineolæ ſuperiori lineæ imponuntur, ſic 4 4 4; in Samaritanis vero nummis, unica tantum lineola in quibuſdam formis ſupra ponitur.

Literas Græcas cum Samaritanis & Phœniciis jamdiu contulit vir ſummus Joſephus Scaliger, animadverſ. in Chronica Euſebii, Monumentis ad utramque linguam uſus, quæ tum temporis exſtabant. Exinde vero longe plura nacti ſumus, & antiquiora, queis & Samaritanarum & Græcarum literarum variæ formæ deprehenduntur. Pro Samaritanis enim non paucos libros evolvimus, qui tamen pro literarum ſchemate non uſque adeo variant: ſecus autem in nummis ubi characterum longe diſſimiles figuræ obſervantur. Ex ſchedis vero clariſſ. viri Toinardi τῦ μακαρίτυ non pauca decerpſimus. Is enim, ut ſtudiis noſtris opportunus erat, omnia luſtranda permiſit. Opus autem Toinardi in nummos Samaritanos publicis votis expetunt, quotquot antiquitatis ſacræ amore tenentur: aſſidua quippe tractatione & diuturno uſu rem Samaritanam nummariam admodum illuſtraverat. Ejus autem de re nummaria Samaritana opuſculum propediem, ut ſperamus, lucem videbit. Unum ad operis coronidem deſiderabatur, ut R. Azariæ caput totum de literis Samaritanis latine verteretur; id enim nondum, quod quidem ſciam, præſtitum fuerat. Hanc nos provinciam ſuſcepimus, totumque Azariæ caput latine fecimus, formas vero ab eodem allatas, accurate delineavimus in Tabula ſequenti.

De Samaritanis literis quæſtio movetur, utrum videlicet Scriptura ſacra ante Babylonicam captivitatem Samaritano charactere apud Hebræos exarata fuerit; an Hebraïco hodierno. Rem a multis ultro citroque ſtantibus agitatam hic paucis tangere libet. Pro priore ſententia ſtant Origenes in Fragmento inſigni nondum, quod ſciam, edito, in Collectione Hexaplorum propediem edendo; Hieronymus Præfatione in Libros Regum, vetereſque Rabbini; ex recentioribus vero Joſeph Scaliger, qui adverſæ ſententiæ viros acriter nec ſine convitiis aggreditur, pugnatque literas Judaïcas hodiernas ex Syriacis vel Aſſyriis novatas depravataſque fuiſſe; Phœnicias vero ſive Samaritanas in uſu apud Hebræos fuiſſe ante captivitatem. Locus autem Origenis hæc habet de Tetragrammo, ſive nomine Dei quatuor literarum יהוה: καὶ ἐν τοῖς ἀκριβέσι τῶν ἀντιγράφων Ἑβραϊκοῖς ἀρχαίοις χαράγμασι γέγραπται· ἀλλ' οὐχὶ τοῖς νῦν. φασὶ γὰρ τὸν Ἔσδραν ἑτέροις χρήσασθαι μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν. Id eſt: *Et in accuratioribus exemplaribus, antiquis Hebraïcis literis ſcriptum eſt* [*Tetragrammon;*] *ſed non hodiernis. Aiunt enim Eſdram aliis uſum fuiſſe poſt captivitatem.* Idipſum liquidius docet Hieronymus Præfatione in libros Regum: *Samaritani*, inquit, *Pentateuchum Moſis totidem literis ſcriptitant, figuris tantum & apicibus diſcrepantes. Certumque eſt Eſdram ſcribam legiſque doctorem, poſt captam Jeroſolymam, & inſtaurationem Templi ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe, quibus nunc utimur: cum ad illud uſque tempus, iidem Samaritanorum*

& Hebræorum characteres fuerint. Ex his autem Origenis ac Hieronymi locis certo colligas eam fuisse antiquitus Rabbinorum sententiam : ambo quippe Rabbinos admodum frequentabant, & Hebræis doctoribus utebantur. Singulariſſimum autem est, & obſervatu dignum, quod ait Origenes, etiam ſuo tempore nomen Dei tetragrammon, in accuratioribus exemplaribus Hebræorum, priſco illo Charactere, haud dubie Samaritano, non autem Judaïco & hodierno, deſcriptum fuiſſe : quia nimirum Eſdræ aliiſque Synagogæ primoribus, qui alienas literas advexerunt, religio fuit venerandum illud Dei nomen *Jehovah*, aliis, quam primitus digito Dei ſcriptum fuerat, literis exarare. Ad hæc autem Origenes in caput IX. Ezechielis, ait Hebræum quemdam, qui in Chriſtum crediderat, teſtificatum eſſe, τὰ ἀρχαῖα στοιχεῖα ἐμφερὲς ἔχειν τὸ Ταῦ, τῷ τῦ σταυροῦ χαρακτῆρι, *Vetera elementa* Tau *Crucis figuræ ſimile præferre.* Hieronymus item in eumdem locum : *Et ut ad noſtra veniamus, antiquis Hebræorum literis, quibus uſque hodie utuntur Samaritani, extrema* Tau *litera, Crucis habet ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inſcriptione ſignatur.* Eam vero Crucis formam in nummis & Alphabetis Samaritanis obſervavit R. Azarias, & poſt eum Tornardus, ut mox dicemus, & in Tabula exprimimus. Certo itaque conſtare videtur, Origenis ac Hieronymi tempore, ex vulgari Judæorum opinione, literas Samaritanas eaſdem fuiſſe, quibus Hebræi antiquitus & ante Babylonicam captivitatem utebantur ; imo etiam aliquot ſuperfuiſſe libros, ubi vetuſtioris ſcripturæ, ſaltem in nomine *Jehovah*, veſtigia comparebant.

Nec deſunt inter Rabbinos veteres, quorum ſcripta ad hanc uſque ætatem devenerunt, qui Samaritanæ ſcripturæ patrocinentur : nam in Thalmude Jeroſolymitano literæ Hebraïcæ vocantur Aſſyriæ, & Rabbi Joſe, hujus appellationis originem aſſignans, ait Judæos eas ita vocare, quia ipſas attulerunt ex Aſſyria. Hanc vero ſententiam amplexi ſunt plerique recentiores. Rabbini vero poſteriorum temporum literas Judaïcas hodiernas, eaſdem ipſas eſſe contendunt, quibus Lex & Scriptura ſacra primitus & a tempore Moyſis deſcripta erat : eidemque ſententiæ adſtipulatur Rabbi Azarias capite mox adferendo : literas quippe Samaritanas vocat *ibri*, ſive *tranſfluviales* ; quaſi a Chutæis trans fluvium olim habitantibus in Judæam allatas. Huic item opinioni acceſſerunt plerique recentiores, inter quos facile princeps Joan. Buxtorfus. Ego vero licet in priorem partem omnino propendeam, aliis, quibus plus otii fuerit, rem accuratius indagandam mitto. Magni ſane momenti ad Samaritanarum literarum in Bibliis vetuſtatem confirmandam eſt Origenianus ille locus, nuper erutus. Ut ut vero ſit, liquidum videtur Samaritanas literas eaſdem atque Phœnicias, aut ipſis prorſus ſimiles fuiſſe, quod ex formis mox adferendis arguitur : eæ vero ſunt Græcis e regione poſitis ita ſimiles, ut non aliunde petenda ſit Græcarum literarum origo : quod plerique omnes eruditi fatentur.

Græcas autem formas, eadem in Tabula expreſſas, ex vetuſtiſſimis monumentis eruimus, atque unde ſingulæ prodeant, ubi de literis minutatim agetur, indicabimus : nonnullas autem recentiores formas, quas cum Phœniciis Scaliger contulerat, expunximus : quia illæ priſci uſus non fuerunt, ſed paulatim advectæ ſunt. Ab ævo namque Scaligeri monumenta pene innumera eruta fuere, ex quibus literarum tam Samaritanarum, quam Græcarum, remotiſſimæ vetuſtatis formas ediſcimus. Scaligerianas Phœnicias

cias formas, e latere Tabulæ & extra ſeriem aliarum delineavimus, quia plerumque cum cæteris non conveniunt, & undenam eductæ fuerint ignoramus.

Literis Phœniciis & Græcis Alphabetico ordine poſitis ſubjungimus duos nummos Macedonicos vetuſtiſſimos. Prior exſtat in Muſéo viri clariſſ. D. Rigord, cujus ectypum ab Andr. Morello delineatum, ope viri clariſſ. Caroli Cæſaris Baudelotii nacti ſumus: ubi ab altera facie Cancer inſculptus habetur; ab altera vero legitur, B. AMINTOYM. βασιλέως Αμύντᾳ Μακεδόνων, *Regis Macedonum Amyntæ*: quem Amyntam putant eruditi quidam non illum Philippi patrem & Alexandri magni avum; ſed alium Amyntam eſſe hujus nominis primum, qui in ſerie Regum Macedoniæ nonus a Carano cenſetur: quia videlicet Amyntæ II. nummi bene multi viſuntur, ubi à vulgari characterum genere nihil deflectitur; hic vero nummus inſolenti modo inſcriptus, ad vetuſtiorem Amyntam commodius referatur. Ut ut ſit, quædam hic literæ ſingulari modo effictæ obſervantur: N, illâ formâ ⊓ nuſquam vidimus: O quadrum ſic □ in vetuſtis marmoribus perinde atque in hoc numiſmate non ſemel habetur: Υ ſic exaratum ϒ nuſquam alias obſervavimus; putarim ego hanc peregrinitatem, quam in quarumdam literarum forma conſpicimus, a Macedonibus ipſis importatam fuiſſe: quæ gens ante Philippum & Alexandrum non inter literatas Græciæ computabatur; ſed incultior obſcuriorque erat. In alterius nummi item Macedonici facie antica eſt caput, ut putatur, Apollinis, cum inſcriptione MAK. in aliis MAKEΔ. Tres quippe nummos hujuſmodi vidimus, duos ſcilicet in Muſéo Illuſtriſſimi Domini Foucaut, alterum in Muſéo jam laudati D. Baudelotii. Eſt igitur Macedonum nummus; in poſtica autem habet, aram, clavam, aliudque non notum, cum inſcriptione AESILLAS, quod nomen ad quem pertineat ignoratur. Sed notandum eſt *Lambda*, hic per L. Latinum exprimi, ut in aliis inferius edendis inſcriptionibus. *Sigma* item per S, ut inferius in Deliaca inſcriptione.

Hanc porro Deliacam inſcriptionem, quam nummis Macedonicis ſubjunximus, a v. clar. de Tournefort accepimus, qui Regio juſſu ac peculio Orientales regiones peragravit, multaque erudite obſervata retulit. Is in Delo Inſula ad baſim ſtatuæ humi dejectæ, ipſam literarum formam imitatus, hæc exſcripſit, ab initio ut videtur manca: in reliquis quidpiam ineſt vitii. Poſt duas priores literas O A, ſat conſpicue ita legitur. εν το λιθο εμι, vel εϛι, ανδριας και το σφελας; ſeu vulgari ſcribendi more, ἐν τῷ λίθῳ εἰμὶ ἀνδριὰς καὶ ὁ σφέλας: Id eſt, *In lapide ſum ſtatua & baſis*. Forma literarum priſca & Ionica eſt, admodumque ſingularis. A ſic ſcriptum ⋀ quinquies occurrit, nuſpiam alias vidi. In prima ſyllaba EN, ⋿, quæ litera ter occurrit, infimâ lineâ mutila eſt. N ſequens videtur mancum aut vitiatum: nam in voce ανδριας vulgari modo ſcribitur, articulus το, ponitur pro τῷ in Dativo, ut in aliis mox proferendis priſcæ vetuſtatis inſcriptionibus: pariterque in ſequenti voce λιθο pro λίθῳ, Θ decuſſatis lineis ſecatur ſic ⊕, ut in columna Farneſiana, ubi tamen lineæ alio ſitu ponuntur ſic ⊗. Vox ſequens, εἰμὶ, vel ϵϊμὶ, legitur: mallem εἰμὶ, ubi tamen poſt E non additur *Iota*, quoniam antiquitus, ut paulo poſt dicemus, litera E, pro ει accipiebatur. ⊦, ſic depictum eſt *Rho* Græcum in voce ανδριας. *Sigma* ter Latina forma legitur, ut in voce AESILLAS ſupra. Hæc omnia cum variis Samaritanis, ſive Phœniciis, atque Græcis formis ſequens Tabula repræſentabit.

Alphab. Græca	Alphab. Phœnicia et Samaritana.	Alphab. Scaligeri.
Ἄλφα Α Α Α Α		Ν
Βῆτα Β Β		Ϗ
Γάμμα Γ Λ ᒧ		Ꮁ
Δέλτα Δ Δ D		Ϥ
Ε ψιλον Ε ⋿		Ϟ
Ἐπισημον Βαῦ Ϝ F C		Χ
Ζῆτα Ζ Ʒ Ⅰ		Ш
Ἦτα Η		Ϧ
Θῆτα Θ ⊗ ⊟ ⊙		Ϭ
Ἰῶτα Ι Ι		Ϣ
Κάππα Κ		Ϫ
Λάμβδα Λ ١ L		Ϩ
Μῦ Μ Μ Μ Μ		Ϯ
Νῦ Ν Ν		Ϛ
Ξῖ Ξ ⋿ Χ ⋿		Ϡ
Ο Ο □		Ο
Πῖ Π Γ		Ϸ
Ἐπισημον σαμπῖ Ϡ ᒧ		Ϻ
Ἐπίσημον κόππα Ϙ ϙ ϙ ϙ		Ϙ
Ῥῶ Ρ ᖇ R		Ϙ
Σὰν Σῖγμα Σ Ɛ ≤ S		Ш
Ταῦ Τ Τ		Ν

Numm. Amyntæ.

Numm. Æsillæ.

Inscriptio Peliaca.

ΟΛΕΥΤΟΛΙΘΟΕΜΑΝΔΑΙΑSΚΑΙΤΟSΘΕΛΑS

CAPUT II.

Rabbi AZariæ narratio de literis Samaritanis. Recenſio omnium formarum Phœniciarum & Samaritanarum.

De literis Samaritanis agit Rabbi Azarias : multaſque Samaritanarum literarum formas in manibus variorum ſe vidiſſe teſtificatur. Alphabetum autem edidit, ex variis ſchedis expreſſum, ubi ſingularum literarum, interdum unicam, aliquando plures figuras delineavit. Has vero Rabbi Azariæ formas, cum aliis expreſſas habes in Tabula. Caput autem Azariæ de literis Samaritanis, lectu ſane jucundum ac perutile; formæ autem ejus ſinceræ & accurate deſcriptæ ſunt. Sed qui prior literas Samaritanas inde excerpſit, ut melius potuit eas repræſentavit : qui vero poſtea de literis Samaritanis pertractarunt, non ex Rabbi Azariæ libro, ſed ex aliis, qui ipſas ediderant exſumſere : unde accidit, ut cum quiſque illas, ab iis qui ſucceſſione quadam alii ab aliis exſcripſerant, acciperet, paulatim a Rabbi Azariæ formis declinatum ſit. Quamobrem e re duximus totum Rabbi Azariæ Caput Latine vertere, & formas ut ab illo repræſentantur accurate in Tabula exarare. Quæ ſane formæ ut diximus ſinceræ ſunt, & cum aliis a Toinardo collectis conſentiunt; eatenus etiam præſtantiores, quatenus totum Alphabetum exprimunt : cum Toinardi formæ variis ex nummis collectæ, ſeptemdecim tantum literas complectantur. Sic igitur habet R. Azarias.

De Literis quæſcriptæ ſunt trans fluvium & de Siclo ſanctuarii.

Cap. LVI. *Nunc cum ſenuimus repueraſcimus.* Quia proximum eſt ut ſcripturæ noſtræ finem imponamus, viſum nobis eſt antequam ſcribendi finem faciamus de literarum forma loqui : non ſecundum ſcripturam noſtram; ſed Charactere qui cap. primo Megillah, & cap. ſecundo Sanedrin, vocatur ſcriptura *ibri*, ſive filiorum tranſluvialium, qui illam efformarunt. Rabbi Salomon Iarchi in Commentario [vocat] literas magnas, quales deſcribuntur in amuletis & in *ſuperliminaribus, ut ſolitum eſt apud Cuthæos, ſive Samaritanos.

* Forte melius monetis.

Rabbi vero Moyſes filius Maiemonidis in interpretatione Miſchnæ *Iadaim*, Caput quartum ea de re ſcripſit, aitque in uſu fuiſſe illas apud Karræos in Saamira, id eſt, Samaria.

Et ſane vidi in Codice viri fidelis de terra Iſrael, quem manu ſua ſcripſerat pro Rabbi Patachia Judæo Spoletino, quem docebat linguam Arabicam : & oſtendit illum mihi R. Moyſes Medicus filius ejus Ferrariæ. Et rurſum in urbe Mantua R. Samuel Arelatenſis oſtendit mihi Codicem Itinerarii excellentis viri Rabbi Moyſis Beſola in Palæſtinam, & rerum ſingularium quas viderat in itinere ſuo : qui Codex ſcriptus erat manu excellentis viri jam memorati.

Et iterum in urbe Mantua ſapientiſſimus Rabbi Ruben ex Peruſia exhibuit mihi Codicem, quem ſibi tradiderat vir doctus Chriſtianus in urbe Bononia, quemadmodum fideliter exſcripſerat ex veteri libro.

Alphabeti Samaritani hæc eſt forma.

Hæ ſunt literæ Rabbi Moyſis Beſola, ſive literæ Chutæorum in nummis.

Deinde ſequuntur literæ Samaritanæ cum Hebraïcis collatæ, quales exhibemus in Tabula præcedenti. Poſtea vero ſic pergit R. Azarias.

Rabbi quoque Moyſes filius Nahman poſt Commentarium legis ſic habet: *Acconem me contuli, & ibi inveni in manu ſeniorum terræ monetam argenteam, inſculptam ad modum ſigilli. Ex una parte quaſi ſpecies virgæ amygdalinæ; ex altera vero facie quaſi ſpecies crateris. In utraque autem facie inſcriptio bene circum inſculpta erat. Illam vero ſcripturam noverant & facile legebant Chutæi: quia erat ſcriptura* ibri *ſive transfluvialis, quæ apud Cuthæos reſidua erat, quemadmodum memoratur in Sanedrin. Ex una vero facie legebant*, ſiclus ſiclorum; *ex altera*, Jeruſalem ſancta. *Et dicebant eſſe formam virgæ Aaronis, quæ floruerat, fructuſque produxerat; & alteram eſſe urnam mannæ. Et ponderavimus ipſam lancibus: & erat decem pondo argenti. Et illud eſt medium unciæ, cujus meminit Raſchi hoc modo. Vidi monetam illam, ſecundum formam & inſcriptionem hujuſmodi, pondo dimidii ſicli, quo pondere utuntur in donariis.*

Etiam ego, qui ſcribo, ex memoratis ſiclis unum vidi in manu viduæ mercatoris viri ſancti Iſaac Agio Hiſpani, qui erat ex habitantibus Ferrariæ, pioque motu ivit Jeroſolymam, ibique mortuus eſt, & ſepultus fuit extra portam Sion quaſi uno milliari. Et hæc mulier filios pupillos patre orbos alebat. Et R. Iomtob filius ejus major facultates patris ſui adminiſtrabat. In circuitu autem monetæ hujus ſcriptum vidi literis, ut ſupra, *Siclus Iſrael:* & in medio ejus urna cum literis שד ſupra urnam, quod explicatur *Siclus David.* Ab altero latere, *Jeruſalem Hakedoſcha*, ſive, *Jeruſalemah Kedoſcha*, i. *Jeruſalem ſancta:* & in medio ejus ramus cum floribus. Dictum mihi fuit R. B. Nahmani ſcriptum inveniſſe, *Siclus ſiclorum*, pro *Siclus Iſrael.*

Hactenus R. Azarias, qui Sicli memorati ſchema hic appoſuit, indeque exſumſit Toinardus: cujus egregium de nummis Samaritanis opuſculum propediem in lucem edetur. In hoc autem labitur Azarias, quod putet literas שד urnæ impoſitas ſignificare ſiclum Davidis: nam certo conſtat deſignare annum quartum *ſchenat arba.* Siquidem in aliis nummis Samaritanis annus primus, ſecundus & tertius poſt literam ש ſimiliter ponuntur. Totum alphabetum dedit R. Azarias cum variis ſæpe ſingularum literarum formis, quas ex ſupra memoratis monumentis mutuatus eſt: & quidem accurate, ut ex collatione ſchedarum Toinardi deprehendimus: quod ſi quid interſit aliquando diſcriminis, quid mirum? quando ne literæ quidem a Toinardo ex variis ſiclis expreſſæ, formâ inter ſe ſimiles ſunt. In ſiclis vero Toinardi ſeptem-decim tantum literæ reperiuntur: deſiderantur enim ז, ט, כ, ס, & ם. Has omnes formas in Tabula collocamus cum formis Biblicis; additis item Vaticanis, etſi non tanti haheantur: in fine autem omnium formas quinque literarum Phœnicias, quales ex nummis Sidonis exſcripſimus.

Formas autem Scaligerianas extra ſeriem apponimus: quia illæ plerumque non quadrant cum aliis: quæ omnes, exceptis forte Vaticanis, ex veterum monumentis prodeunt. Jam unde ſingulæ literarum Phœniciarum ſive Samaritanarum formæ, quales in Tabula delineantur, exſumtæ ſint, minutatim indicetur: ubi ſemper incipiemus ab ea, quæ poſt Hebraïcam formam prima numeratur.

Prima א forma Phœnicia ſive Samaritana in Bibliis tantum obſerva-

tur : ſecunda & tertia in Alphabetis R. Azariæ & in nummis Toinardi : quarta in nummis Toinardi tantum.

Prima א forma Samaritana in Bibliis uſurpatur : ſecunda & tertia in numiſmatibus Toinardi : quarta item in nummis referente Briano Waltono in Prolegomenis ad Polyglotta, unde autem expiſcatus ſit ignoramus : quinta in Alphabeto R. Azariæ : ſexta in Alphabeto Vaticano.

Forma Samaritana א ubique ſemper eadem depingitur quaſi ר inverſum.

Prima א forma Phœnicia ſeu Samaritana, biblica eſt : ſecunda & tertia frequens eſt in nummis Toinardi & exprimitur eadem in alphabeto Vaticano : quarta habetur in nummo a R. Azaria allato, ſed in Alphabeto ejuſdem paulum diverſe depingitur. Waltonus autem formam Azariæ vitiavit in Alphabeto, quem Azariæ nomine publicavit p. 38. Prolegom. aliaſque quaſdam non accurate retulit. Quinta forma Phœnicia ex tribus nummis Sidonis expreſſa eſt, uti ſupra diximus.

א primam formam Samaritanam habet in Bibliis : ſecundam in nummis Toinardi ſemper : tertiam in Alphabeto R. Azariæ & in Vaticano.

ב Admodum diverſas formas Samaritanas ſive Phœnicias habet : prima in Bibliis occurrit : ſecunda in nummis Toinardi : tertia in nummis referente Waltono : quarta item in nummis eodem auctore, ſed Toinardus non obſervavit : quinta in quodam Toinardi nummo : ſexta in Alphabeto R. Azariæ : ſeptima in quibuſdam Toinardi nummis : octava in Alphabeto R. Azariæ : nona in Alphabeto Vaticano : decima in nummis Toinardi : undecima in duobus nummis Sidonis, de quibus ſupra : duodecima in altero nummo Sidonis.

ג primam formam Samaritanam mutuatur ex Bibliis, quæ eadem pene habetur in alphabeto R. Azariæ : ſecundam ex alphabeto Vaticano : tertiam ex alphabeto R. Azariæ, qui duas hujus literæ formas exprimit.

ד primam formam Samaritanam habet in Bibliis : ſecundam & tertiam in nummis referente Waltono ; quartam in nummis Toinardi frequenter : quintam in alphabeto R. Azariæ : ſextam ſane ſuſpectam in alphabeto Vaticano : ſeptimam in alphabeto Rabbi Azariæ, qui duas hujus literæ formas adfert.

ה prima forma Samaritana habetur in Bibliis : ſecunda & tertia in alphabeto Azariæ : quarta in alphabeto Vaticano.

ו primam formam Samaritanam mutuatur ex Bibliis : ſecundam ex nummis Toinardi : tertiam & quartam ex alphabeto R. Azariæ : quintam inverſam ex Vaticano : ſextam ex nummo Sidonis de quo ſupra.

ז prima hujus literæ forma Samaritana habetur in Bibliis : ſecunda & tertia in alphabeto R. Azariæ : quarta in alphabeto Vaticano.

ח prima Samaritana eſt Biblica : ſecunda R. Azariæ & nummorum Toinardi paſſim : tertia ex nummis item referente Waltono.

ט formas Samaritanas ſive Phœnicias tres habet inter ſe fere ſimiles : prima in Bibliis habetur : ſecunda in nummis referente Waltono : tertia in nummis Toinardi & in alphabeto Rabbi Azariæ.

א formæ ſunt variæ : prima eſt Biblica : ſecunda in nummis Toinardi : tertia ibidem, in nummis item auctore Waltono : quarta & quinta in alphabeto Azariæ : ſexta in alphabeto Vaticano : ſeptima in nummis

auctore Waltono : octava in nummo Toinardi & in nummo Sidonio ſupra : nona huic affinis in nummo Sidonio Mediceo : decima in alio nummo Sidonio ſupra.

ס primam formam Samaritanam habet in Bibliis : ſecundam in alphabeto Vaticano : tertiam in alphabeto R. Azariæ.

ע In Bibliis Samaritanis & in alphabeto Vaticano primo modo ſcribitur, itemque in alio Toinardi nummo : ſecundo modo ſæpe in nummis Toinardi : tertio in alphabeto R. Azariæ.

פ primam Samaritanam formam habet in Bibliis : ſecundam in alphabeto R. Azariæ : tertiam in alphabeto Vaticano.

צ multiplices & varias formas Samaritanas Phœniciaſque habet ; prima eſt Biblica : ſecunda, tertia & quarta in nummis habentur referente Waltono : quinta in alphabeto R. Azariæ : ſexta & ſeptima in nummis Toinardi : octava in nummo Sidonis Mediceo : nona & decima in duobus aliis nummis Sidoniis, de quibus ſupra.

ק formas Samaritanas habet inter ſe ſimiles ; prima in Bibliis & in nummis ; ſecunda in alphabeto Rabbi Azariæ ; tertia in nummis Toinardi.

ר primam formam Samaritanam habet in Bibliis ; ſecundam in nummis & alphabetis omnibus.

ש primam formam Samaritanam mutuatur ex Bibliis, ſecundam ex nummis Toinardi ; tertiam ex nummis item referente Waltono ; quartam ex alphabeto R. Azariæ.

ת primam Samaritanam formam habet in Bibliis ; ſecundam in alphabeto R. Azariæ ; tertiam in nummis referente Waltono ; quartam in alphabeto R. Azariæ ; quintam in alphabeto Vaticano ; ſextam in nummis Toinardi paſſim.

CAPUT III.

Obſervationes in ſingulas literas Græcas, ut in præcedenti ſchemate habentur.

IN præmiſſa Tabula multas formas vides in Scaligeriana non notatas, quæ unde prodeant, ad ſingulas literas indicabitur. Nonnullas item a Scaligero allatas omiſimus, quia illæ non priſcis temporibus uſurpatæ ; ſed deinde ad faciliorem calami ductum excogitatæ videntur ; ſcilicet ad E, ∈, & ad Σ. Ɛ & C. &c. Verum haſce formas cum aliis omnibus diuturno uſu advectis, in fine operis uno conſpectu obſervandas proferemus : pariterque literarum Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω. quæ ad Phœnicias literas non referuntur ; ideoque in Tabula ſunt omiſſæ.

A videtur ex prima forma Phœnicia ſive Samaritana factum tranſverſâ lineâ intus poſitâ loco binarum, quæ in Phœnicia litera 𐤀 extra ponuntur. Scaliger vult ad figuram literæ 𐤍 exprimi : quæ ſane minus convenit cum A. Prima forma vetuſta & vulgaris ſemper uſus fuit in marmoribus & nummis ; non autem in libris, qua de re inferius initio libri tertii : ſecunda item priſci uſus in columnis Farneſianis & in aliis inſcriptionibus habetur : tertia cum angulo intus, antiqua item eſt : quarta in Deliaca inſcriptione

tantum obſervatur. De hac litera Auſonius, de Monoſyllabis Græcis & Latinis loquens, hæc carmine profert;

Dux elementorum ſtudiis viget in Latiis A.

B. eodem prorſus modo in poſtrema forma Samaritana exprimitur; eō ſolum diſcrimine, quod iſta a dextera ad ſiniſtram ritu Phœniciorum & Hebræorum ſcribatur, Græcum autem B. a ſiniſtra ad dexteram: quod de aliis item literis dicendum: ſecunda forma Græca habetur in marmore Baudelotiano infra. Hujus literæ nomen Græcè Βῆτα, *Beta*, a Latinis dimidiatum exprimi *Be*, ſic notat Auſonius:

Dividuum Betæ monoſyllabon Italicum B.

Γ, quam literam veteres Syri vocant *Gamla*, formam prorſus eamdem obtinet apud Phœnicios & Græcos, uti vides in præcedenti Tabula. In Baudelotiano tamen & Farneſiano marmore; præcipuéque in primo, Λ *Lambda* perfecte refert; in Farneſiano autem ſic exprimitur ⅄. Nimirum uſus diuturnior mutationes varias literis adferre ſolet. A litera Γ expreſſum putatur C Latinum, quod priſce pro G uſurpatum fuit, ut optime probat Voſſius de arte Grammatica, idipſumque docet Auſonius:

Hæc tribus in Latio tantum addit nominibus K,
Prævaluit poſtquam Gammæ vice functa prius C.

C igitur pro Gamma prius uſurpabatur; indeque eſt, quod eumdem in alphabeto Latino locum occupet, quem Gamma in Græco: unde Itali hodierni *Ce* ac *Ci* ita pene pronuntiant, ac ſi *Ge* & *Gi* ſcriptum eſſet; exempli cauſa in his vocibus, *Cicero*, *Cera*, *Cælum*, &c.

Δ, τὸ δέλτα utraque forma Δ ſcilicet & D. vetuſtiſſima eſt: prima enim habetur in marmore Baudelotiano, cujus ſpecimen infra damus, in marmore item Athenienſi, cujus exſcriptum dedit Sponius in Miſcellaneis p. 315. & paſſim in aliis monumentis atque libris. Secunda forma exſtat in marmore Farneſiano, cujus ſpecimen habes apud Scaligerum & Gruterum, & nos poſthac dabimus. Eadem quoque forma exhibetur in veteri noſtro nummo Meſſanenſi, qui a Paruta in Sicilia ſua expreſſus eſt: ibi enim DANKLE legitur pro ΖΑΓΚΛΗ, qui nummus diu ante rem Romanam ex typi genere cuſus æſtimatur. Erat autem Zancle priſcum nomen Meſſanæ, eaque voce ſignificabatur, *falx*: quia urbs illa in falcis formam poſita erat. Ζάγκλη autem Dorice Δάγκλη dicitur: Dores quippe Ζ in Δ commutabant, ut videas in Ζεὺς, Δεὺς, unde, *Deus*, Latine. Neque vero apud Dores tantum illa literarum mutatio obtinebat; ſed etiam apud priſcos Athenienſes, qui teſte Platone in Cratylo, pro ζυγὸν, *jugum*, δυογὸν, priſce dicebant. Utraque autem Græca forma Δ nimirum & D, ex his duabus Phœniciis ◁ & ◗, efformata videtur, exciſa lineola, quæ in altera triangulum; in altera vero ſemicirculum excedebat, ut ſupra diximus. De hac litera Auſonius:

Non formam, at vocem, Deltæ gero Romuleum D.

ſpectans ſcilicet ad eam formam, quæ tunc ſola in uſu erat, Δ ſcilicet.

E una eademque forma exprimitur in utraque lingua, Phœnicia videlicet & Græca, ut vides in Tabula. Priſcè autem indiſcriminatim pro E, & pro H uſurpabatur, ut infra videas in inſcriptionibus Baudelotiana & Farneſiana, necnon in Sponii inſcriptione infra memoranda; in nummis item Athenienſium & Thebanorum: nam priores ΑΘΕ pro ΑΘΗ pone-

bant; quæ ſunt duæ priores ſyllabæ vocis Ἀθήνη; Thebani vero ΘΕΒΗ, pro ΘΗΒΗ; poſteriorem quippe ſyllabam, in nummis quos vidi, per H terminant. Plinius certe, ut probet veteres Athenienſium literas eaſdem atque Latinas fuiſſe, hanc vetuſtiſſimam inſcriptionem profert, NAVSIKRATES. TISAMENO. ATHENAIOS; quæ vulgari ſcribendi genere ſic exprimitur: Ναυσικράτης Τισαμένε Ἀθηναῖος. In voce item DANCLE ſupra, vides E poſitum pro H. Cæterum teſte Athenæo aliiſque ſcriptoribus, veteres ϵ pro EI uſurpabant, quemadmodum ο pro ου; ut ſupra vides in Τισαμένο, E. autem Græcum in nullo mutatum eſt a priſca Phœnicia forma, excepto ſitu: nam Græci ad dexteram, Phœnices, Hebræi, Sama itanique ad ſiniſtram, ſcribendo procedunt, tum in hac, tum in aliis quoque literis, ut ignorat nemo. De hac litera Auſonius prout H & E ſonat, hæc duo carmina effert.

Hta quod Æolidum, quoque E *valet hoc Latiare* E.
Præſto quod E *Latiis ſemper breve Dorica vox* E.

Ἐπίσημον βαῦ ſecundum priorem Græcam figuram ϝ, cum ultima Phœnicia litera ex nummo Sidoniorum expreſſa ſatis convenit: nomenque literæ *Vau*, ex qua duxit originem, hactenus ſervavit. Ubi advertas Scaligerum ex formâ Phœnicia X ſimilitudinem cum ἐπισήμῳ ϝ, adſtruere: quæ non ita affinis videtur. Ἐπίσημα vero non literarum, ſed numerorum vice fungebantur, ut obſervat ibidem Scaliger: etſi ϝ, quod ſextum numerum indicat, in ſerie literarum Græcarum poſt ϵ. antiquitus poneretur, ut notat Epiphanius contra Marcoſios: imo diu poſt Epiphanium uſus quibuſdam in locis obſervatur, ut in Codice Murbacenſi ſeptimi vel octavi ſæculi, ubi alphabetum habetur cum Epiſemo ϝ. poſt ϵ: & in Codice olim Sandionyſiano XI. ſæculi, quorum ſpecimina dabuntur ſuo loco: imo poſt XI. ſæc. adhuc in alphabeto Græco ſextum locum occupabat, ut infra comprobatur. ϝ nonnumquam in inſcriptionibus per C effingitur, κc videlicet pro κϝ. id eſt viginti-ſex. In quodam Gallieni nummo Græco per S exprimitur & in altero Claudii Gothici ſimiliter. Secunda forma F, cum prima Samaritana ſive Phœnicia, quæ ſic efformatur 𐤅, prorſus conſentire videtur. Ad ſecundam hanc formam, F, quod eſt digamma Æolicum, duo præſertim ſunt annotanda, primò eam literam apud Latinos non modo eodem ordine in alphabeto locari atque ϒ *Vau* apud Phœnicas; verum etiam eumdem pene ſonum exprimere, quando conſonantis vice fungitur. Secundo, apud Æolas digamma F, pro ſpiritu tam aſpero, quam leni, uſurpatum fuiſſe, quod jam plerique obſervarunt.

Z. prorſus idem eſt in ultima & penultima Phœnicia figura, atque in ſecunda Græca, quæ in antiquiſſimis Codicibus obſervatur, ut infra videbis. Cæteras autem Phœnicias ſive Samaritanas literas, ad Græcum Z, mutatis ablatiſque quibuſdam lineis referre, ut tentavere quidam, ſupervacaneum videtur: hoc enim modo non ad Z tantum reduces; ſed etiam ad alias quaſvis literas: quandoquidem non modo ſi lineas diducas & torqueas; ſed etiam ſi literam totam ſitu tantum moveas, alteram literam efficias: hinc Auſonius:

Zeta jacens ſi ſurgat, erit nota quæ legitur, N.

Quare opportunius dicatur, tantam mutationem aliquot literis, tum Phœniciis tum Græcis, uſu importatam fuiſſe, ut a priſca forma prorſus receſſerint.

H, ex

H, ex poſtrema Phœnicia effictum videtur. Olim vero, ut videas infra, pro aſpiratione tantum uſu veniebat: atque ε tam correptum quam extenſum, per E expreſſum obſervatur in Ionicis inſcriptionibus. οὐ γὰρ ἠ ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε ὃ παλαιὸν, inquit Plato in Cratylo; id eſt, *Antiquitus enim non litera η, ſed ε utebamur.* De hac litera, prout litera eſt, hæc Auſonius:

Hta quod Æolidum, quoque E *valet hoc Latiare* E.

Prout vero ſpiritus eſt:

Spiritus hic flatu tenuiſſima vivificans, H.

Θ, ex prima Phœnicia efformatum videtur. Licet autem litera Teth Phœnicia lenis ſit; aſpirata tamen apud Græcos eſt; ac e converſo Thau apud Phœnicios aſpiratum, apud Ionas & Græcos tenue profertur. Quatuor autem formæ τοῦ Θ, quas in ſchemate vides, ex vetuſtiſſimis marmoribus erutæ ſunt: nam cum lineola in medio vulgo conſpicitur in inſcriptionibus, cum puncto, in Baudelotiano & Cyziceno marmore infra, ac frequenter in nummis & inſcriptionibus: cum duabus lineis decuſſatis, in Farneſiano Herodis Attici, & in Deliaca inſcriptione ſupra, hoc ſolum diſcrimine, quod decuſſatæ lineæ vario ſitu ponantur; in Deliaca ſcilicet ita, ⊕; in Farneſiana vero ſic, ⊗: Theta autem quadrum cum lineola in medio, in iconibus marmoreis veterum, ubi nomen inſculptum habetur; videlicet in Medicea Æſchinis; in icone Theophraſti Romæ in ædibus de Maximis, in icone Andocidis: nam in prima & poſtrema Α θηναῖος; in ſecunda Θεόφραστος, Theta ſic referunt ⊟. Hæ vero quadræ literæ apud veteres ſummopere frequentabantur; non in *Theta* modo, ſed etiam in ο & φ, quas literas in marmoribus ſic ſæpe delineabant □ 中. De hac litera Auſonius:

Anſis cincta duabus erit quum Iota leges Θ.

Ibi vero *The* legendum metri cauſa, non *Theta.*

I. quo caſu evenerit, ut hæc litera, quæ Phœnicium nomen apud Græcos retinet, tantum defecerit a priſca forma, ut nulli ex allatis ſuperius affinis ſit, incertum eſt. Videtur enim propius ad י Hebraïcum & Chaldaïcum accedere. Cæterum poſtrema forma Phœnicia ex nummo Sidonis expreſſa, prorſus convenit cum prima, quæ in Bibliis Samaritanis habetur. De I Latino ſic canit Auſonius:

Litera ſum Iotæ ſimilis vox plena jubens I.

Vox plena jubens I; id eſt Imperativum verbi *eo.*

K Græcum, ex prima Phœnicia forma factum videtur, etſi nonnihil mutationis acceſſerit. In hanc literam hæc a Scaligero docte obſervata ſunt.

ΚΑΠΠΑ retinet nomen Syriacum. Hinc manavit majuſculum Chaph Chaldaïcum, & inde Judaïcum. Quamquam Græca figura non parum degeneravit a Phœnicia, tamen ex ea natam eſſe non obſcura exſtant veſtigia. Inutilem hanc putarunt (ſcilicet Latini) quod C ejus vicem ſupplere poſſit; niſi in tribus nominibus, Kaput, Kalumnia, Kalendæ. Quum dico Kaput, intelligo caput legis, non caput hominis. Hoc voluit Auſonius:

Hæc tribus in Latio tantum addit nominibus K,
Prævaluit poſtquam Gammæ vice functa prius C.

Sui oblitus illam iteravit infra,

Cappa fui quondam Bœotia, nunc Latium K.

In quibus vides iterum Auſonium contentum fuiſſe priore ſyllaba τοῦ κάππα, quod eam vocet Ka, ut hodie vulgo appellatur: quemadmodum antea

dixiſſe oſtendimus The pro Theta. Et ſane veteres Latini non Kappa, ſed Ka dicebant, ut hodie: unde Krus, Knus, pro Karus, Kanus ſcribebant: quia quum mutæ incipiant a ſe, & deſinant in E, & contra ſemivocales incipiant ab E, & deſinant in ſe, veteres compendii gratiâ mutæ literæ non apponebant E, utpote qui literam ipſam pro ſyllaba acciperent. Itaque *bne* pro *bene*, *ptre*, pro *petere* ſcribebant. Sola autem mutarum K incipit a ſe quidem ut reliquæ, ſed deſinit in A non in E, ut ipſæ. Ideo cum ſyllaba Ka concipienda erat, ſolo K contenti, A omittebant. Itaque *Krtago*, *Klumniæ*, *Kput*, *Klendæ* ſcribebant. Nam de *Krus*, & *Knus*, pro *Karus & Kanus*, habes apud optimum & vetuſtiſſimum Grammaticum L. Terentium Scaurum: qui addit illa nomina non poſſe ſcribi per C, *Crus*, *Cnus*: quia, inquit, eſſet *Cerus*, *Cenus*, non *Carus*, *Canus*. Ideo eleganter Servius in artem Donati: *Illud præterea aſtute datur nobis intelligi, quod cum omnium conſonantium iſta natura ſit, ut quædam earum ab* E *incipiant, in ſe deſinant:* (ſemivocales) *quædam a ſe incipiant & in* E *deſinant*, (Mutæ) *iſtæ ſolæ repertæ ſunt* K, H, Q, Y, Z, *quæ nec ab* E *inchoant, nec in* E *deſinunt*. Veteribus ſane non minus in uſu fuit hæc litera, quam C. Itaque PAKUNT in lege XII. Tabularum, pro *pagunt* vel *pacunt* ſcribebant. In fœdere Græciæ, Camelo æreo in hortis Cæſaris ædis fortis Fortunæ inciſum fuit, PORKA, pro PORCA. Sic ARKA PONTIFICUM, & multa ad eum modum in veteribus ſaxis. Vide Indicem Grammaticum in Collectanea inſcriptionum Gruterianarum.

Hæc Joſephus Scaliger, quibus liquidum eſt literam K vice C functam eſſe apud veteres Latinos. C vero pro G acceptum fuiſſe: unde in alphabeto Latino C eumdem locum occupat, quem Gamma in Græco, & apud veteres Latinos priſcum ſonum retinuerat, uti ſupra diximus.

Λ λάμβδα, vel λάβδα, ſecundum omnes formas videlicet, Λ, & L cum Phœniciis videlicet convenit. Phœnicia vero prima, (ſi a dextera ad ſiniſtram numeres,) in Bibliis Samaritanis occurrit, duæ autem poſtremæ in nummis. Græca prior in vetuſtiſſimis nummis & marmoribus paſſim habetur: altera in marmore Baudelotiano infra, & in nummo Meſſanenſi, de quo ſuperius, ubi Meſſana vocatur DANKLE: tertia in Herodis Attici inſcriptione, mox adferenda, in Sponii item inſcriptione, ubi Λ ſemper fere per L Latinum exprimitur, & in duobus nummis viri clariſſimi D. Foucaut, atque in altero D. Baudelotii, cujus ectypum dedimus, ubi AESILLAS cum duobus LL Latinis ſcribitur, hinc eſt quod L in nummis Græcis pro Λυκίαρχος vulgo accipiatur. In antica nummi parte caput Apollinis conſpicitur. Hic vero nummus ante rem Romanam cuſus putatur: quis vero ſit Æſillas neſcitur.

M & : nam utroque modo antiquitus ſcriptum occurrit, formatur ex prima Phœnicia, quæ tamen tres apices habet; Græca vero duos ſolummodo. De hac Auſonius,

Vocibus in Graiis numquam ultima conſpicior M:

ubi μῶ non *em* legas, ut conſtet carmen.

N, ex poſtrema Phœnicia litera effictum videtur, quæ parvo prorſus ſimilis eſt. Ea tamen τὸ ν forma, in antiquis inſcriptionibus & libris nuſpiam occurrit mihi, videturque a Tachygraphis compendii cauſa excogitata, quando ab unciali charactere deflexerunt, ut conjunctis ductu calami

literis, expeditius currerent: quod, ut infra oſtendimus, incertum quandonam ortum ſit. Tunc enim illi priorem τῦ N lineam reſecuerunt: neque antea ν parvum uſurpatum videmus. Hujus literæ formam ſic notat Auſonius:

Zeta jacens ſi ſurgat, erit nota, quæ legitur N:

ubi item NϒN, non *en* legas, ut ſtet metri ratio.

Ξ, ξ, X ϟ. Tria hujus literæ ſchemata proferimus: primum in marmoribus & nummis paſſim obſervatur. Secundum item in marmoribus exſtat; ſed rarius: in vetuſtis libris frequentiſſime. Tertium ubi per X & ϛ conjuncta exprimitur, ex marmore Baudelotii prodit, itemque ex Sponii inſcriptione, quæ nunc apud D. Baudelotium exſtat: ubi AMΦIANAXΣ, & XΣENOXAPEΣ legitur, pro Αμφιαναξ & Ξενοχάρης. Et, ut videtur, hæc duplex litera in uſu fuit, antequam unico charactere ϐ ξ exprimeretur: cujus forma ex Phœniciis poſtremis efficta videtur, ſine ullo pene diſcrimine. Antiquitus porro ϐπίσημον σίγμα, ac numerorum nota dumtaxat erat: ſed poſtea in literarum uſum receptum eſt, atque ξῖ vocatum. De hac litera Auſonius,

Mæandrum flexuſque vagos imitata vagor ξ.

Ubi adjunctam formam haud dubie notat, quæ licet minus frequens occurrat in marmoribus & tabulis, tamen obſervari dicunt in aliquot antiquiſſimis inſcriptionibus, & inde Mæandri formam habere dicitur, quod de alia forma Ξ dici nequit. Huic conſimilis eſt quoad ſonum litera X apud Latinos, hac ut puto de cauſa: cum ad Latinos Græcæ literæ tranſlatæ ſunt, literâ Ξ vel ξ nondum in Græciam advectâ, nam ejus ſonum per XΣ, duas ſcilicet literas, exprimebant, ut in ſchemate ſupra videas; Latini prioris tantum literæ formam ad eum ſonum exprimendum ſelegerunt, ac in alphabeto ſuo, eodem quo X *Chi* jacebat loco poſuerunt: nam Græci, σ. τ. υ. φ. χ. hac ſerie habent; Latini vero S. T. V. X. omiſſo φ. quam literam non adoptarunt.

O eadem prorſus forma conſpicitur in nummis Samaritanis, ut vides ſupra in Tabula. Scribitur etiam quadratum ut ſupra in inſcriptione nummi Amyntæ Regis, cujus ectypum in Tabula dedimus: quem quidem nummum non ad avum Alexandri magni; ſed ad alium ejuſdem nominis antiquiorem, qui in ſerie Macedoniæ regum nonus eſt, pertinere putant eruditi quidam viri: quoniam in nummis Amyntæ II. characteris alia forma obſervatur. Habetur etiam quadrum in inſcriptione ad iconem Theophraſti Romæ, itemque in inſcriptione ad icones Æſchinis & Andocidis; in inſcriptione quoque Mithræ, quam ad tertium Chriſti ſæculum adferimus, & alibi. O autem in fine vocum, ου olim pronuntiabatur, ut vides ſupra in voce TIΣAMENO pro Τισαμένου, & mox in vetuſtiſſimis inſcriptionibus obſervabis; in fine inquam vocum, & ubique etiam cum pro ου poneretur. Unde apud Athenæum ſic legitur, Διονύσο αἰτὶ τῦ Διονύσου, ὃν πύτοις λείπῃ ϐ υ στοιχεῖον. ἐπεὶ πόλιτις οἱ ἀρχαῖοι τῷ ο ἀπεχρῶντο, οὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως· ἀλλὰ καὶ ὅτε τῷ διφθόγγῳ ἐξεσημαίνῃ, διὰ τῦ ο μόνον γράφοντες. Hoc eſt, Διονύσο *pro* Διονύσου. *Hic deficit litera* υ: *quia veteres omnes litera* ο *utebantur, non modo pro qua nunc deſtinatur poteſtate; verum etiam cum diphtongum ſignificat, per* ο *tantum ſcribunt.* Igitur ο pro υ ſcribebant veteres: cujus rei frequentia habes exempla in ſpeciminibus Cap. ſequenti. Inde etiam Auſonius:

Una fuit olim, qua reſpondere Lacones,
Litera, & irato Regi placuere negantes.

O autem priſce ſumebatur pro O & pro Ω, ut infra in Athenienſibus inſcriptionibus. Obſervatur item in nummo Illuſtriſſimi Domini Foucaut, in quo legitur Κνοσιον, pro Κνωσίων, *Cnoſſiorum.* Et in nummo quodam cl. viri Caroli Cæſaris Baudelotii, ubi Θηβαιον pro Θηβαίων habetur.

Π in omnibus Phœniciis formis obſervatur, mutato ſolùm ſitu & reſupinata litera, quæ ſic habet ⅂. Antiquitus autem apud Græcos promiſcuo uſu hæc litera, ſic Π & ſic Γ decurtata poſtrema linea ſcribebatur. Ultima eſt in marmore Baudelotiano, utraque in marmore Cyziceno Venetiis in ædibus Caroli Grimani Patritii, item in aliis utraque forma reperitur. Ex poſtrema forma Γ, Latini ſuum P efformarunt, mutando quadrata rotundis; ita ut P Latinum P *Rho* Græcum prorſus referat, unde Auſonius:

Auſonium ſi P *ſcribas, ero Cecropium* P:
Et Rho, *quod Græco mutabitur in Latium* P.

Επίσημον Σαὶ πῖ, vel αἰπίσιγμα πῖ, quod literæ *Tſade* reſpondet, ſecundum utramque formam in Tabula allatam, cum prima forma Phœnicia convenit, & in ſerie Phœniciarum literarum poſt Π locum habebat: non quod literæ munere fungatur; ſed pro numero ἐννεακόσια, id eſt, nongenta adhibetur. Verum priſci, ut obſervat Joſ. Scaliger, commutarunt hujus locum cum ſequente, quod vocatur κophe, vel κόππα, ſignificatque ἐνενήκοντα, *nonaginta.*

Ἐπίσημον Κοφῆ vel Κόππα, ἐνενήκοντα ſignificat: vocaturque αἰπῤῥῶ, quia eſt P inverſum, quaſi q latinum: unde Marius Victorinus: F *vero* G *&* q *in Græcis etiam literis fuiſſe, & nunc eſſe: ſed* q *numero ſervire, atque nonaginta ſignificare.* q vero idipſum eſt, quoad formam, quod κoph Phœnicium, ut ſupra in Tabula videas; ita ut non ſit ovum ovo ſimilius: ſicque Græci hic & nomen & figuram penitus ſervarunt. Scribitur item κόππα ſic ϟ tantillo allato diſcrimine. Cæterum ex loco Marii Victorini liquet, ſuo tempore hæc epiſema in Græcis literis fuiſſe, quæ jam ex alphabeto exulant.

P, eamdem habet formam quam Phœnicia litera; in marmoribus tamen Baudelotiano, & Herodis Attici lineolam præfert hoc ritu ꟾ R; ut ad R Latinum prorſus accedat. In Deliaca inſcriptione omiſſa lineola triangulum ſuperne exhibet ſic ⊾.

Σ dicitur σῖγμα, Dorice σὶγ teſte Herodoto. Quadrupliciter autem exprimitur in Tabula. Prima & ſecunda forma paſſim occurrunt in nummis & inſcriptionibus, ac cum Phœniciis omnibus prorſus conveniunt. Tertia forma, demtâ inferiore lineâ, ad S Latinum accedit exprimiturque in marmoribus Ionicis, quorum exſumta mox dabimus. Quarta forma eſt S Latinum expreſſum ſupra in nummo Macedonico, ubi legitur AESILLAS, & infra in inſcriptione Deliaca, ac in quodam Hadriani nummo Græco: quod tamen poſtremum exemplum ex Monetarii oſcitantia prodire vero ſimilius eſt: qui nimirum Græcam formam cum Latina commutaverit: neque putaverim apud Græcos tunc promiſcuum fuiſſe uſum formarum C & S. Et alioquin frequentiſſimas hujuſmodi commutationes præferunt veteres inſcriptiones.

T efficitum eſt ex formis Samaritanis tribus, quas crucem, modo rectam modo inverſam, referentes vides in Tabula: demta enim ſuperne lineola

Ταῦ perfectum efficitur. Hinc est quod Origenes in caput IX. Ezechielis dixerit, Hebræum quempiam, qui in Christum crediderat, testificatum esse, τὰ ἀρχαῖα στοιχεῖα ἐμφερὲς ἔχειν τὸ Ταῦ τοῦ τοῦ σταυροῦ χαρακτῆρι. Hoc est, *Vetera elementa* Ταῦ *crucis figuræ simile præferre.* Hæc fusius explanantur in Hexaplis nostris. Hieronymus item in eumdem locum : *Et ut ad nostra veniamus, antiquis Hebræorum literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema* Ταῦ *litera, crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur.* Reclamat his Jos. Scaliger, qui Origenem ex aliena fide, Hieronymum ex Origene hæc falso profari pugnat : contenditque Samaritana elementa eadem ipsa tunc fuisse, quæ hodie in Bibliis Samaritanis exstant, ubi Ταῦ a crucis forma toto cœlo distat : tum Siclos Samaritanos, nempe quos ipse viderat, eamdem τὸ Ταῦ formam habere, quam Biblia hodierna. Verum in nummis Samaritanis, qui in Musæis occurrunt, Ταῦ forma crucis exaratum, ut nos in Tabula expressimus, frequentissime visitur : in quos si incidisset Scaliger, Origenis & Hieronymi testimonio refragatus non esset. Sane varias fuisse literarum Samaritanarum formas, tum ex nummis ipsis qui sæpissime variant, tum ex Bibliis hodiernis comprobatur. De hac litera Ausonius,

Malus ut antennam fert vertice sic ego sum T.

Hæc de origine literarum Græcarum ex Phœniciis dicta sunto. Longe plura de singulis dici poterant : sed hæc erunt pro instituti nostri ratione satis. Hic enim de priscis solum literarum formis agimus, postea vero de advectis ex diuturno usu mutationibus agetur. In fine autem operis, aliam proferemus Tabulam, ubi literarum Græcarum varias supremæ, mediæ, infimæ ætatis formas delineabimus, additis etiam postremis alphabeti Græci literis, quæ quia ex Phœniciis ortæ non putantur, ideo hic prætermissæ sunt.

CAPUT IV.

De tribus inscriptionibus Charactere Ionico veteri conscriptis. De forma literarum Græcarum a tempore Alexandri magni circiter, ad initium Cæsarum & Augustorum. De Siglis & Monogrammatibus urbium.

NIHIL vetustius adhuc in marmoribus repertum est, binis inscriptionibus Athenienſibus, Ionico veteri charactere conscriptis, quæ ab Illustrissimo D. Marchione de Nointel, Regio in aula Constantinopolitana Oratore, Athenis opera D. Galland erutæ sunt. Illæ vero, cum in manus D. Tevenotii olim Bibliothecæ Regiæ custodis devenissent, postquam is e vivis excesserat, in Musæum clariss. & eruditi viri Caroli Cæsaris Baudelotii translatæ sunt : unde, ipso perhumaniter concedente, quæ nunc damus excerpsimus. Antequam porro de nobilibus illis inscriptionibus agatur, non ingratum lectori erit, si quo casu Athenis erutæ fuerint aperiamus, narrante ipso D. Galland, docto & antiquariæ rei perito viro, qui rogatus hæc in epistola sua ad me missa scripsit. Sic autem Latine verti.

Anno Domini 1674. vigesima die Novembris, cum D. Giraldo Lugdunensi,

qui Athenis uxorem duxerat, Regioque jußu, Gallici Conſulis, ut vocant, munere functus erat, in Eccleſiam τῦ ϛαυρωμένυ, ſive Crucifixi, *dictam conceſſimus. Eſt autem Eccleſia illa non muris cincta; ſed undique fulta columnis: atque adeo luce magna fruitur. Tum mulier quædam, cujus ductu luſtrandis monumentis utebamur, alteram ex inſcriptionibus, quas D. de Nointel Regius in Aula Conſtantinopolitana Orator Lutetiam exportari curavit, inter pavimenti lapides & marmoreas tabulas oſtendebat. At vergente in occaſum ſole, rem in craſtinum miſimus, neque tunc erat legendi facultas, quia luto deformata ſuperficies literarum veſtigia curioſis ſubducebat. Deterſuram ſe pollicita mulier eſt, & inſequenti die eodem profecti, lectiſque iis, quæ ſupererant, mutilam inſcriptionem eſſe comperimus, titulo*que *carere. Hinc enata explorandi cupidine, circumquaque diſpicimus, & alteram inter pavimenti Tabulas deprehendimus: eam videlicet, in qua eorum ex Tribu Erechtheïde nomina recenſentur, qui eodem anno variis in præliis ceciderant.* Hactenus ille.

Hæ autem inſcriptiones temporis notam præferunt: ambæque erectæ ſunt tempore Peloponneſiaci belli. Prima vero ſtatim poſt Cimonis egregii Athenienſium Ducis mortem, annis circiter 450. ante Chriſtum natum, poſita eſt. Vulgaribus autem typis ita legitur:

Ἐρεχθηίδος
Οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ,
ἐν Φοινίκῃ, ἐν Ἁλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ, Μέγαρος
ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ.
Στρατηγῶν Φάυλλος Ἄκρυπος.

Hoc eſt: *Erechtheïdis.*

Hi in bello mortui ſunt in Cypro, in Ægypto, in Phœnice, in Halienſibus, in Ægina. Megarus eodem ipſo anno.

Dux Phanyllus Acryptus.

Tria autem poſtrema nomina, initia ſunt totidem columnarum, ubi longa ſerie inſcribuntur defuncti: marmor ſiquidem eſt quinque pedum Regiorum longitudine: latitudine vero unius circiter ac dimidii. Nec vel minimum de tempore quo poſita fuit inſcriptio dubii relinquitur: ſiquidem Thucydides paulo poſt medium primi libri confertim hæc omnia, nempe bellum in Cypro geſtum Cimone duce, qui ibi morbo periit; expeditionem Athenienſium in Ægyptum, ut ſuppetias ferrent primum Inaro Libyæ Regi, deinde autem Amyrtæo; pugnam ad Halieas, ubi a Corinthiis ſuperati ſunt Athenienſes; Naumachiam contra Æginetas, qui victi ſunt ab Athenienſibus; victoriam de Phœnicibus & Cilicibus reportatam; hæc inquam omnia Thucydides, qui tum inter Athenienſium Duces numerabatur, conſequenter enarrat, optimus hujus Inſcriptionis interpres. Cujus hic pauca exſcribere ne pigeat, ut nobiliſſimæ Inſcriptioni & lux & fides accedat.

Thucydides, libro I. *paulo poſt medium.*

Ἰνάρως δὲ ὁ Ψαμμητίχου Λίβυς βασιλεὺς Λιβύων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ, ἐρμώμενος ἐκ Μαρείας τῆς ὑπὲρ Φάρου πόλεως, ἀπέστησε Αἰγύπτου τὰ πλέω ἀπὸ βασι-

Inarus autem Libyus Pſammetichi filius, Libyorum Ægypto confinium rex, ex urbe Marea ſuper Pharum ſita profectus, majorem Ægypti partem ad de-

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ

ΗΟΙΔΕ:ΕΝΤΟΙ:ΠΟΙΕΜΟΙ:ΑΓΕΘΑΝΟΝ:ΕΝΚΥΓΡΟΙ:ΕΝΑΙΛ
ΥΓΤΟΙ:ΕΝΦΟΙΝΙΚΕΙ:ΕΝΑΙΙΕΥΣΙΝ:ΕΝΑΙΛΙΝΕΙ:ΜΕΛΑΡΟΣ

ΕΝ:ΤΟ:ΑΥΤΟ:ΕΝΙΑΥΤΟ:

ΣΤΡΑΤΕΛΟΝ: ΦΑΝΥΛΛΟΣ ΑΚΡΥΓΤΟΣ

ΑΒΛΔΕΞΗΘΙΚΛΜΝΧΣΟ — ΓΡΣΤΥΦΧ



λέως Αρταξέρξυ· καὶ αὐτὸς ἀρχὴν ἡμόλυνος, Αθηναίους ἐπηγάγετο. οἱ δὲ ἔτυχον γὰρ ἐς Κύπρον στρατευόμενοι ναυσὶ διακοσίαις αὐτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων) ἦλθον, ἀπολιπόντες τὴν Κύπρον, καὶ ἀναπλεύσαντες ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὸν Νεῖλον, τῶν τε ποταμῶν κρατοῦντες, καὶ τοῦ Μεμφίδος τῶν δύο μερῶν, πρὸς δὲ τὸ τρίτον μέρος, ὃ καλεῖται λευκὸν τεῖχος, ἐπολέμουν. ἐνῆσαν δὲ αὐτοῖς Περσῶν καὶ Μήδων οἱ καταφυγόντες, καὶ Αἰγυπτίων οἱ μὴ ξυναποστάντες. Αθηναίοις δὲ ναῦσιν ἀποβᾶσι ἐς Ἁλίας, πρὸς Κορινθίους καὶ Επιδαυρίους μάχη ἐγένετο· καὶ ἐνίκων Κορίνθιοι. καὶ ὕστερον Αθηναῖοι ναυμαχήσαντες τοῖς Κεκροφαλείᾳ Πελοποννησίων ναυσὶ· καὶ ἐνίκων Αθηναῖοι. πολέμου δὲ καταστάντος πρὸς Αἰγινήτας Αθηναίοις, μετὰ ταῦτα ναυμαχία γίγνεται ἐπ' Αἰγίνῃ μεγάλη Αθηναίων καὶ Αἰγινητῶν· καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέροις παρῆσαν. καὶ ἐνίκων Αθηναῖοι, καὶ ναῦς ἑβδομήκοντα λαβόντες αὐτῶν, ἐς τὴν γῆν ἀπέβησαν, καὶ ἐπολιόρκουν.

ficiendum a rege Artaxerxe deduxit: ipseque dux effectus, Athenienses ad belli societatem adscivit: qui cum in Cypro cum navibus ducentis, tum suis tum sociorum, expeditionem agerent; relicta Cypro ad Nilum navigarunt: ac flumine ipso duabusque Memphidis partibus potiti, tertiam, quæ vocatur Albus murus, oppugnabant. Intus autem erant Persæ ac Medi, qui eo fugerant, & Ægyptii, qui cum aliis non rebellaverant. Interim egressi navibus Athenienses in Halias, cum Corinthiis Epidauriisque commissa pugna, a Corinthiis victi sunt. Postea vero Athenienses pugna navali cum Peloponnesiorum classe ad Cecryphaleam congressi, victores fuerunt. Moto autem deinde adversus Æginetas bello, ingens inter Athenienses & Æginetas cum suis utrinque sociis pugna navalis fuit ad Æginam. Victoria penes Athenienses fuit, qui captis hostium septuaginta navibus, in terram exscensum fecerunt, urbemque obsederunt.

Deinde interpositis quibusdam, postquam deditionem ab Æginetis factam enarravit, ita pergit.

Οἱ δ' ἐν τῇ Αἰγύπτῳ Αθηναῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἔτι ἐπέμενον, καὶ αὐτοῖς πολλαὶ ἰδέαι πολέμων κατέστησαν. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐκράτουν τῆς Αἰγύπτου οἱ Αθηναῖοι· καὶ βασιλεὺς πέμπει ἐς Λακεδαίμονα Μεγάβαζον ἄνδρα Πέρσην, χρήματα ἔχοντα, ὅπως ἐς τὴν Αττικὴν ἐσβαλεῖν πείσθεντων τῶν Πελοποννησίων, καὶ ἀπ' Αἰγύπτου ἀπαγάγοι Αθηναίους. ὡς δὲ αὐτῷ οὐ προεχώρει, καὶ τὰ χρήματα ἄλλως ἀναλίσκετο, ὁ μὲν Μεγάβαζος καὶ τὰ λοιπὰ τῶν χρημάτων πάλιν ἐς τὴν Ασίαν ἀπεκομίζετο. Μεγάβαζον δὲ τὸν Ζωπύρου πέμπει ἄνδρα Πέρσην μετὰ στρατιᾶς πολλῆς. ὃς ἀφικόμενος κατὰ γῆν, τούς τε Αἰγυπτίους καὶ τοὺς ξυμμάχους μάχῃ ἐκράτησε, καὶ ἐκ τῆς Μεμφίδος ἐξήλασε τοὺς Ἕλληνας, καὶ τέλος ἐς προσωπίτιδα τὴν νῆσον κατέκλεισε καὶ πολιορκῶν ἐν αὐτῇ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας

Athenienses autem, qui in Ægypto erant, adhuc ibi cum sociis vario belli eventu manebant. Principio enim Ægyptum occupabant Athenienses: misit vero Persarum rex Lacedæmona cum pecuniis Megabazum genere Persam, ut inductis ad invadendam Atticam Peloponnesiis, Athenienses ab Ægypto submoveret. Quod cum non procederet, ac pecuniæ frustra absumerentur, quod residuum erat Megabazus rursum in Asiam secum retulit. Megabazum vero Zopyri filium genere Persam misit Rex cum exercitu magno: qui terrestri profectus itinere, Ægyptios ac socios prælio vincit, ex Memphi Græcos ejicit, ad extremum in Prosopitide insula concludit, ibique per annum & sex menses obsidet, donec aversa alio aqua, siccatoque ca-

ἓξ, μάχῃς οὖ ξηρήνας τὴν διώρυχα, καὶ περιπλεύσας ἄλλῃ ὃ ὕδωρ, ᾗ τε ναῦς ὅπῃ τῦ ξυρροῦ ἐποίησε, καὶ ἡ νῆσος τὰ πολλὰ ἤπειρος· καὶ διαβὰς εἶλε τὴν νῆσον πεζῇ. οὕτω μὴν τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα ἐφθάρη ἓξ ἔτη πολεμήσαντα.

nali, naves in ſicco ſederent, & ex magna parte inſulam faceret continentem: pedeſtrique acie tranſgreſſus inſulam cepit. Ita res Græcorum poſt ſexennii bellum peſſumdatæ ſunt.

Deinde paucis additis de exitu belli Ægyptii, deque bello in Theſſaliam & in Acarnaniam, ita proſequitur.

Ὕστερον δὲ διαλιπόντων ἐτῶν τεσσάρων ἐσπονδαὶ γίγνονται Πελοποννησίοις καὶ Ἀθηναίοις πενταετεῖς. καὶ Ἑλληνικῷ μὲν πολέμου ἔληγον οἱ Ἀθηναῖοι. ὡς δὲ Κύπρον ἐστράτευοντο ναυσὶ διακοσίαις αὐτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων, Κίμωνος στρατηγοῦντος· καὶ ἐξήκοντα μὲν νῆες ἐς Αἴγυπτον ἀπ' αὐτῶν ἔπλευσαν, Ἀμυρταίου μεταπέμποντος τὸν ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως· αἱ δὲ ἄλλαι Κίτιον ἐπολιόρκουν. Κίμωνος δὲ τελευτήσαντος, καὶ λιμῷ ἁλόντων, ἀπεχώρησαν ἀπὸ Κιτίου, καὶ πλεύσαντες ὑπὲρ Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ, Φοίνιξι καὶ Κυπρίοις καὶ Κίλιξιν ἐναυμάχησαν καὶ ἐπεζομάχησαν ἅμα. καὶ νικήσαντες ἀμφότερα, ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, καὶ αἱ ἐξ Αἰγύπτου νῆες πάλιν αἱ ἐλθοῦσαι μετ' αὐτῶν.

Poſtea vero exactis annis tribus, quinquennalia fœdera inter Peloponneſios & Athenienſes inita ſunt. Et a Græco quidem bello ſuperſederunt Athenienſes: ſed in Cyprum arma intulerunt cum ducentis tum ſuis tum ſociorum navibus, duce Cimone: ex quibus ſexaginta in Ægyptum profectæ ſunt, evocante Amyrtæo Paluſtrium rege: cæteræ Citium obſidebant. Verum Cimone vita defuncto, cum fame laborarent, e Citio ſolventes, curſumque tenentes ſupra Salaminem, quæ eſt in Cypro, cum Phœnicibus, Cypriis & Cilicibus & navali & pedeſtri pugna certarunt: ac utrobique victores, domum reverſi ſunt, itemque naves ex Ægypto, quæ cum ipſis profectæ erant.

In hac Thucydidis narratione bellum Cyprium, Ægyptium, Phœnicium, Halienſe, Æginenſe ab Athenienſibus eodem pene tempore geſta, una ſerie recenſentur: unde nobiliſſima inſcriptio aſſeritur & illuſtratur. Poſtrema verba nempe, Μέγαρος δὲ τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ, *Megarus eodem ipſo anno*, dupliciter intelligi poſſe videntur: nimirum eodem ipſo anno Erechtheïdas hîc recenſitos periiſſe & Megarum ipſis cippum erexiſſe: nonnullos ſane vidi, qui ſic explicandum cenſerent. Verum hæc interpretatio cum ſerie non quadrat: vox enim Μέγαρος interjecta officit, quominus illud ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ cum præcedentibus jungatur: ſed neceſſe prorſus videtur ſic diſtinguere: οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Φοινίκῃ, ἐν Ἁλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ. Μέγαρος ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. Hoc eſt, *Hi in bello mortui ſunt in Cypro, in Ægypto, in Phœnice, in Halienſibus, in Ægina. Megarus eodem ipſo anno*, ſupple haud dubie, *poſuit*; eodem ſcilicet ipſo anno quo mortuorum in variis & procul diſſitis regionibus nomina Athenas allata ſunt. Nam alioquin hæc bella non videntur ex ſerie Thucydidis eodem ipſo anno contingere potuiſſe.

Ii vero tantum in hac inſcriptione numerantur, qui ex tribu Erechtheïde erant, ut cum vox Ἐρεχθεΐδος in fronte poſita, tum ipſa ratio ſuadet: nam in prœliis a Thucydide recenſitis, multa millia perierint neceſſe eſt; hic vero 260. vel circiter numerantur. Dux autem qui in recenſione aliis præfigitur hoc nomine Στρατηγῶν, nempe Cimon Miltiadis filius, ex tribu La-

ciade erat. Cur autem inter Erechtheïdas primus ponatur haud difficile eſt augurari. Is enim ſingulis tribubus accenſeri poterat, qui militibus omnibus, cujuſcumque tandem tribus eſſent, præerat. Utpote Dux igitur in recenſione defunctorum Erechtheïdarum agmen ducit. Megarus porro in titulo nominatus, ille eſt haud dubie, qui inſcriptionem poſuit, &, ut veroſimile eſt, ex tribu ipſa Erechtheïde erat, qui contribules ſuos pro patria mortuos hoc cippo cohoneſtavit. Suſpicantur quidam, hic non Erechtheïdarum tantum, ſed etiam aliorum Athenienſium, qui in recenſitis bellis ceciderant, nomina adſcripta fuiſſe. At vix credatur tam paucos in tot bellis periiſſe, cum præſertim ii, qui in Ægypto contra regem Artaxerxem bellum geſſerant, internecione pene deleti fuerint. Verum laudatus vir Baudelotius qui inſcriptionem penes ſe habet, eamque totam publicaturus eſt, ex marmore ipſo multa ad eam illuſtrandam eruet. Nobis hæc pauca prælibaſſe ſufficiat. Jam ad characterum formam, quæ noſtri inſtituti eſt, procedamus.

Singulare eſt, quod in titulo inſcriptionis, & in aliquot defunctorum nominibus initio, ſingulæ voces, demtis particulis & præpoſitionibus, triplici puncto diſtinguantur. Etſi vero nullatenus credam hunc morem uſu quodam & ſucceſſione ad poſteriora longeque remota ſæcula deportatum fuiſſe, e re tamen fuerit hic obſervare, in verſione Daretis Phrygii, quæ in Ambroſiana Bibliotheca Mediolani ſervatur, Gallico metro duodecimo circiter ſæculo ſcripta, duos primos verſus ad ſingulas voces tribus punctis notari, hoc pacto:

Salemons ⁝ nos ⁝ enſeigne ⁝ & ⁝ dit ⁝
Eſil ⁝ lit ⁝ hon ⁝ en ⁝ ſon ⁝ ecrit ⁝

Poſtea vero ſine punctis ita ſcribi:

Que nus ne deit ſon ſens celer
Ains ſe deit hon ſi demonſtrer.

ut annotavimns in Diario Italico, p. 19. In inſcriptionibus quoque Latinis ac in Græcis non ſemel animadverti, ſingulas voces uno puncto notari: quod item in Pſalterio Græco Sedulii Scoti infra Libro tertio obſervatur. Idque in uſu erat, ut ſuperius diximus, ad diſtinctionem vocum, ne perturbatio inter legendum oriretur.

Licet porro de vetuſta Græcarum literarum forma, non pauca ad ſingulas dixerimus ſupra, e re fuerit hic aliqua de formis inſcriptionum ſuperaddere. ⲣ ſic ſcribitur, anteriore linea, quæ vulgo in ſemicirculum ducitur, in anguli formam ducta, & ſuppoſita lineola recta; ita ut ad R Latini figuram accedat, ſed non quantum in Farneſianis columnis, quæ in ſpecimine exhibentur. H aſpirationis tantum loco uſurpatur, quemadmodum apud Latinos, ut vides in voce HOIΔE pro οἵδε. Dativus caſus qui in vocibus in ος per ῳ, ſubſcripto ι, exaratur hodie, hic per ο exprimitur, ι una ſerie adſcripto, ut animadvertas in illis vocibus, EN TOI ΠOΛEMOI: idque antequam ω μέγα advectum eſſet. In marmoribus porro pariterque in vetuſtioribus libris, Dativus ille caſus, per ω tantum plerumque ſcribitur: nonnumquam tamen ι adjungitur hoc modo ΩI, vel ωι: nam Iota ſubſcriptum longe poſterioris uſus eſt. *Gamma* cujus forma vulgaris eſt Γ, hic ut *Lambda* ſcribitur Λ. In Farneſianis autem columnis ad utramque figuram accedit, ſic ⅃: vide quæ ea de re diximus ſupra. E pro H perpetuo ſcribitur in hac

inſcriptione, in Farneſiana & in inſcriptione Athenienſi a Sponio allata, de qua mox agetur, in columnis item Farneſianis Ionico veteri charactere inſcriptis, in nummis Athenienſibus: in marmore autem Bibliothecæ S. Marci Venetiis, cujus inſcriptionem in Diario Italico dedimus, p. 43. H modo hac ipſa forma, modo per E exprimitur, ut in ΓΑΜΗΛΙΩΝΟΣ ΔΕΚΑΤΕΙ ΙΣΤΑΜΕΝΟΥ, *decima menſis Gamelionis.* Ubi δικάτῃ pro δεκάτῃ: ibidemque ΤΕΙΒΟΥΛΕΙ, pro τῇ βουλῇ. Pari modo in marmore Allariotarum, cujus item inſcriptionem ibidem edidimus, p. 72. eſtque illa antiquiſſima, & ut videtur diu ante rem Romanam poſita, H modo per A quia Dorica dialecto ſcribitur, modo per E exaratur, ut in ΤΕΙ ΔΑΜΟΣΙΑΙ ΣΦΡΑΓΙΔΙ, *publico ſigillo.* Unde confutantur ii, qui volunt H ut I antiquitus pronuntiatum fuiſſe: nam quorſum H per E expreſſiſſent, niſi idem aut ſimilis ſonus utriuſque vocalis fuiſſet: an dicant etiam E ut *i* ſonuiſſe, nullamque uſum vocalis ε apud Græcos olim exſtitiſſe? Plato utique in Cratylo narrat H per E expreſſum antiquitus fuiſſe; ita ut diceretur ἐμέρα pro ἡμέρα. Scio dixiſſe quoque Platonem H etiam per I pronuntiatum olim. Verum quid inde, niſi vocalem H, nec E, nec I, quoad ſonum valuiſſe, ſed aliud munus in vocalibus expleviſſe: quod nos ultro fatemur: alias enim fruſtra invectum fuiſſet H, ſi eumdem ipſum quem E aut I ſonum habuiſſet. Verum magis acceſſiſſe ad ſonum τοῦ E, tum inſcriptiones iſtæ & Athenienſia numiſmata ſuadent, ubi ſemper H per E exprimitur; tum etiam uſus perpetuus veterum Latinorum qui H per E in omnibus nominibus ſcripſerunt, ut Δημοσθένης, Latine, Demoſthenes, ſimilite que Δημήτριος, Demetrius, &c. H vero per E, aut per ſonum ab E φέρον, non multum abſimilem, (nam variæ ſunt τοῦ E pronuntiationes,) olim prolatum fuiſſe ſuadet vel ipſa ejus origo: nam ab ה Phœnicio ortum haud dubie eſt, quæ litera apud Hebræos & Phœnicas, per E pronunciata eſt. Sonum quippe ut & literæ nomen antiquitus ſervabant Græci. Si quidem Phœnices & Syri *Hetha* dicebant, quemadmodum & priſci Græci, ut liquet ex ſupra dictis. Ea vero de re multæ diſceptationes prodierunt, prodeuntque in dies.

In marmoribus, nummis, & exemplaribus ante ſeptimum Chriſti ſæculum, paucos iotaciſmos ſive mutationes τοῦ η in ι obſervavimus; in poſterioribus vero ſæculis, mirum quantum hoc vitium invaluerit, præſertim autem ab undecimo Chriſti ſæculo. Verum hæc alias.

Idipſum quod in Dativo nominum in ος obſervavimus, hic in nominibus primæ declinationis in H deprehenditur, nam legitur ΕΝ ΦΟΙΝΙΚΕΙ, ΕΝ ΑΙΓΙΝΕΙ, pro ἐν Φοινίκῃ, ἐν Αἰγίνῃ. Siquidem ι una ſerie adjicitur. Deinde vero in inſcriptionibus & exemplaribus vetuſtiſſimis Dativus caſus per H ſcribitur, omiſſo ſæpius, nonnumquam adſcripto I ſic HI: nam Iota ſubſcriptum longe poſterioris ævi eſt, ut diximus libro primo.

De Lambda & Sigma Ionicis vide quæ ſupra diximus. Litera vero ξ per X & Σ conjunctis exprimitur in inſcriptionibus Baudelotiana & Athenienſi Sponii hoc pacto ΑΜΦΙΑΝΑΧΣ: nam in Farneſiana hæc litera non occurrit. Literam Ψ, licet ea in prima Ionica inſcriptione nuſpiam habeatur per ΦΣ, ſcriptam fuiſſe vix ambigo: nam ex earum numero erat, quæ a Simonide haud ita diu ante poſitam inſcriptionem Baudelotianam advectæ ſunt. Cum aſpirata autem φ junctam literam Σ, Ψ expreſſiſſe ſuadet litera ξ, quæ per X aſpiratam & Σ conjunctam in vetuſtis Ionicis inſ-

criptionibus exprimitur. Hujus exemplum haberi puto in altera Ionica inſcriptione a Sponio publicata, ubi in ſerie nominum p. 316. legitur ΟΦΣΙΑΣΕΣ pro Ὀψιάδης, ut æſtimo. In marmore tamen Baudelotiano, cujus ſpecimen ſupra dedimus, inter nomina Athenienſium, qui in prœliis ceciderant, legitur ΑΨΕΧΣΙΜΑΧΟΣ, ſive vulgari forma Ἀψιξίμαχος. At hoc nomen ſuſpectum eſt : videturque omnino legendum Ἀλεξίμαχος : altera enim lectio a Græcorum nominum conſuetudine abhorrere videtur : quare prior linea τῦ Ψ ſuperaddita putatur : ea quippe ſublata Ἀλεξίμαχος legitur ſecundum formam Ⅼ pro Λ, quæ in illa inſcriptione ſemper habetur.

Altera inſcriptio Ionica Baudelotiana a Jacobo Sponio cum adhuc ea Athenis eſſet exſcripta, & in Miſcellaneis publicata fuit p. 315. multis mendis deturpata. Poſita autem fuit Peloponneſiaci belli tempore, aliquot annis poſt priorem Erechteïdarum : atque ut conſpicuum videtur, (nam titulus cum aliqua inſcriptionis parte periit,) nomina continet eorum, qui in aliqua pugna navali ceciderant, ſiquidem ad nomen ΦΟΚΙΟΝ, & ad nomen ⅃ΥΚΕΑΣ, additur ΤΡΙΕ; id eſt, Τριήραρχος, *Triremis Præfectus.* Variarum autem tribuum nomina defunctorum hic recenſentur ; nimirum Λεοντίδος, Ακαμαντίδος, Οινείδος, Κεκροπίδος, Ιπποθοοντίδος, *Leontidis*, *Acamantidis*, *Oeneïdis*, *Cecropidis*, *Hippothoontidis.* Formæ literarum in quibuſdam priori inſcriptioni ſimiles, in quibuſdam diſſimiles ſunt. Β non angulis ut altera, ſed ſemicirculis terminatur vulgari more. Λ ſic pro Γ degingitur, Ε pro Η ponitur ut in priore. Η. vero pro aſpiratione tantum uſurpatur. *Lambda* ſic pene depingitur Ⅼ. Ξ per ΧΣ exprimitur, Ρ ſic ſemper ſcribitur. Ρ ſic vulgari forma, non addita lineola ut in altera. Σ ſic communi forma delineatur. Ο pro Ω ubique ponitur. Reliqua ut in priore exarantur. Sponius multa nomina deformavit ; nempe ΘΕΟLΕΝΕΣ legit pro ΘΕΟΓΕΝΕΣ; ΕΥΕΡLΙΔΕΣ, pro ΕΥΕΡΓΙΔΕΣ ; ΛΟΡΛΟΣ, pro ΓΟΡΓΟΣ; & ſimiliter, ΘΕΟΛΝΕΤΟΣ, pro ΘΕΟΓΝΕΤΟΣ, &c. In his autem vocibus Λ ſic ſcriptum Γ ſignificare non advertit. Cæterum has binas inſcriptiones integras dediſſemus : ſed cum D. Baudelotius eaſdem ſuapte opera publicare deſtinaverit, plura jam proferre non licuit.

Inſcriptionem alteram, in Tabula ſuperius repræſentatam, præferunt columnæ nunc Farneſianæ, Ionicis literis inſcriptæ, ab Herode Attico in villa ſua Triopia tertio ab Urbe lapide erectæ. Erat enim villa Triopia multis inſcriptionibus nobilitata, ex quibus non paucæ ſuperſunt ; nempe inſignis illa, quæ hodie in villa Burgheſiana viſitur, eruditis Claudii Salmaſii exercitationibus illuſtrata, & a Jac. Sponio in Miſcellaneis denuo cuſa. Altera Anniæ Regillæ Herodis Attici conjugis, quam nuper erutam exſcripſi Romæ, & in Diario Italico retuli : videturque poſita fuiſſe poſt mortem Anniæ Regillæ. Tertia iſthæc in duabus columnis inciſa, cujus excerptum edidit Joſephus Scaliger, totamque publicavit Gruterus in Theſauro. Ea vero Ionicis literis, ut Baudelotiana, cum nonnullo tamen diſcrimine exarata eſt. Nec audiendus Joſ. Scaliger qui arbitratur Ionicarum literarum uſum ad uſque tempus Herodis Attici ſucceſſione quadam deveniſſe. Nullum enim earum veſtigium reperitur, niſi in marmoribus priſcæ vetuſtatis, ſcilicet ante Alexandrum magnum poſitis ; licet innumeræ in Græcia inſcriptiones exſtent, & in dies eruantur. Crederem potius Herodem Atticum virum doctum, & antiquitatis amantem, qui tempore Trajani & ſubſequentium

Auguſtorum diu floruit, curaſſe ut inter alias inſcriptiones in villa ſua Triopia erectas, hæc etiam priſcas Ionicas literas referens, columnis inciſa emineret : quæ vulgari conſcribendi genere ſic legi debet.

Οὐδενὶ Θεμιτὸν μεταχινῆσαι ἐκ τῦ Τριοπίυ
ὅ ἐστιν ἐπὶ τᾳ τρίτῳ ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ
ἐν τᾳ Ἡρώδυ ἀγρῷ. Οὐ γὰρ λώιον τᾳ κινήσαντι
μάρτυς θεὰ Ἐνοδία.

In altera vero columnæ parte.

Καὶ οἱ κίονες Δήμητρος καὶ Κόρης ἀνάθημα
καὶ καταχθονίων Θεῶν.

Id eſt :

Nemini fas eſt tranſmovere ex Triopio,
quod eſt ad tertium lapidem in via Appia
in Herodis agro. Non enim conducet moventi.
Teſtis dea Enodia ; id eſt, viarum præſes.

In altera vero columnæ parte.

Et columnæ, Cereris & Proſerpinæ donarium,
ac Manium deorum.

In hac inſcriptione hæc præcipue obſervanda ſunt. Diphtongus ου numquam occurrit, verum pro ea O tantum ponitur, ut vides in voce ΟΔΕΝΙ, pro οὐδενὶ, & in ſequentibus frequentiſſime. Pro Δ *Delta*, D Latinum uſurpatur : quam formam priſcæ vetuſtatis apud Græcos, & ex Phœnicia derivatam eſſe, ſupra oſtendimus. H per E ſemper exprimitur, ut in Baudelotianis marmorib. ipſumque H pro aſpero ſpiritu, non pro litera ſemper uſuvenit. Σ ſic exprimitur ϟ & ad Latinum S accedit : qua de re vide ſuperius ad literam Σ. Γ cum poſtrema linea decurtata depingitur. Dativus caſus in ῃ & ῳ, per EI & OI exaratur, ut in Baudelotian's marmorib. ſimiliterque Dativus in ᾳ ſubſcripto ι, per AI. Quodque ſingularius eſt κατα compoſitum cruce deſignatur hac ratione ✝ ΘΟΝΙΟΝ, pro καταχθονίων, inferorum, vel manium ; ubi etiam vides literam X omitti. Si quid aliud diſcriminis interſit has inter & Baudelotianas formas, jam ſuperius obſervatum eſt : & in ſchemate cuique conſpiciendum offertur. Enodia, Diana venatrix eſt Heſychio ; Hecate vero aliis. Illa vero, viarum præſes cum eſſet, in teſtimonium vocatur adverſus eos, qui ſtatuas, Cereri, Proſerpinæ & diis Manibus ſive inferis dicatas, loco moverint.

Poſtquam de veteribus Ionicis literis ſuperius actum eſt ; jam ad uſu vulgari frequentatos characteres procedamus : quales in nummis & marmoribus obſervantur, & ſi quæ occurrant ſubinde varietates aperiamus. Sane a tempore, quod inter Peloponeſiacum bellum & initium Romani imperii intercurrit, in literarum formis non multum diſcriminis deprehenditur : nam in pleriſque parum vel nihil mutatum eſt. Ex vetuſtiſſima autem Cyzicenorum inſcriptione, quæ ad impluvium Grimanarum ædium Venetiis puteo imminet, Alphabetum in Tabula ſequenti damus. Poſita ſiquidem videtur, cum civitates Græciæ adhuc ſui juris eſſent, nec ſubactæ legibus Macedonum ſive Regum, qui poſt Alexandrum imperio, multas in partes diviſo, potiti ſunt. Hæ vero formæ paſſim occurrunt in numiſmatibus &

marmoribus; ſi quid autem diſcriminis intercedat, hic annotemus ad ſingulas literas, quæ varie exaratæ deprehenduntur.

A. Hæc eſt forma vulgaris hujus literæ: ſed ſic item ſcripta conſpicitur cum angulo intus in vetuſtiſſimo lapide Romæ , & frequentiſſime in marmoribus. Hoc modo autem delineatum raro occurrit , quæ forma in manuſcriptis vetuſtioribus fere ſemper obſervatur, uti ſupra dictum eſt.

Z ſic inciſum habetur in nummis & marmoribus; ſed hac forma etiam non infrequenter obſerves , quo pacto ſcribitur in Cyziceno marmore, cujus Alphabetum in Tabula damus infra.

Θ cum puncto in medio ſcribitur, itemque frequenter cum linea tranſverſa ſic Θ: nonnumquam quadrum exaratur quale viſitur Romæ in ædibus Maximianis ad imum iconis marmoreæ Theophraſti, & alibi non infrequenter.

M ſic vulgo depingitur: aliquando etiam ut in Alphabeto Cyziceno infra, interdum diductis admodum lineis ſic , ut in nummo Amyntæ Macedonum Regis, cujus ectypum dedimus: etiam ſic delineatum habetur ad imum iconis Menandri, & alibi, ſed non ita frequenter.

Ξ hac forma occurrit in nummis & in marmoribus, uſque ad Romanum Imperium: ξ vero, ad cujus deflexam formam Mæander defluere dicit ab Auſonio, non paris vetuſtatis eſſe videtur, ut infra notabitur. Sic item ſcriptum occurrit in nummis . In gemmis autem Baſilidianorum ſic exaratur cum lineola ſupra: in manuſcriptis quibuſdam VIII. circiter ſæculi ſic ut infra videas. Verum hæ duæ poſtremæ formæ medii ævi ſunt.

O multipliciter ſcriptum reperitur: nam præter hanc vulgarem formam quadrum etiam occurrit ſic ut in numiſmate Amyntæ, in marmore Theophraſti & aliis in locis, maximeque ad imum iconum veterum. Rhomboïca item forma conſpicitur in Tabulis Siculis Gualtheri . Sed hæc forma poſt rem Romanam inducta videtur. In numiſmatibus vero & inſcriptionibus ſæpe minoris eſt magnitudinis quam reliquæ literæ, ut vides infra in Alphabeto Cyziceno: imo etiam aliquando in nummis unico puncto exprimitur; ut in nummo Philippi Macedonum Regis, ubi legitur ΦΙΛΙΠΠΟΣ

ΓΠ Hac utraque forma paſſim ſcribitur, ut videre eſt in Alphabeto Cyziceni marmoris infra. Sed prior forma Γ, decurtatâ poſtremâ lineâ, vetuſtior eſt; unde factum P Latinum, mutando quadrata rotundis.

Σ ſic vulgo depingitur. Non raro item diductis admodum lineis hoc pacto quandoque plus, quandoque minus. Utrum autem Ε quadrum hac figura ante rem Romanam in marmoribus obſervetur dubium eſt.

Υ hac forma reperitur paſſim: hac item nonnumquam , ut in marmore Andocidis & Ariſtophanis Romæ, & infra in quadam Ancyrana inſcriptione, quæ ſub primis Auguſtis poſita videtur: aliquando, ut V Latinum effingitur, ut in nummo Byzantiorum noſtro, ubi ſub uva legitur ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ: ſingulari forma gaudet in nummo Amyntæ ſupra, ubi ſic delineatur.

. Hæ ſunt hujus literæ formæ: quarum prima in Deliaca inſcriptione ſupra & alibi, ſed raro; ſecunda vulgaris eſt; tertia Romæ ad imum iconis cujuſdam Græcæ; quarta item Romæ obſervata eſt in inſcriptione Nymphodori in ædibus Maphæianis; quinta in inſcriptione quadam

in Insula Syro, cujus apographum a Domino de Tournefort allatum est, & in gemmis Basilidianorum infra. Duæ autem postremæ formæ utrum ante Romanum Imperium usurpatæ fuerint non ita perspectum habemus.

Ω sic item scribitur ⍵ in eadem Nymphodori inscriptione. Hoc item ritu exaratum occurrit Ϻ quasi M inversum, idque in antiquis tabulis Siciliæ Gualteri, necnon in quadam Ancyrana inscriptione mox adferenda. Sed ultima forma non videtur ante rem Romanam inducta.

In numismatibus Antiochorum, Arsacidarum, aliorumque orientis Regum necnon civitatum Græcarum, literæ globulis distinctæ repræsentantur: quod genus, rei nummariæ periti nostrates vocant, *Medailles perlées*. Harum item Alphabetum proferimus. In nummis vero Ptolemæorum id singulare occurrit, quod literæ oblongæ admodum & coarctatæ sint ut plurimum: quod infra videas in Tabula.

In nummis antiquis observantur monogrammata non pauca: ubi aliquot literis simul complicatis nomina civitatum, deorum, aut virorum illustrium exprimuntur; ita ut interdum literæ omnes unius nominis in monogrammate compareant, nonnumquam vero tres quatuorve tantum nominis literæ. Plerumque autem quo pertineant siglæ hujusmodi deprehendi nequit: sunt enim aut Monetariorum notæ, aut eorumdem nomen: quid vero hisce literis & siglis significetur divinari nequit. Ex ignotis hujusmodi siglis nonnullas solum ad specimen proferimus. Monogrammata autem civitatum quædam, ex libris ac ex Musæis variis excepta ordine alphabetico in Tabula expressimus; ita tamen ut multa consulto prætermiserimus, utpote minus certa.

Hæc porro sunt nomina urbium nexibus literarum enuntiata.

Αἰγιείων, *Ægiensium*, Αἴγιον, *Ægium*, urbs erat Achaïæ.

Αἰγινητῶν, *Æginetarum*, ab Ægina proxime Athenas. In spatiis siglæ vacuis nonnumquam scribitur Αιγ. Interdum etiam eædem literæ vario situ ponuntur.

Αἰτώλων. *Ætolorum*. Populi erant Epiro finitimi.

Ακραγαντίνων, *Agrigentinorum* in Sicilia. In monogrammate clare exprimuntur tres literæ AKP.

Αμβρακιωτῶν, *Ambraciotarum*, Ambracia urbs erat in Thesprotia Epiri: quæ Pyrrhi urbs Regia fuit.

Αμίσου, *Amisus* urbs erat in Paphlagonia, quæ binis monogrammatibus significatur.

Απειρώτων, *Epirotarum*. Hæ siglæ in nummis quidem Epirotarum sunt; sed aliud haud dubie, quam Απειρώτων, significant; puta Monetariorum, aut virorum illustrium nomina.

Απολλωνιατῶν, *Apolloniatarum*, multæ erant Apolloniæ. Hoc autem monogramma non videtur Apolloniam exprimere, licet in nummis Apolloniatarum compareat: sed nomen vel Dei, vel Magistratus cujusdam, vel denique nota Monetarii.

Ἀραδίων, *Aradiorum*, in nummis Antiochi. Aradus urbs Phœniciæ erat.

Ἀργείων, *Argivorum*. Duo monogrammata sunt, quorum modo illud, modo aliud in nummis habetur.

Ἀρσινόη, vel Ἀρσινοϊτῶν, *Arsinoe*, aut *Arsinoitarum* in Ægypto. Id putatur hæc sigla significare in nummo Ptolemæorum. Sed res dubio non vacat:

nam

Alphab. ex Marm. Cyziceno.

ΑΒΓΔΕΙΗΘΙΚΛΜΝΞΟΓετΠΡΣ

ΤΥΦΧΨΩ *Ex numm. Antiochorum.*

ΑΒΓΔΕΖΗΘΙΚΛΜΝΞΟΠΡΣΤΥΦΧΨΩ

Ex numm. Ptolemæorum.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ

Monogrammata.

Αἰγιείων

Αἰγινητῶν

Αἰτώλων

Αχραγαντίνων

Αμβρακιωτῶν

Αμίσου

Απειρώταν

Απολλωνιατῶν

Αραδίων

Αρχείων

Αρσινόη, vel Αρσινοϊτῶν

Αχαίων

Μεγάλη Βέροια

Επιδαυρίων

Ερεσίων

Ηράκλεια

Θασίων

Μακεδόνων

Μυριναίων

Νικομηδέων

Πανορμίταν

παρίων

πάτραι

Σαρδιανῶν

Σελεύκεια

Σμυρναίων

Ταραντίνων

Τύρου

P. Giffart fec.

nam A inferne clauſum, videtur exprimere Δ, quæ tamen litera in voce Αρσινόη non comparet.

Αχαιῶν, *Achæorum*: nonnumquam aliæ literæ adſcribuntur, & interdum etiam literæ vario ſitu ponuntur circa literam X, diductis admodum lineis poſitam.

Μεγάλη Βέροια, *Magna Berœa*, in nummo Philippi. Multæ Berœæ erant: Macedonica vero Berœa a Luciano *in Aſino*, vocatur Berœa magna & populoſa.

Επιδαυρίων, *Epidauriorum*.

Ερεσίων, *Ereſiorum*. Ereſus urbs erat in Leſbo inſula.

Ηράκλεα, *Heraclea*. Alia exſtant in nummis iſtius urbis monogrammata, aliquantulum diverſa ab eo, quod in Tabula repræſentatur.

Θασίων, *Thaſiorum*, hoc monogramma in nummo Thaſiorum reperitur; ſed aliud haud dubie, quam Θασίων ſignificat: eſtque nomen vel dei, vel Optimatis cujuſdam, vel demum Monetarii.

Μακεδόνων, *Macedonum*, in nummo Alexandri. In ejus autem nummis variis variæ ſiglæ repræſentantur: quæ quo pertineant ignoratur.

Μυρινάίων, *Myrinæorum*. Myrina urbs erat Æolidis.

Νικομηδέων, *Nicomedenſium*. In Cimeliarchio Magni Etruriæ Ducis in nummo quodam Germanici, in poſtica parte legitur Β. τῆς μητροπόλεως cum hac ſigla poſtea.

Παρμιτάν, *Panormitanorum*. Hæc duo monogrammata variis in nummis habentur. In aliis alia obſervantur, quæ quo pertineant ignoramus.

Παρίων, *Pariorum*. Duo monogrammata in Tabula expreſſa paſſim in Pariorum nummis obſervantur.

Πάτραι, *Patræ*, *arum*, urbs Achæorum Peloponneſi.

Σαρδιανῶν a Sardibus urbe Lydiæ.

Σελεύκεια, *Seleucia*, in nummo Seleuci Nicatoris.

Σμυρναίων, *Smyrnæorum*.

Ταραντίνων, *Tarentinorum*.

Τύρ. Hac ſigla putant ſignificari Tyrum. Sed res dubio non vacat: crederem potius eſſe nomen proprium cujuſpiam.

Hæc augeri poſſent, verum ad ſpecimen ſatis ſunto: cum maxime ſiglæ hujuſmodi, ſive monogrammata Urbium, nonniſi conjecturis ut plurimum legi poſſint. Aliæ ſunt item notæ Monetariorum quæ explicari nequeunt; ſiglæ item numinum, aut virorum illuſtrium. Quæ omnia referre non eſt præſentis inſtituti: adeantur rei nummariæ Scriptores. Monogrammata autem quæ jam adtulimus partim ante rem Romanam, partim ſub Romano imperio inſculpta fuere.

CAPUT V.

De inſcriptione Athenienſi nunc Colbertina, Tiberio Imperium ineunte poſita.

INEUNTE Romano imperio in Græcis literis quibuſdam novatum eſſe deprehenditur: jamque tempore Auguſti mutationes quædam licet rarius

in formis Græcis obſervantur : quæ in monumentis Romanis primo, deinde vero, licet tardius, paulatim in Græcia & in Oriente obtinuerunt : qua de re in Cap. ſequenti. In ea autem, quam nunc proferimus, Athenienſi inſcriptione, nihil in literis habetur, quod a priſco more deflectat. Eſt autem ea in marmore duorum circiter ac dimidii pedum longitudinis; latitudinis vero unius ac dimidii. Et primo quidem Athenis eruta Conſtantinopolin ad Regis Galliæ Oratorem tranſlata eſt : ibique a Jacobo Sponio exſcripta fuit, ac publicata deinde ab eodem in Itinerario ſuo Gallice ſcripto : ſed miſere deformata, & ſupra fidem vitiata, ut infra videbitur. Indeque in Bibliothecam Colbertinam tranſlata fuit; unde nos exſumſimus. Poſita autem fuit Druſo Conſule, anno Chriſti 15. vel 16. Imperatoris Tiberii ſecundo. Ibi pauca in literis ſingularia annotari poſſunt : A cum angulo intus delineatur, ac ita exaratum non infrequenter occurrit in aliis marmoribus. H vulgo cum tranſverſa linea, interdum cum puncto in medio I-I. P in hac inſcriptione ſemicirculum ſemper habet in medio lineæ ſic ⊅, quod nuſquam alias obſervatum a nobis eſt. Lineâ 10. poſt hæc verba, φιλωτας Θεοδωρου, conſpicue legitur ΕΓ Μυειωτης, pro ΕΚ Μυειωτης, quæ commutatio in aliis quoque inſcriptionibus obſervatur. Sic in Corcyræa inſcriptione Diar. Italico p. 415. ἐγδημοσθμτω legitur pro ἐκδημοσθμτω, & pluries repetitur. Lineâ 18. poſt vocem Διοδωρος, ad quid pertineat figura ſequens ϽΙ ignoramus : an dicatur eſſe notam denſi ſpiritus in voce ſequenti Ερμεῖυ, Hermêi? Cætera ad formam characteris ſpectant a lectori exploranda mittimus in Tabula ſequenti, ubi germanam hujus inſcriptionis lectionem dedimus, ut quiſque videat in Bibliotheca Colbertina. Si quis autem noſtra perlecta Tabula, Sponii apographum adeat, aliam prorſus rem agi putet; ita ſcilicet in omnibus pene variatur. Sic igitur apud Sponium habetur Tomo 3. Itinerarii Gallice ſcripti, p. 106. ſecundæ partis ejuſdem Tomi.

Αρχοντος
Καμ ιερεως Δρυσυ υπατυ
Ξενων Μεννεω φλυθυς
Ηρακλιτος Αειτοκλεους Σφηττιος πολεμαρχος
.... ετησα Αλκητου Πειθοϊδης Θεσμοθετυ
Λθυκιος Σεπτιος Κηφισιθυς
φιλωτας Θεοδωρου εγ Μυειτωιτ
Δημητριος Κιωνυ Κυδαθηναιεις
Σεξτιος Λθυκιυ Διηγητυς
Αθηνοδωρος Ευγητιος Φρεαρριος
Αλεξανδρος Αλεξανδρυ Θειασιος
Κηρυξ της εξ Αρειουπαγυ βουλης
Λεωνιδης Λεωνιδυ Μελιτιεις κηρυξ αρχοντι
Διοδωρος Ερμειος αυλητης
Ιπφιλος Ασκληπιαδυ Αθμονεις
Εστιαιος Διονυσιυ Μιλησιος.

Sic ille inſcriptionem nobiliſſimam, nec lectu difficilem penitus vitiavit, voces quaſdam neceſſarias & luculenter exaratas de medio ſuſtulit; ut ſunt

βασιλεὺς, & Λιτυργὸς; casus frequentissime alios pro aliis posuit; ut initio, Ἄρχοντος τῦ ἱερέως Δρύσου ὑπάτου: ubi clare legitur; Ἄρχων τῦ ἱερεὺς Δρύσος ὑπάτου Ξένων, & ita sensus postulat, ac deinde Θεσμοθέτου, pro Θεσμοθέτης. Quod autem pejus fuit, distinctiones omnes, quæ in lapide conspicue habentur, perturbavit, cum voces quasdam aliis, & longe disparatis adjunxit. Quibus ita positis adeo ἀσύστατα sunt omnia, ut ne ipse quidem quid ageretur intellexerit; sed inauspicato hæc divinarit: *Marmor ut videtur positum in memoriam cujusdam ædificii, plurimorum sumtibus constructi, quo tempore Drusus Tiberii filius Archon Athenis fuit, quod in historia prætermissum fuit. Polemarchus hic memoratus, is erat cui exercitûs ductum tradebant Athenienses: Thesmotheta vero, is qui ludis publicis præerat.* Sic Jacob. Sponius. Hæc porro omnia, ædificium multorum peculio excitatum, ubi ne verbum quidem de ædificio, Drusus Tiberii fil. Archon Athenis, Thesmotheta unus, ubi sex perspicue nominantur, omnino ἀπροσδιόνυσα sunt. Neque mirum id est apud Sponium, qui paucas inscriptiones lapsibus hujusmodi non contaminatas dedit. Quatuor una serie easque brevissimas referam, quæ manu medica egent. T. 3. p. 100.

Inscriptio portæ cuidam imminens:

Ανεκαινίσθη (sic) ὑπὸ Βασιλείου τῦ Κωνσταντίνου τῶν πορφυρογεννήτων φιλοχρίστων σεβαστῶν διαποτῶν ἐν ἔτει ΚΦΚΑ. Ubi legendum est haud dubie, ἐν ἔτει ϛφκα. Id est, *Restauratum est sub Basilio & Constantino Porphyrogenitis Christi amantibus Augustis Dominis aut Despotis, anno mundi 6521. id est Christi* 1013. quo tempore hi fratres imperabant.

Et ibidem, ανεκαινίσθη ὑπὸ Μανουὴλ τῦ φιλοχρ βασιλέ Ρωμαίων τῦ υἱῦ ἐν Χρ.. καὶ αὐτοκράτορος Ρωμαίων τῦ Κομνηνῦ ἐν ἔτει ϛχοϛMB. Ubi legas βασιλέως πορφυρογεννήτου, & forte aliam vocem interponas: annum vero sic certo restituas ϛχοϛN IB. nam Sponius notam numeralem I cum N conjunxit ut M faceret, sic autem vertimus, *Instauratum est sub Manuele Christi amante Porphyrogenito Romanorum Imperatore Comneno, anno 6672. Christi* 1164. *Indict.* 12. Et vere Indictio 12. in hunc annum cadit.

Ibidem hos quatuor versus mendose refert sic: Ον της θαλασσης θερυσμος μακρω χρονω κλυδωνι πολλω και σφοδρω ρεγνυμενη, επισω κατεναγκασε πυργον εκ βαθεων, Βασιλεος ηγειρεν θυσεβης αναξ.

Ubi sic legas:

Ον τῆς θαλάσσης θερυσμὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ
Κλύδωνι πολλῷ καὶ σφοδρῷ ῥηγνυμένη
Πεσεῖν κατέναγκασε πύργον, ἐκ βάθρων
Βασίλειος ἤγειρεν εὐσεβὴς ἄναξ.

In primo versu sic quoque legi potest, θερυσμὸς μακρῷ τῦ χρόνῳ. Nam istis temporibus Græci in Iambis, licet breves & longas parum curarent, numeros tamen syllabarum servabant. Sensus est:

Quam maris æstus diuturno tempore,
Fluctibus multis ac decumanis irrumpentibus,
Humi prostraverat Turrim, a fundamentis
Basilius excitavit pius Imperator.

Ibidem hanc quidem inscriptionem recte posuit, Ἰω ἐν χω αὐτοκράτορος Παλαιολόγου, *Joannis in Christo Imperatoris Palæologi*; sed oscitanter adjecit,

ΑΡΧΩΝ

ΚΑΙΙΕΡΕΥΣΔΡΟΥΣΟΥΥΠΑΤΟΥ

ΞΕΝΩΝΜΕΝΝΕΟΥΦΛΥΕΥΣ

ΒΑΣΙΛΕΥΣ

ΗΡΑΚΛΙΤΟΣΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΣΦΙΤΤΙΟΣ

ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ

ΑΛΚΕΤΙΣΑΛΚΕΤΟΥΠΕΡΙΘΟΙΔΗΣ

ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ

ΛΕΥΚΙΟΣΣΕΠΠΙΟΣΚΗΦΕΙΣΙΕΥΣ

ΦΙΛΩΤΑΣΘΕΟΔΩΡΟΥΕΓΜΥΡΙΝΟΥΤΤΗΣ

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΚΙΝΕΟΥΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣ

ΣΕΞΤΟΣΛΕΥΚΙΟΥΔΙΡΑΔΙΩΤΗΣ

ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣΕΥΓΙΤΟΝΟΣ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΚΗΡΥΞΤΗΣΕΞΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣ

ΛΕΩΝΙΔΗΣΛΕΩΝΙΔΟΥΜΕΛΙΤΕΥΣ

ΚΗΡΥΞΑΡΧΟΝΤΙ

ΔΙΟΔΩΡΟΣΕΡΜΕΙΟΥ

ΑΥΛΗΤΗΣ

ΙΣΙΦΙΛΟΣΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΑΘΜΟΝΕΥΣ

ΛΙΤΟΥΡΓΟΣ

ΕΣΤΙΑΙΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΜΙΛΗΣΙΟΣ



Joanne Palæologo imperante captam fuisse Constantinopolin : nam, quod nemini sane non notum est, sub Constantino ejus filio contigit Urbis excidium. Tempus me deficeret si omnia notarem, in quæ incidi : verum monuisse satis erit, nonnisi caute posse inscriptiones illas usurpari, & operæ pretium facturos eos, qui Orientales regiones peragrant, si ipsas denuo accuratiusque transcribant. Ne tamen Sponii laudi detractum velle videamur, fatemur recensionem ejus CLXXIV. tribuum Atticarum perutilem esse, nec indiligenter collectam : & quia variis ex marmoribus singula tribuum nomina excerpserat, accuratius quàm solet aliàs, illa describit : quare tria nomina Tribuum, quæ ex hoc marmore in vectura Constantinopoli Lutetiam, excussis aliquot frustrulis, exciderant, ex apographo Sponii sarcivimus in Tabula præcedenti.

Hæc autem vulgari charactere ita scribimus, adjuncta interpretatione.

Ἄρχων	*Archon*
Καὶ ἱερεὺς Δρούσου Ὑπάτου	*Et Sacerdos Druso Consule*
Ξένων Μεννέου Φλυεύς,	*Xenon Mennei Phlyeus,*
Βασιλεύς	*Rex*
Ἡράκλητος Ἀριστοκλέους Σφήττιος,	*Heraclitus Aristoclis Sphettius,*
Πολέμαρχος,	*Polemarchus,*
Ἀλκέτης Ἀλκέτου Περιθοίδης.	*Alcetes Alcetæ Perithoides.*
Θεσμοθέται,	*Thesmothetæ,*
Λούκιος Σέππιος Κηφισιεύς,	*Lucius Seppius Cephisieus,*
Φιλώτας Θεοδώρου ἐγ Μυρινούττης,	*Philotas Theodori ex Myrinussa,*
Δημήτριος Κινέου Κυδαθηναιεύς,	*Demetrius Cineæ Cydathenæus,*
Σέξτος Λουκίου Διραδιώτης;	*Sextus Lucii Diradiotes,*
Ἀθηνόδωρος Εὐγίτονος [Φρεάρριος,]	*Athenodorus Eugitonis Phrearrius,*
Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου [Θριάσιος.]	*Alexander Alexandri Thriasius.*
Κήρυξ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς	*Præco Senatûs Areopagi*
Λεωνίδης Λεωνίδου Μελιτεύς,	*Leonides Leonidis Meliteus:*
Κήρυξ Ἄρχοντι	*Præco Archonti*
Διόδωρος Ἑρμείου,	*Diodorus Hermeæ,*
Αὐλητὴς	*Tibicen*
Ἰσίφιλος Ἀσκληπιάδου Ἀθμονεύς,	*Isiphilus Asclepiadis Athmoneus,*
Λιπυρὸς	*Minister*
Ἑστιαῖος Διονυσίου Μιλήσιος.	*Hestiæus Dionysii Milesius.*

Hic notantur Magistratus annui Athenienses Druso Consule, qui cum C. Norbano Flacco Consulatum iniit anno Christi 15. qui erat Tiberii secundus. Sed hîc Consul unus ex duobus, ut alibi sæpissime in marmoribus, nominatur : cujus rei exempla multa suppeditat Gruterus in Thesauro. Drusi ergo Consulatu non ipse Drusus, ut fert depravata Sponii lectio, sed Xenon Mennei filius Phlyeus Archon primus, sive Ἄρχων ἐπώνυμος, erat. Etsi namque Augusti ac Cæsares Archontum Athenienssium munus quandoque dedignati non fuerint, v. g. Hadrianus & Gallienus ; ut probe commonstrat Antonius Vandale in erudito opere de Antiquitatibus & marmoribus, p. 221. nusquam, ut puto, legitur Drusum Tiberii filium hoc munere functum esse ; nam quod ille vir doctus inter Archontas Athenienses Drusum numeraverit, id ex vitiata per Sponium inscriptione mutuatus est : neque enim pote-

rat inconsulto marmore veram lectionem assequi.

Hic igitur novem Athenienſium Archontes annui notati recenſentur, additis ſingulorum tribubus. Primus erat Ἄρχων ἐπώνυμος; ſecundus βασιλεὺς, ſive *Rex*; tertius Polemarchus; ſex reliqui Theſmothetæ. Ignorat nemo, poſtquam Reges Athenis deſierant, Magiſtratus perpetuos, qui Ἄρχοντες appellabantur, creatos fuiſſe: hi autem annis 316. rem publicam adminiſtrarunt: donec mutato regimine Archontes decennales conſtituerentur, qui ſeptem numero, annis 70. hoc munus geſſerunt. His ſubſtituti ſunt Archontes annui: quorum primus ἐπώνυμος, *Eponymus* vocatus, cæteris dignitate præerat, atque ut Conſules Romæ, ſic Archon ille primus & Eponymus Athenis, pro anno deſignando uſurpabatur. Archon igitur Eponymus Druſo Conſule erat Xenon Mennei filius, idemque ἱερεὺς ſive Sacerdos dicitur: hi quippe Archontes Eponymi ſacris præerant, præſertimque magnis Dionyſiacis ſive Bacchicis ſolemnitatibus, ut ex Julio Polluce obſervat idem Ant. Vandale. Hîc porro Dionyſiacorum ſymbola adſunt ad imum marmoris, ut vides in Tabula ſupra, nempe palmes cum uva, &c.

Poſt Archontem Eponymum, qui erat Xenon Mennei filius, Tribu Phlyeus, ſequitur βασιλεὺς, Rex, qui inter Archontes Athenienſes ſecundas tenebat: is erat Heraclitus Ariſtoclis Tribu Sphettius. βασιλεὺς autem, ſive Rex, jam a priſcis temporibus ſecundus inter Archontes Athenienſes numerabatur: cujus officium erat Myſteriis præeſſe, illaque adminiſtrare, quæ ad patria ſacrificia pertinerent. Judicia de rebus ſacris ad illum deferebantur. Ipſe lites ſuper cæde ad Areopagum referebat: ubi depoſita corona, cum Areopagitis judex ſedebat. Adverſariis denuntiabat, ut abſtinerent a Myſteriis aliiſque legalibus. Uxorem autem ejus βασίλισσαν, ſive *Reginam* appellabant. Hæc Regis ſacrorum munia fuſe & docte ſuo more proſequitur Antonius Vandale eodem in opere, p. 203. & ſeqq.

Archontum tertius erat Polemarchus, πολέμαρχος, ab Harpocratione deſcriptus in Lexico: quod munus hîc obtinere dicitur Alcetes Alcetæ filius, Perithoïdes, ex Tribu videlicet ejus nominis. Πολέμαρχος, principio quidem rem bellicam adminiſtrabat: ſed poſtquam Athenienſes Romanis paruerunt, rebus tantum urbanis Polemarchi proſpiciebant. Horum autem munia Julius Pollux & alii deſcripſerunt: Polemarchus, Dianæ agroteræ ſive agreſti ſacrificabat, & Enyalio, ſive Marti, diſponebat item Epitaphium eorum, qui in bello ceciderant. De cauſis litigantium judicabat inter peregrinos & advenas: atque, ut ait Ariſtoteles, idipſum erat Polemarchus erga peregrinos, quod Archon erga cives.

Sex Theſmothetæ novem Archontum numerum complebant: Druſi autem Conſulatu hi Theſmothetæ erant, Lucius Seppius Cephiſieus, Philotas Theodori ex Myrinuſſa, Demetrius Cineæ Cydathenæus, Sextus Lucii Diradiotes, Athenodorus Eugitonis Phrearrius, Alexander Alexandri Thriaſius. Theſmothetarum munus erat, ut leges in publico ſingulis annis corrigerent, διορθοῦν, & accurate diſpicerent eſſetne lex aliqua alteri adverſa; an aliqua inter ratas abrogata; eſſentne plures de unaquaque re perſcriptæ. Tum ſi quæ hujuſmodi eſſent, in concione proponebantur, & ſi opus eſſet abrogabantur. Illa autem legum emendatio non apud Athenienſes tantum, ſed etiam in aliis Græciæ civitatibus in uſu erat: ſic in Corcyræa inſcriptione, de qua ſuperius: Εἰ δέ κα διόρθωσις τῶν νόμων γίνηται, ταξάντων οἱ διορθα-

τῆρες εἰς τοὺς νόμους, καθὼς καὶ τὸ ἀργύριον χρείζεσθαι. Id eſt, *Quod ſi legum emendatio acceſſerit, ſtatuant legum correctores in ipſis legibus, quo pacto eadem ipſa pecunia adminiſtranda ſit.* Leges igitur iſtæ tales erant ut, ſi quid uſus & experientia melius eſſe doceret, facile mutarentur. Iidem vero præſcribebant, quando in Tribunalibus judicia exerceri, quando delationes deferri deberent ad populum, & alia hujuſmodi civilia officia gerebant, quæ pluribus explicantur a Budæo in Pandectis.

Poſt novem Archontas ſequitur in Tabula, κήρυξ τῆς ἐξ Ἀρεοπάγου βουλῆς, *Præco Senatus Areopagi.* Is hoc anno erat Leonides Leonidæ Melitenſis. Κήρυκες ſive Præcones Athenis, quidam ceu Magiſtratus erant, ut habet Thucydidis commentator; hi, ut ipſum nomen ſonat, Senatûs placita enuntiabant.

Præter autem Κήρυκα ſive Præconem Areopagi, habetur item in Tabula, Κήρυξ ἄρχοντι, *Præco Archonti*: is autem hoc Druſi Conſulatûs anno erat Diodorus Hermiæ filius, cui ſoli nomen Tribûs non adjungitur: an quia ex Κηρύκων ſive Cerycum familia erat? Teſte quippe Iſocrate in Panegyrico, genus & familia Athenis erat τῶν Κηρύκων, Cerycum ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ, a quodam Ceryce Hermæ filio. Rem mittimus erudito lectori explorandam.

Poſt ſequitur αὐλητὴς, *Tibicen*, quem quotannis Archon ſortiebatur, ſive adhibitis ſortibus deligebat. Is autem erat qui in magnis Dionyſiacis tibia ludebat, hoc autem anno in Auleten delectus eſt Iſiphilus Aſclepiadis Athmoneus. Corcyræi vero in Dionyſiacis, ſeu Bacchi celebritatibus, tres Tibicines ſive Auletas, Tragœdos tres, Comœdos totidem conducebant, ut fertur in marmore Corcyræo, cujus inſcriptionem dedimus in Diario Italico, p. 412.

Agmen claudit λειτουργὸς, miniſter ſacrorum, aut moderator cæremoniarum: cujus miniſterium haud ſatis perſpectum habemus, nuſquam enim occurrit nobis in marmoribus & Tabulis. Dionyſiacis autem ſive Bacchicis ſacris miniſtraſſe ipſa res per ſe indicare videatur: imum quippe Tabulæ Dionyſiacis ſymbolis plenum eſt. Is hoc anno erat Heſtiæus Dionyſii filius Mileſius.

CAPUT VI.

De mutationibus, quæ primis Imperii Romani temporibus in Græcas literas advectæ ſunt. Inſcriptiones Ancyranæ & aliæ bene multæ, quarum magna pars nondum edita fuerat; cæteræ a mendis repurgatæ ſunt: ubi plurimi literarum nexus.

UT fere fit in rebus arbitrio hominum obnoxiis, primis Cæſarum & Auguſtorum temporibus, quarumdam Græcarum literarum formæ variæ inductæ ſunt, quæ in nummis & marmoribus obſervantur. Libros quippe tantæ vetuſtatis ad noſtram uſque ætatem perveniſſe non novimus. Etſi porro exemplaria omnia perierint, neminem puto inficias iturum eſſe, eaſdem ſaltem ut plurimum quas in lapidibus & in ære inciſas videmus formas, & formarum mutationes, in chartis item expreſſas fuiſſe: quandoquidem libri omnes vetuſtiores, qui ſuperſunt a quarto circiter ad octavum uſque ſæculum, eodem quo inſcriptiones eorumdem temporum charactere,

exarati ſunt, demtis paucis literis, quæ ad commodiorem uſum mutatæ fuere. Ac ut perſpicuum jamjam erit, ideo mutatæ characterum formæ ſunt, vel ut liquidius fluerent, vel ut paucioribus ſtyli aut calami ductibus effingerentur: quæ utilitates in ſcriptione atramento vel aliis liquoribus adornata magis deprehenduntur, quam in ſculptis & cælatis literis.

A ſic efformatur in nummis & marmoribus ante rem Romanam, exceptis pauciſſimis exemplis. Hæc vero figura nonniſi triplici calami ductu abſolvitur, ceſſando ad ſingulos ductus: nam duæ lineæ inferne disjunctæ, ſuperne in angulum concurrentes, nonniſi duplici ductu, ſi concinne fiant, delineantur; tertio autem calami ductu media linea tranſverſa ponitur: breviori autem opera ſic effingitur duplici ductu Λ: quæ forma in numiſmatibus & Tabulis marmoreis ante Cæſarea tempora vix deprehenditur; imo poſtea perrarò in marmoribus & nummis obſervatur; in iis ſaltem quæ ingenti numero videre licuit; ſed in vetuſtis omnibus libris qui ſuperſunt, ſemper uſurpatur: nuſquam certe vidi in Codicibus Græcis cujuſvis ætatis A ſic ſcriptum; in iis ſaltem exemplaribus quæ a Græcis conſcripta ſunt: nam in Gloſſario Laudunenſi, cujus ſpecimen damus ad nonum Chriſti ſæculum, quodque a Latino Librario deſcriptum eſt, A, hac forma aliquoties obſervatur initio; ſimiliterque in aliquot aliis Latina manu ſcriptis exemplaribus Græcis, ut fuſius dicetur infra. Sed prior forma, nempe A, in marmoribus & nummis ad poſtrema uſque ſæcula adhibita fuit; exceptis tamen Baſilidianorum gemmis, ubi variæ hujus literæ formæ reperiuntur, ut infra dicemus.

E ita ſcriptum, quadruplici calami ductu, intermittendo ad ſingulos, efformatur: in eaque litera eleganter exaranda ſcriptio retardatur; cum maxime in quovis orationis genere frequenter occurrat. Quam moleſtiam ut levarent vel minuerent Calligraphi duplici ductu ſic expreſſerunt, ϵ: quæ forma ſub initium Romani imperii frequenter occurrit. An vero Auguſtorum ævum præceſſerit non novimus: adfirmare tamen poſſumus, non obſervari in marmoribus & numiſmatibus, quæ ingenti numero vidimus: in uno tamen Maronitarum nummo, qui utrum ante Romanum imperium cuſus fuerit non liquet, ϵ rotundum conſpicitur. Hujus certe poſtremæ formæ uſus ſubſequentibus ſæculis ſic invaluit, ut in omnibus Codicibus unciali charactere conſcriptis, ϵ hoc modo jaceat. Alia item forma conſpicitur in marmore Neapolitano, ſcilicet ε, uno ductu efficta, quæ poſtquam charactere unciali libros exarare deſitum eſt, frequenter uſurpata fuit a Librariis Græcis.

In marmoribus autem Romanis & Occidentalibus ab Auguſto ad quartum ſæculum, ſæpius hac rotunda; raro priſca & quadra forma ſcriptum occurrit: in marmoribus autem Græciæ & Orientalibus E ſic delineatum, etiam poſt quartum ſæculum obſervatur; ſed ϵ rotundum frequentius. E autem ſic priſco more delineatum, in nullo Græco Codice Græca manu deſcripto hactenus obſervavi; ſed in iis etiam, quæ Latina manu ſcripti ſunt, rotundum effingitur, ea forma, quam ſupra poſuimus; in omnibus ſcilicet unciali charactere exaratis Codicibus. In aliis autem a nono ſæculo variis ductibus exaratur, ut annotabimus libro 4. & libro 5.

Ξ hoc modo depictum fere ſemper occurrit in nummis & marmoribus a tempore Peloponneſiaci belli: nam antea & ipſo Peloponneſiaci belli tempore

pore, per X ϟ, aut XΣ, exarabatur, ut ſupra diximus, donec per unicam formam deſcribi cœpit, nempe ⋿. Præter hanc vero tres alias obſervamus in marmoribus, nempe Ξ ⋿ Ϲ, quam poſtremam formam in Baſilidianis tantum lapillis vidi: duas autem alias in marmoribus ſub imperio Romano poſitis. At ex præmiſſis nulla in vetuſtis libris obſervatur, qua de re libro ſequenti. Quod ad formam vero qua Mæander fluere dicitur, de qua Auſonius:

Mæandrum flexuſque vagos imitata vagor ξ,

occurrere eam dicunt in veterum monumentis, aut ipſi ſimilem: ego nondum vidi præterquam in libris manuſcriptis: & tamen certum videtur, eſſe vetuſtiſſimi uſus, licet in marmoribus vix uſurpata fuerit: quia videlicet flexus illi vagi difficilius ſcalpro quam calamo delineari poſſunt. Certe in exemplaribus omnium vetuſtiſſimis illi ſinuoſi ductus exprimuntur, licet forma paulum diverſa, ut in ſequentibus Libris paſſim obſervabitur.

Σ ſic vulgo ſcribitur in numiſmatibus & Tabulis marmoreis ante Cæſarum ævum, exceptis aliquot exemplis Ionicæ veteris formæ, de quibus ſupra: in numiſmatibus item Julii Cæſaris Σ ita ſcriptum cernitur. Verum quia hanc formam concinne depingere difficile eſt: binæ aliæ in nummis & inſcriptionibus Auguſti ævo effictis novatæ deprehenduntur, videlicet ⊏, quadrum, ac frequentius C Latinum, ut uno ductu exarari poſſet. Forma C in marmoribus Europæis a primo Chriſti ſæculo, frequentiſſime uſurpabatur; in Græcis & Orientalibus uſus τῆ Σ ad quartum uſque Chriſti ſæculum perductus eſt; ita tamen ut C etiam perſæpe adhibeatur: & utrobique Σ, non infrequenter compareat. Prima autem forma Σ a quinto ſæculo raro uſurpatur in marmoribus etiam Orientalibus. In libris vero vetuſtioribus, quotquot unciali, ut vocant, charactere deſcripti ſunt, C ſemper legitur: nam Librarii faciliores brevioreſque calami ductus ſectati ſunt. In hanc τῆ σίγμα figuram ſuo jam tempore pervulgatam, hæc Martialis,

Accipe lunata ſcriptum teſtudine Sigma,

Ɛ vero quadrum in quibuſdam veterum Græcorum ſtatuis & iconibus aliquoties obſervari dicunt, & ſic expreſſerunt ii qui illas in æs incidi curarunt. Verum quis ſcit, num ſtatuæ illæ & icones ipſo virorum, quos exhibent, tempore ſculptæ, an diu poſtea Romæ ad aliarum vetuſtiorum fidem effictæ fuerint? quis ſcit item an nomina, quæ in vetuſtis illis & forte ipſa virorum, quos repræſentabant, ætate ſculptis iconibus ſunt, Romæ poſtea adjecta fuerint; quemadmodum ſtatuariorum veterum nomina, diu poſtea Romæ ſtatuis, quorum vel erant vel putabantur eſſe, inſculpta ſunt; ut illa, *opus Praxitelis*, *opus Phidiæ*, Heroibus illis marmoreis equos ducentibus, qui jam in Montecaballo viſuntur, adjecta fuere. Et Herculi Romæ eruto Latinè adſcriptum erat, *Hercules Lyſippi*; quæ inſcriptio diu poſtea adjuncta fuit. Quamobrem inſcriptiones illæ quæ ad imum iconum marmorearum Romæ & alibi viſuntur, non remotæ ſemper vetuſtatis ſunt; ſed Romæ diu poſt ætatem virorum, qui iis repræſentantur, adornatæ: vel etiam ipſæ icones & ſtatuæ Romæ ad vetuſtiorum fidem ſculptæ fuere. Sic in gemma Solonem exhibente apud Fulvium Urſinum COΛΩNOC legitur: qua forma ante rem Romanam Sigma delineatum fuiſſe non putamus. Similiterque CΠЄYCIΠΠOC ЄΥΡΥΜЄΔONTOC, ad imum iconis ejuſdem ſcriptum, Romæ haud dubie poſitum, vel ipſa ſtatua ibidem ſculpta

fuit. Cui rei fidem faciunt, ut jam dicebamus, nomina veterum Græcorum Latine non ſemel ſcripta ad imum ſtatuarum. Ut ut vero ſit, in vetuſtis & & ante rem Romanam certo inſculptis Tabulis, neque Ɛ, neque C hactenus obſervavimus. Hæc autem poſtrema forma in Codicibus unciali charactere deſcriptis unica habetur.

Ω ſic in inſcriptionibus & nummis ante Julium Cæſarem exaratur. In nummis item Julii Cæſaris hæc forma conſpicitur, in quibuſdam autem ita depingitur ω, pariterque in nummis Auguſti. Deinde vero hæc forma ω paulatim invaluit; ita ut ſola tandem remanſerit. In nullis quippe Codicibus Græcis hæc figura Ω cernitur; ſed ω ſemper ſcribitur. Ne pigeat annotare literam Ω in marmoribus Oxon p. 93. in inſcriptione, quæ Hadriani tempore poſita eſt, ſic inverſam ℧ jacere: itemque his formis nonnumquam deſcribi w. ɯ. ut infra obſervabitur.

Cæterum formæ veteres, quæ Cæſarum & Auguſtorum prioribus ſæculis ſenſim deſierant, & a Codicibus omnibus, Græca manu ſcriptis, prorſus exulant; ad arcanas tamen literas nonnumquam uſurpabantur, ut infra dicetur libro 4. in Cryptographia.

Mutationum hujuſmodi, quas præmiſimus, exempla multa deprehendas in inſcriptionibus Ancyranis & aliis mox adferendis: quas a Domino de Tournefort accepimus. Is enim cum juſſu ſumtibuſque Regiis Orientales regiones peragraret; cum alia multa docte obſervavit; tum inſcriptiones ſequentes variis ex marmoribus exſcripſit: quarum maxima pars publicata numquam fuerat, & ſi quæ editæ a Grutero & vel aliis fuerant, illæ ſane laudati viri ope emendabuntur. Hic videas ſingulares abbreviandi ritus, dum literæ quandoque plures in una multiplicatis ductibus delineantur: & alia ſingularia ad hiſtoriam & vetuſtatem ſpectantia. Notas addidimus quantum ad explanationem neceſſe arbitrati ſumus.

Inſcriptio Ancyrana primæ Tabulæ vulgari charactere conſcripta.

Γαλατῶν ὁ δῆμος.	Galatarum populus.
Ρασαμβυο.	. . . . .
Σεβαστο ι.	Imperato–

Hoc loco decem duodecimve lineæ in marmore penitus deformatæ ſunt, ut legi nequeant.

Αλβιόριξ Ατεπόριγος δημοθοινίαν ἔδωκεν, ἀνδριάντας ἔθηκε Καίσαρος καὶ Ιουλίας σεβαστῆς.	Albiorix Ateporigis publicum epulum dedit, ſtatuas poſuit Cæſaris & Juliæ Auguſtæ.
Αμυντᾶς Γαιζατοδιάστ δημοθοινίας δὶς ἔδωκε, ἑκατόμβαν ἔθυσεν, θέας ἔδωκεν, σήτου μετρητὰς ἔδωκεν ἀνὰ πέντε μοδίους.	Amyntas Gæzatodiaſti publicas epulas bis dedit, Hecatomben immolavit, ſpectacula dedit, annonam dedit quinque modiorum per ſingulos.
. . . . ας Διογνητ̃.	. . . . as Diogneti.
Αλβιόριξ Ατεπόριγος ὁ δεύτερον δημοθοινίαν ἔδωκεν ὑπὸ Φρόντωνος.	Albiorix Ateporigis ſecundò publicum epulum dedit ſub Frontone.
Μητρόδωρος Μενεμάχου φύσει Δειρυλάτ δημοθοινίαν ἔδωκεν. . . . ἔθηκεν μῆνας τεσσάρας.	Metrodorus Menemachi natione Dirylai (vel Dorylai) publicum epulum dedit. . . . poſuit per quatuor menſes.

Μουσάνος Ἀρτίκνυ δημοθοινίαν ἔδωκεν.

. . . . νας Σελεύκυ δημοθοινίαν ἔδωκεν ἤλειψεν μῆνας τεσσάρας.

Πυλαιμένης βασιλέως Ἀμύντυ υἱὸς δημοθοινίας δὶς ἔδωκεν. . . . . ἡνίας καὶ πόμπην . . . . . ὁμοίως δὲ ταυρομάχιον, πύκτας καὶ μονομάχους ἔδωκεν δι' ὅλυ τοῦ ἐνιαυτοῦ . . . . . θηριομαχίαν ἔδωκεν.

In marmore autem Neapolitano apud Gruterum, p. LXXV. formam τῷ Є hodiernam expreſſam videmus.

M. MAPIOC. ЄΠΙΚΤΗΤΟC. ΤΗΙ
ΤΥΧΗΙ. ΝЄΑC. ΠΟΛЄΩC. ΑΝЄ
ΘΗΚЄΝ. ΧΑΡΙCΤΗΡΙΟΝ.

Id eſt, *M. Marius Epictetus Fortunæ Neapolis in gratiarum actionem dicavit.* Et ibidem ex marmore quodam Romano.

ΘЄΑ. ЄΠΙΧΘω
ΝΙω. ΤΥΧΗ
ΤΙΤΟC. ΦΑΛΟΥΙ
ΟC. ΟΥΙΒΙΑΝΟC
ΑΝΤΙΟΧΟC. ΑΝЄ
ΘΗΚЄΝ.

Id eſt, *Deæ indigenæ, ſive hujus terræ, Fortunæ, Titus Salvius Vibianus Antiochus dicavit.* In utraque inſcriptione Є ſic ſcriptum occurrit ſemper, exceptâ poſtrema tantùm ſecundæ inſcriptionis ſyllaba, ubi ſic jacet, E, forte oſcitantia exſcribentis aut Typographi : ut etiam Ω ſic ſcriptum in voce ΠΟΛΕΩC primæ inſcriptionis. In poſtrema inſcriptione ω μέγα ita ſcriptum, ω, bis occurrit : quæ forma non infrequenter obſervatur in marmoribus ſub imperio Romano. E vero ſic ſcriptum, cum quadruplici tantum calami ductu delinearetur, & ſcriptionem retardaret, quia frequenter occurrit in quovis orationis genere; in hanc formam primo, Є, mutatus eſt, quæ duplici, & in hanc deinde Є, quæ unico calami ductu depingitur. In poſtrema autem inſcriptione, ω, ſic ſcriptum, ω, bis reperitur : in utraque, puncta ad ſingulas voces notantur : præterquam in fine linearum, ubi rariſſime depingi ſolent. In voce ΤΙΤΟC, Τ ſecundum cæteris characteribus majus & ſublimius exaratur. quod in aliis item inſcriptionibus obſervatur, ad literas quaſdam; idque non ex regula quapiam, ſed arbitratu ſculptorum.

In Latinis item inſcriptionibus antiquis quædam literæ ad hodiernum morem minuſcularum exaratæ viſuntur, v. g. b, & h. apud Gruterum, p. CLXXXV. quæ item formulæ ad ſcribendi celeritatem excogitatæ ſunt. Huic porro τῆ h formæ, affinem exhibet inſcriptio Græca Veronenſis, quam ex Muſéo comitis Moſcardi erutam, in Tabula ſupra repræſentavimus: ubi H hâc formâ ſemper delineatur H, ad modum pene h Latini.

In Tabula marmorea, quæ olim in inſula Tiberina Romæ in Templo Æſculapii erecta fuit, ubi Æſculapii ope reſtitutam ægris aliquot valetudinem fuiſſe narratur, editaque fuit a Grutero p. LXXI. formæ omnes ſub imperio Romano advectæ obſervantur: ibidemque litera ξ modo ſingulari exaratur, nempe Ƹ, quam formam alibi nonniſi in lapillis Baſilidianorum hactenus obſervavimus: ſed ſic puto haberi in Tabula Hippolyti Romæ, ubi apud Gruterum legitur bis EZOΔOC, pro EΞOΔOC. In eadem Tabula hæc ſigla ⫚, ϖϵ̀ exprimit, in ϖϵ̀ ια. Κα. *undecimo Kalendas*, &c.

In marmore inſigni, cujus inſcriptio ſic init, Αγλιβώλῳ καὶ Μαλαχβήλῳ, & pluries edita fuit, ubi ſubjicitur inſcriptio Palmyreno charactere, nondum explanata, articuli τῆς & τῶν ſic ad hodiernum pene modum delineantur, ΚΑΙ Τ ΣΥΜΒΙΟΥ, ΚΑΙ Τ ΤΕΚΝΩΝ *& uxoris & filiorum.*

In reliquis inſcriptionibus Græcis, in quas incidi, literæ a præmiſſis formis parum deflectunt. Si quid vero interſit diſcriminis; id non tanti eſt ut aſſignari mereatur. Nam quod literæ modo anguſtiores, modo diductiores ſint; quodque aliæ majores, minutiores aliæ; aliæ elegantius, rudius & impolitius aliæ inſculptæ ſint; id ex ſculptorum vel arbitrio, vel peritia imperitiave ortum. Cæterum idem ipſe characterum modus ab ineunte Romano imperio ad poſtrema uſque ſæcula obſervatur in marmoribus; ita ut advectæ formæ ϵ, C, ω, primo Romæ & in Occidente frequentatæ, quarto demum ſæculo penitus obtinuiſſe videantur, ita ut priſca earumdem literarum figura E, Σ, Ω, vel nuſpiam vel infrequenter admodum in occiduis partibus reperiatur. In Græcia autem & Oriente, novatæ formæ tardius receptæ ſunt. Licet enim jam primo, ſecundo, & multo magis tertio ſæculo in marmoribus ibidem occurrant; at longe infrequentius, quam in Occidente: veteresque earumdem literarum formæ quarto etiam, & quinto promiſcue cum novis interdum uſurpatæ fuiſſe deprehenduntur, ut ſæpe diximus. Ubi notes velim in editis inſcriptionibus, characterum germanam formam plerumque neglectam fuiſſe; tum quia ii, qui in ipſis locis exſcripſerunt, uſitatioribus literis apographa ſua adornarunt; tum etiam quia genuinæ formæ, cum apud Typographos non exſtarent, cum aliis uſu receptis typis commutatæ ſunt. Quamobrem ea, quæ jam diximus, vel ipſis oculis in marmoribus inſpeximus, vel ex ſchedis & apographis eorum, qui ſe germanam characterum formam imitatos eſſe profitebantur, excerpſimus. Occidentales innumeras pene vidimus in Muſéis ac locis variis; Orientales item non paucas. Verum cum infinita prope marmora illis in partibus in dies eruantur, aliqua fortaſſe & nondum obſervata de characterum formis alii poſthac deprehenſuri ſunt.

In nummis Conſtantinopolitanis medii & infimi ævi; cum & imperii dignitas, & literæ humaniores paulatim delaberentur, inſcriptiones rudi manu effictas, literaſque Græcas cum Latinis paſſim intermixtas cernimus. Exempla quædam ex Muſéolo noſtro proferimus. Nono ſæculo in nummo

Theophili

Theophili Imperatoris legitur. D. N. ΘЄOFIΛOS BASI. i. Dominus noſter Θεόφιλος, βασιλεὺς, ubi non modo characteres, ſed etiam verba partim Græca, partim Latina ſunt, ſignificantque, *Dominus noſter Theophilus Imperator.* Eodem ſæculo in nummis Leonis ſapientis Imperatoris legitur hac forma, ✝ LЄOhЄ ħΘЄObASILЄVS ROmЄOh. id eſt vulgari charactere, Λέων ἐν Θεῷ βασιλεὺς Ρωμαίων. *Leo in Deo Imperator Romanorum.* Decimo item ſæculo in nummis Romani Imperatoris ita legitur, ✝ RѠmAЄhΘEѠbASILEVS RѠMAIѠh. i. Ρωμαῖος ἐν Θεῷ βασιλεὺς Ρωμαίων, *Romanus in Deo Imperator Romanorum.* In aliis legitur, IhS XRISTVS bASIΛEVS bASILEON, *Jeſus Chriſtus Rex Regum.* In aliis inferioris ævi nummis inſcriptiones ut plurimum mere Græcæ ſunt, ſed mirum in modum deformatæ, ita ut vix legantur: idque ex ſola artificum imperitia. Hactenus de characteribus inſcriptionum & numiſmatum.

CAPUT VIII.

De Abraxæis figuris & literis, de ſchematibus animalium deitatumque Ægyptiarum, earumque commixtione cum Chriſtianis myſteriis apud Baſilidianos. Alphabeta Baſilidianorum Græca. Liber plumbeus eorumdem, ubi figuris literiſque variis duodecim diei horæ repræſentantur.

EXTRA ſeriem vulgarium, quæ in nummis & marmoribus adhibentur, formarum, ponimus eas, quæ in Amuletis, vulgo *Taliſmans*, uſurpantur. Amuleta autem hujuſmodi in gemmis & lapillis variæ formæ & magnitudinis inſculpta, Abraxas etiam vocantur: & magno numero viſuntur in Muſeis variis, in noſtroque nominatim non pauca, portentoſis figuris, præſtigiis, characteribuſque non vulgaribus oppleta. De quorum origine hæc pauca accipe.

Ex hæreticis, qui ſecundo Chriſti ſæculo exorti ſunt, nulli turpiores deterioreſque Baſilidianis, originem ducentes ex Gnoſticis: a quibus proſeminatæ ſunt variæ & portentoſæ ſectarum familiæ. Hi vero, ſcilicet Baſilidiani, a Baſilide parente nuncupati, virtutes & Angelos multos eſſe putabant; quorum primum & præcipuum, atque, ut ait Epiphanius, ſuperiorem Angelorum virtutem ac principium, Αβράξαξ nuncupabant: quia hæ literæ ſi numerice accipiantur τξε. id eſt, 365. conficiunt: quot ſcilicet diebus ſol curſum abſolvit: nam σ. 200. ρ. 100. ξ. 60. β. 2. α. 1. triplicatum vero, tria, ſignificant: hique numeri collecti 365. perficiunt: totidemque Virtutes numerabant. Virtutum autem hujuſmodi nomina quædam in gemmis Abraxæis exſpicamur; nempe nota iſthæc, Μιχαὴλ, Γαβριὴλ, Ραφαὴλ, Οὐριὴλ; hæc etiam ignota, Ανανὴλ, Πεσσοφαὴλ, Κουσιὴλ, Σουριὴλ, quibus addas *Satoviel*, ut Latinè in gemma quadam legitur. Arbitror autem reliquarum etiam virtutum nomina, ad numerum uſque trecentarum ſexaginta quinque, penes Baſilidianos fuiſſe: quæ, nec magno ſane diſpendio, vel interiere, vel ita perplexe jacent in hodiernis gemmis, ut legi prorſus ac diſtingui nequeant. His itaque 365. Virtutibus, totidem anni dies deſignabant; vel ſingulas ſingulis diebus præeſſe ſomniabant: quibus omnibus præfici ac domi-

nari Abraxam ſuum ſive ſolem opinabantur. Hinc eſt quod hanc Virtutem Αβρώσαξ, (frequenter item Αβράξας conſcribunt,) cum radiis aliiſque ſolaribus ſymbolis depingant ; videlicet in lapillis & gemmis. Quod ad figuras vero quibus Abraxam ſuum delineant, eæ mera monſtra ſunt : paſſim nempe corpus humanum paludatum repræſentant cum capite galli gallinacei, cujus tibiæ modo in caput ſerpentis, modo in ſtellas, aliquando item in gallinacea capita deſinunt. Hæc porro figura manu quidem dextera flagellum tenet ; ſiniſtra vero ſcutum literis inſculptum, ubi ut plurimum Ιαω legitur : aliquando item leonem deſignant, modo ſtellis ſtipatum, modo radiis fulgentem. Sæpe figuram radiatam effingunt capite leonino, ſerpentino corpore : Anubin item apponunt humano corpore, canino capite, plerumque etiam canino capite ſerpentino corpore. Eſt penes me gemma ubi ſchema conſpicitur ſerpentino capite, humano corpore : his porro omnibus ſolem ſubindicant : nam gallus gallinaceus, utpote ſolis prænuntius, ſolis ſymbolum eſt ; flagellum autem, equis ſolaribus agitandis inſtrumentum. Unde in multis hujuſmodi Abraxæis gemmis, equorum quadriga præfertur, aurigante juvene radiato, videlicet ſole : tria hujuſmodi ſchemata in Muſeolo noſtro variis in gemmis cernuntur. Leo item, maxime radiatus, ſolem deſignat, ſtelliſque ſtipatur ; ut ſubindicetur, quemadmodum leo inter animalia ; ſic ſolem inter aſtra, principem obtinere locum. Eſt ubi etiam ad typum leonis Μίθρας, aliquando Μίθραξ, inſcribitur, quo nomine ſolem gentiles vocabant : hicque cultus a Perſis ad Romanos & Græcos emanaverat, ac præſertim ſæculo Chriſti tertio admodum frequentabatur.

Quia vero Anubis canino capite, inter deos, præcipuo cultu venerabantur Ægyptii ; hunc item modo radiatum, modo flagellum manu tenentem effingunt Baſilidiani, Abraxamque vel Mithram, itemque ΑΝΟΥΒΙΝ, nominant. Sane vix ulla erat gentilium ſuperſtitio, quam in ſymbolis ſuis Baſilidiani illi & Gnoſtici non uſurparent. In aliis quippe gemmis ſive Amuletis, Jupiter Serapis conſpicitur cum hac inſcriptione, Εἷς Ζεὺς Σέραπις, *unus Deus Serapis*, cujus frequens admodum eſt in hujuſmodi Baſilidianorum & Gnoſticorum ſymbolis, tum mentio, tum repræſentatio. Et cum illi magno numero, in Ægypto maxime, verſarentur, hinc orta fama & calumnia eſt, Chriſtianos Serapin colere. Unde Hadrianus Auguſtus in epiſtola ſua apud Vopiſcum, hæc habet, *Ægyptum, quam mihi laudabas, Serviane cariſſime, totam didici levem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem. Illi qui Serapin colunt, Chriſtiani ſunt : devoti ſunt Serapi, qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt. Nemo illic archiſynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Chriſtianorum Preſbyter, non Mathematicus, non Aruſpex, non Aliptes. Ipſe ille Patriarcha, cum Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogetur Chriſtum.* Hinc videas magnam iſtic tunc fuiſſe Gnoſticorum, qui Serapidem adorarent, multitudinem ; ipſoſque nomini Chriſtiano ingentem invidiam & odium conflaviſſe. In aliqua vero gemma Capelliani Muſei, quæ in Prodromo ejuſdem edito vigeſima-ſecunda notatur, Iſis loto inſidens nuda cum luna impoſita capiti radiato, dexteram erigit, ſiniſtra flagellum tenet ; in conſpectu vero ejus ſimia erecta cum ithyphallo : circum autem inſcribitur, Εἷς Ζεὺς Σέραπις, *unus Jupiter Serapis* : ab altera vero gemmæ facie altera inſcriptio legitur, ubi Abraxas memoratur.

In aliis item Baſilidianorum lapillis, Iſis loto inſidens ; vel Apis ſtipatus

ſtellis conſpicitur. Eſt ubi videas ranas inſculptas, cancros, monſtra varia multis ex animalibus compoſita. Obſcœnæ paſſim figuræ inter hujuſmodi ſymbola deprehenduntur; Phalli, Ithyphalli & ſimilia: quæ omnia, qua mente cum Chriſtianis myſteriis homines illi, qui ſeſe Chriſtianos mentiebantur, admiſcuerint, quis divinare poſſit? In quadam gemma Capelliani Muſéi, cujus Prodromus Venetiis haud ita pridem editus fuit, ab altera facie juvenis radiato capite, brachium dextrum pallio obvolutum habens, manu dextera flagellum tenens, ſiniſtram ad cælum erigens, e latere utriuſque tibiæ ſtellam depictam habens, gradientis more depingitur: ab altera vero facie gemmæ legitur, præmiſſis quibuſdam characteribus ignotis, quorum unus anchoram referre videtur, ЄICVYC XRESTVZ ΓABRIЄ, ANANIA, AME. Juvenis autem ille nudus ſolem & una Chriſtum ſignificat: nam Epiphanio teſte, quidam ex hæreticis hujuſmodi, ſolem pro Chriſto habebant.

Quod ad characteres vero, quibus myſteria ſua exprimunt, ea quæ diuturno uſu obſervata nobis ſunt, hic paucis adſcribere juvat. Literas maxime omnium Græcas uſurpant, nominibus utentes ignotis, quibus Angelos illos ſuos nuncupant, & alia myſteria, portentoſis vocibus enuntiata exprimunt: quæ ne legi quidem, ut plurimum, nedum explicari poſſint: in illis quippe multæ plerumque conſonantes ſive vocalibus una ſerie ponuntur. In prolixioribus tamen inſcriptionibus, poſtquam barbara bene multa nomina præmiſerunt, alia quædam interſerunt, vulgaris uſus & ſignificationis, ut in Capelliani Muſéi gemma poſt alia quædam obſcura legitur, χαριζόμενον ὄνομα Αβραάμ, *qui dat nomen Abrahæ:* in alia ejuſdem, δὸς χάριν Αλέξανδρ, *da gratiam Alexander:* in alia vero gemma legitur, Αλέξανδρα, quo pertineat autem Alexander vel Alexandra ignoramus: voces Ιαω, σαβαὼθ, ἀδωναῖ, Αβραξας, Μιθρὰξ, frequentiſſime occurrunt. In aliquo lapide jaſpide ejuſdem Capelliani Muſéi, ubi ab altera gemmæ facie figura viſitur humano corpore, galli gallinacei capite, cruribus & tibiis in ſerpentum capita deſinentibus: quæ dextera flagellum, ſiniſtra ſcutum tenet, voce Ιαω inſcriptum, barbaris aliis circumpoſitis nominibus; ab altera gemmæ facie ita legitur, Δός μοι χάριν νίκην, ὅτι ἐίρηκά σε τὸ κρυπτὸν καὶ ἀλίγαφον ὄνομα; reliqua ignota & barbara ſunt: eorum vero ſenſus eſt, *Da mihi gratiam & victoriam, quia occultum & ineffabile nomen tuum pronuntiavi.* Illud autem ineffabile nomen in altera gemmæ facie expreſſum, eſt Ιαω, quo Græci veteres יהוה exprimunt. Vocem Αλίγαφον barbaram, forte pro ἀνεκφώνητον poſitam, *ineffabile* vertimus. In magnetico lapide Muſéoli noſtri, ad ovi figuram accedente, poſtquam portentoſa illa Angelorum nomina exarata ſunt, hæc leguntur, παῦσατέ μοι τὸν πόνον, *finem mihi laboris facite*, vel, *ceſſare facite laborem mihi.*

Non Græce tantum, ſed etiam Hebraïce poſitas hujuſmodi inſcriptiones videre eſt, duæ & quidem ſat prolixæ penes nos habentur: quibus characteris Hebraïci illius ævi formam deprehendere licet: explicare vero dicta non ita facile. Præter vocem Ιαω, ex Hebraïco Græcis literis expreſſam: adeſt in gemmis aliquot, nomen ΣEMEΣ, Hebraïce שמש *ſol.* Neque Hebraïcas modo voces ſed etiam Copticas & Ægyptiacas uſurpant; exempli cauſa in jaſpide quodam Muſéoli noſtri ſculptum legitur, Φρη, *Phri*, id eſt, ſol. Nam lucifugæ iſti ſolem maxime colebant, & in myſteriis ſuis ſymbola

ſolis exprimere gaudebant. Nec omittendum eſt, plerumque in ſchematibus hujuſmodi inſculpi ſerpentem, extremam areæ ſuperficiem circulo claudentem, caudamque mordentem : quo circulo, ſolis curſum & circuitum exprimi putant eruditi.

Characteres item Hetruſcos uſurpabant Gnoſtici & Baſilidiani ; videlicet ii qui apud Latinos verſabantur, ut videas infra in ſchemate libri plumbei. Latinos item adhibitos cernimus in aliquot gemmis ; & nominatim in corneola noſtra, ubi ab altera facie nomina Græco-barbara pro more feruntur ; ab altera vero, paſtor depingitur cum inſcriptione, AVE PASTOR. Præter hos autem characteres alios item excogitaverunt ; cæteris populis ignotos ; ut ne quis poſſet ad arcana ſua pertingere. Quinetiam Græcos, ab ſe frequentius adhibitos, ſæpe vario modo exarabant ; ut quantum poterant a vulgari & uſitatiori forma recederent. Eorum porro formas varias, quales in hujuſmodi lapillis innumeris vidimus, hic adſcribere operæ pretium erit.



Dum Romæ agerem, incidi in librum plumbeum, inſculptum literis & figuris Baſilidianorum : emtumque obtuli Sereniſſimo Principi Cardinali de Boüillon ; ita tamen ut depicta omnia penes me remanerent. Eſt is libellus longitudine quatuor circiter pollicum ; latitudine duorum & dimidii, ut infra delineatur : operculis vero duobus plumbeis totus compingitur, ſex folia item plumbea ſunt, ab utraque facie inciſa literis aut figuris : duæ partes operculi aſſumento plumbeo, clavis item plumbeis aſſerto & firmato, junguntur. Virgula plumbea foliis a tergo, per annulum plumbeum ipſis hærentem, inſerta, ipſa folia retinet ne dimoveantur. Denique omnia plumbum. In ſingulis paginis Baſilidianorum figuræ comparent. In quatuor primis tantum, verba quædam ſub figuris poſita inciſa ſunt. Prima & ſecunda pagella, Hetruſcis literis exaratur ; tertia & quarta Græcis ; ex utriſque tamen tam Hetruſcis,quam Græcis, tantumdem notitiæ expiſceris, adeo ſunt obſcura omnia & tenebris oppleta. Hactenus quod ad literas : quod ad figuras vero hæc carptim dicamus.



ΜΘΕΡΥΣΝ
ΜΕΚΙΓΕΥΣΣ
ΝΙΓΔΛΑ
ΑΡΣΘΕΜ
ϹΡΓΜΝΕΘ
ΛΑΤΙΓϹΙ
ΕΡΕΓΣΝ
ΘΕΡΟΡΙ
ΡΑΠΔΑΛΠΩ
ΕΙΝΤΡΦΑ
ΙΘΓΟΝΕ
ΑΦΕΝΔΥ
ΥΕΝΟΓϹ
ΟΚϹΧΜΔ
ΑΡΠΟϹΓ
ΛΕΜΥϹΡΟ

In prima pagina, homo nudus ſtat, digitos ori admovens, qualem depingunt Harpocratem : nimirum illi fabuloſa & prophana omnia ſectabantur.

In ſecunda, homo veſte talari indutus, manu cælum commonſtrat, quo myſterio, divinet qui poſſit.

In tertia, Baſilidianus quiſpiam junctis manibus, nudo capite precans effingitur.

In quarta pagina, figura humano corpore, capite volucris coronato : quales non paucæ in lapillis habentur.

In quinta, Abraxas humano corpore, galli gallinacei capite, dextera flagellum tenens, ſiniſtram ori admovens, tibiis in ſerpentis caput deſinentibus : de quo pluribus ſupra.

In ſexta, homo ſtans, capite volucris, radiato corpore, baculum manu dextera tenens : quæ figura non inſolita eſt in lapillis & gemmis.

In ſeptima, caput Jovis Serapidis, qui in Baſilidianorum lapillis frequentiſſime repræſentatur, interdum ſolus, nonnumquam cum aliis figuris.

In octava, mulier decumbens, quam figuram numquam alias inter Baſilidianorum ſymbola vidi.

In nona, inſectum animal, ex variis inſectis compoſitum : qualia multa comparent in gemmis Abraxæis.

In decima, rana, quod animal mirum quantum celebretur apud Baſilidianos ; ita ut homines ritu venerantium in conſpectu ranæ depingantur.

In undecima, avis quædam, anſeri non abſimilis.

In duodecima, mulier, velo ſtellis conſperſo caput obvelans, quæ eſt figura noctis : eam quidem in Baſilidianorum gemmis & ſymbolis numquam vidimus ; ſed conſtat certiſſimumque eſt, hoc ſchemate noctem ſignificari, ut ſupra Libro primo, capite primo videas.

Hinc vero ſubit in mentem, hunc duodenum numerum aliquid ſignificare, & conjecturam meam, amicis probatam, Lectori benevolo aperire non pigebit. Opinor itaque hiſce duodecim ſchematibus, duodecim diei horas indicari. Ad primam quippe diei horam homo nudus repræſentatur, quia tunc e lecto ſurgitur. Ad horam ſextam, ſive meridiem, homo gradiens radiatus volucris capite depingitur : quod ſymbolum eſt ſolis medium curſum tenentis. Ad duodecimam, mulier ſtellato velo caput obnubens, quod apertiſſimum eſt, uti jam diximus, noctis ſignum. Ex hiſce tribus clarum videtur hic horas indicari : nam quorſum hæc ſpectare poſſint ? Jam vero horas ſingulas, quantum quidem licebit, proſequamur. Hora itaque prima Baſilidianus e lecto ſurgit nudus : ſiquidem hæc Baſilidianos & Gnoſticos ſpectare conſpicuum eſt. Hora ſecunda, veſte talari indutus, operto capite, cælum manu oſtendere ; aut aliud quidpiam ignotum ſignificare videtur. Hora tertia, ut moris erat Chriſtianis, nudo capite, junctis manibus precatur. Ad horam vero quartam, quo ſpectet homo ille capite & roſtro volucris, coronatus, ne quidem conjectare valeam, nec quid ad quintam hōram ſibi velit homo galli gallinacei capite, tibiis in ſerpentis caput deſinentibus : qua in re malo ignorantiam profiteri meam, quam levia & incerta proponere. Ad horam ſextam, homo gradiens radiatus, volucris capite, baculum manu tenens, ſolem medium curſum tenentem adumbrat. Hora ſeptima, Jupiter Serapis, qui teſte Hadriano in epiſtola ſua a Chriſtianis colebatur, depingitur : quia erat ἑπταχρήματος θεὸς, *ſeptem*

literarum deus : nam totidem ſunt in nomine Σέραπις, vel Σάραπις, utroque enim modo legitur. Hinc Heſychius, ἑπταγράμματον ὁ ὁρίλων καὶ σκληρὸν, καὶ Σάραπιν : & vetus Epigramma :

Ἑπτά με φωνήεντα Θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ
Γράμματα πάντων ἀκάματον πατέρα.

Hoc eſt :

Septem me pronuntiatæ Deum magnum incorruptum laudant
Literæ, omnium indefeſſum parentem.

Poſſet item fortaſſe dici, Serapidem hora ſeptima, quæ eſt prandii tempus, apponi, quia eſt deus frugum colendarum, quibus colligendis modium capite geſtat. Ad horam octavam, mulier decumbens pomeridianum forte ſomnum adumbrat.

Ad nonam vero, quid ſibi velit inſectum illud ignoramus. Ad decimam, inclinante jam ſole, rana depingitur, quia fortaſſe tum maxime coaxare & ſtrepitus edere incipit. In undecima anſer cadente ſole ad quietem & cubile pacate concedit. In duodecima nox advenit, quæ per mulierem ſtellato amictu obvelatam certiſſime adumbratur.

Hic porro notandum eſt, Baſilidianos, ut ad ſolis curſum, quem in religione ponebant, repræſentandum, 365. virtutes comminiſcebantur : quarum ſingulas & nomine, & ſchemate, ut creditur, proprio deſignabant ; ſic ad diurnum ſolis curſum, virtutes, & figuras duodenas, pro ſingulis horis deſignandis, conſtituiſſe vero ſimile eſt. Quod etiam conjecturam confirmat noſtram : quam tamen eruditorum arbitrio permittimus.

PALÆOGRAPHIA GRÆCA,

LIBER TERTIUS.

EXEMPLA LIBRORUM ANTIQUISSIMORUM unciali Charactere.

CAPUT PRIMUM.

De Libris vetuſtiſſimis membranaceis, in quibus Characteres unciales alii quadri, alii rotundi ſunt, ſine accentibus & ſpiritibus, eorumque enumeratio : ſpecimina Codicum Colbertini & Cæſarei.

POSTQUAM de Characteribus veterum Tabularum & numiſmatum, deque iis omnibus formis, quæ ſtylo aut ſcalpro, non calamo vel penna, exaratæ ſunt, pro modulo noſtro egimus ; jam ad literas in libris atramento vel liquore alio expreſſas veniamus : exordiumque ducamus ab iis, quæ quod ad figuram, inſcriptionum Characteribus perquam ſimiles ſunt, pauciſſimis literis exceptis, quarum forma ad faciliorem, ut ſupra diximus, calami ductum novata eſt. Hos autem libros omnium vetuſtiſſimos eſſe, liquidum videtur ; tum quia nonnulli ætatis notam præferunt, ut Codex Julianæ Auguſtæ, de quo mox agetur, vertente quinto, aut ineunte ſexto ſæculo exaratus ; tum quia inſcriptionum formam retinent, & perinde atque veteres Tabulæ accentibus & ſpiritibus carent. Ad hæc vero iſtiuſmodi Codices, quos quidem triginta circiter numero aut vidi & evolvi, aut peritorum hominum fide & narratu variis in locis extare comperi, omnes ferme laceri, vetuſtate & mucore pene deleti aut mutili ſunt : præterea, Codices ſæculorum ſeptimi, octavi, & noni a priſca illa forma ſenſim degenerare deprehenduntur : quod meo quidem judicio, argumentum vel maximum eſt, hoſce Codices, qui priſcam inſcriptionum formam retinent, & accentus non habent, primas occupare. Certe omnes remotiſſimæ antiquitatis notæ in his, pluſquam in cæteris cujuſvis generis, obſervantur.

Verum

Verum inter hos ipsos Codices discrimen ætatis assignare non ita facile. Scimus quidem septimo circiter sæculo accentus & spiritus adscribi cœpisse: deindeque paulatim priscam literarum formam nonnihil mutatam fuisse; ita ut tamen literæ distinctæ & separatæ manerent, donec sæculo circiter octavo vel nono, literas in libris colligandi, multasque uno calami ductu exarandi consuetudo inveheretur: quod, ut Libro primo diximus, & initio quarti pluribus enarrabitur, ex Tachygraphorum literis & actis ad libros emanasse creditur. De priscis autem illis, accentu & spiritu carentibus manuscriptis, id unum certo dici posse videtur, usque ad septimum circiter sæculum hoc modo scriptitatum fuisse: nam Dioscoridis Codex ille Cæsareus, cujus specimen dedit Petrus Lambecius, & nos dabimus Cap. sequenti, ineunte sexto sæculo descriptus est, ut ex nota & indicio non dubio liquet. Alios autem hujusmodi Codices, ejusdem circiter ævi, nec multum ætate dispares esse opinamur. Non desunt tamen qui exemplaria quædam, tertii vel quarti sæculi esse arbitrentur. Sed licet fateamur nihil repugnare, ut tantæ vetustatis Codices ad nos usque devenerint; nullam tamen vel certam vel admodum probabilem notam proferri posse arbitramur, qua commonstretur alios quosvis hujusmodi libros manuscriptos, Cæsareum Julianæ Augustæ ætate longe superare: tanta scilicet interest inter omnes similitudo. Si qua vero remotioris ævi indicia in hujusmodi Codicibus occurrant, ea maxime petuntur ex similitudine literarum cum characteribus inscriptionum, quæ sub imperio Romano ad quartum usque Christi sæculum positæ sunt: quæ causa est ut Codicem Colbertinum, de quo mox agetur, paulo antiquiorem Cæsareo Julianæ Augustæ opinemur: quia magis accedit ad inscriptionum veterum characteres; ita tamen ut ea in re nos non certo aut admodum verisimili argumento eam conjecturam niti fateamur: quod item de reliquis ejusdem supra memoratæ formæ Codicibus dicatur.

Hi porro vetustissimi characteres unciales quadri simul & rotundi dici possunt; quadri nimirum in literis H, M, N, Π; quæ cum frequenter occurrant, hinc fit ut a plerisque hæc characterum forma quadra appelletur; rotundi autem in Ε, Θ, Ο, C, Φ, ω, quæ cum passim in quovis scribendi genere usurpentur; inde evenit, ut priscus ille character uncialis, rotundus vocitetur a nonnullis. Hic vero character postquam accentus adscribi cœperunt a prisca forma degeneravit; ita ut literæ angustiores, longioresque exararentur. Sed de his postea.

Hic eamdem prorsus formam literarum observes, quam in marmoribus quarti quintive sæculi, exceptis A & Ξ, quæ ad expeditiorem calami ductum varie depinguntur. Siquidem ita semper scribitur: prima vero forma nempe A, in nullis prorsus Codicibus Græcis occurrit uspiam mihi; Græcis, inquam, Græca manu scriptis: nam in Psalterio Sedulii Scoti, ut jam diximus, & in Glossario Laudunensi, forteque in aliis Latina manu exaratis, sic aliquoties depingitur A, & fortasse interdum in Græcis Codicibus, qui a decimo-quinto sæculo in Europa scripti sunt a Calligraphis Græcis, qui in Occidentales partes receptum habuerunt: licet in istis quoque nusquam observaverim.

Ξ item sic delineatum nuspiam occurrit in Codicibus; sed ita scribitur in vetustioribus exemplaribus , vel . Cæteræ sub imperio Romano invectæ formæ, in libris vetustissimis semper usurpantur, nimirum Ε pro E,

C pro Σ, ω pro Ω. Nam E, Σ vel Ω numquam vidi in manuſcriptis. In reliquis literis parum vel nihil diſcriminis intercedit; ſed ſi quid interſit varietatis, id ex diverſitate manuum ut plurimum procedere creditur.

Exemplarium porro omnium, quæ hoc modo, & ſine accentibus ſcripta ſunt, quorum quidem vel totum vel partes inſpicere, aut notam aliena manu accipere potui, hic catalogum texere juvat.

Codex Regius, num. 1905. cujus alphabetum infra damus, ubi eraſis prioribus literis, alia recentiora ſuperſcripta ſunt: in cujus item margine notæ quædam adjectæ ſunt, altera quidem manu, & ut videtur recentiore; ſed tamen ſine accentibus & ſpiritibus, atque charactere unciali.

Codex Regius, 2245. complectens Evangelia.

Codex Colbertinus, num. 3084. continens partem libri Exodi, Numerorum & Levitici: cujus amplum ſpecimen mox dabimus, cujuſque folium penes me eſt. Ille vero LXX. Interpretum verſionem cum obelis & aſteriſcis, ut in Hexaplis Origenianis erat, complectitur.

Codex Bibliothecæ Coiſlinianæ, ubi magna pars Veteris Teſtamenti.

Codex Bibliothecæ S. Martini Turonenſis, cujus pertenues reliquiæ ſuperſunt: ejus ſpecimen dabitur infra. Ibi vero character non ita quadrus eſt, ſed tantillum longior, quam in cæteris.

Codex Vaticanus Bibliorum, omnibus ſuis numeris & partibus abſolutus, nec mancus ut multi alii.

Codex Ambroſianus Mediolani, mutilus, ubi pars Veteris Teſtamenti.

Codex Evangeliorum in Bibliotheca Sereniſſimi Ducis Mutinenſis.

Liturgia S. Baſilii in Bibliotheca Barberina.

Codex Novi Teſtamenti RR. PP. S. Baſilii Romæ, ubi eraſis prioribus, alia recentiori manu ſuperſcripta ſunt. Hujus alphabetum infra dabimus.

Codex Bibliothecæ B. M. Benedictinorum Florentiæ, ubi deletis eraſiſque prioribus, Sophoclis carmina ſuperſcripta ſunt. Prius autem erat Novum Teſtamentum charactere quadro & rotundo ſine accentibus.

Codex Dioſcoridis S. Joannis de Carbonara Neapoli: cujus alphabetum infra damus.

Codex Dioſcoridis in Bibliotheca Cæſarea: cujus ſpecimen damus infra.

Codex Bibliorum in Bibliotheca Cæſarea: cujus ſpecimen infra.

Codex Cottonianus in Anglia librum Geneſeos complectens.

Codex alter Cottonianus, ubi Evangeliorum fragmenta.

Codex Alexandrinus, cujus ſpecimen in Prolegomenis Waltonis, & infra.

Aliorum præterea Codicum hujuſmodi, fragmenta in Italia vidi variis in Bibliothecis, & quædam exemplaria, ubi eraſis aut vetuſtate deletis prioribus, nova ſuperſcripta fuerant. Jam ad ſpecimina & alphabeta veniamus.

Primum ſpecimen ſcriptionis quadræ & rotundæ profertur ex Codice Colbertino, numero 3084. cujus viginti-duo ſolum folia ſuperſunt: ex libro Exodi, ſeptem; ex Levitico, tredecim; ex Numeris, duo. Aliæ vero ejuſdem Codicis partes hinc & inde diſtractæ & diſperſæ ſunt: alteram partem, olim Bibliothecæ Saravianæ, in Iſaaci Voſſii manus tranſlatam fuiſſe narrat vir eruditus & de republica literaria bene meritus Joannes Erneſtus Grabe, nunc in Anglia degens, in ea, quam ad me miſit, epiſtola: adjicitque, in illis Voſſii membranis hanc haberi notam: *Ex Bibliotheca Mſſ. Jacobi Mentelii Patritii Caſtro-Theodoricenſis.* Ejuſdem porro Exemplaris folium penes

me est ex libro Judicum, dono olim mihi oblatum a D. Desmarezio, quod ex Bibliotheca Franciſci Pithœi prodierat.

Hoc Codice vetuſtiorem nullum ex iis, qui noti ſunt, eſſe opinor: eſtque forma penitus quadra, ut ex ſubjuncto ſpecimine videbis: paginam quippe integram delineari curavi. Hic notantur obeli & aſteriſci, qua forma vides in exemplo.

Nulla interpunctio obſervatur: in fine tamen Exodi duo puncta cum lineola de more exſtant, hoc modo :-- Frequens commutatio vocalium occurrit τῦ ι videlicet in ει, & ει in ι. Paucas tamen animadverti τῦ η in ι, aut ι in η, aut αι in ε.

Abbreviationes ſi quæ ſunt lineola ſupra poſita notantur ſic ---. Ubi ad extremum lineæ, ſpatium ita breve ſupereſt, ut non poſſit vox ſequens a prima litera inchoari, hâc notâ linea clauditur ⊃. Cætera notatu digna in exemplo obſervare quiſque poterit.

Hæc porro vulgari charactere ſic ſcribenda ſunt: deſumta ex Levitico, cap. 2. verſu 16. & cap. 3. verſu 1. & ſeqq.

Καὶ πᾶσαν τὴν λίβανον αὐτῆς κάρπωμα τῷ κυρίῳ.

Et omne incenſum ejus oblatio Domino.

Cap. 3. Ἐὰν δὲ θυσία σωτηρίου ὁ δῶρον αὐτοῦ -: τῷ κυρίῳ : ἐὰν μὲν ἐκ τῶν βοῶν αὐτοῦ προσάγῃ· ἐάν τε ἄρσεν, ἐάν τε θῆλυ, ἄμωμον προσάξει αὐτὸ ἐναντι κυρίου. καὶ ἐπιθήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὸ κεφαλὸ τοῦ δώρου * αὐτοῦ : καὶ σφάξει * αὐτὸ : πρὸς τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ προσχεοῦσιν οἱ υἱοὶ Ααρὼν οἱ ἱερεῖς ὁ αἷμα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον -: τῶν ὁλοκαυτωμάτων κύκλῳ : καὶ προσάξουσιν ἀπὸ τῆς θυσίας τοῦ σωτηρίου κάρπωμα κυρίῳ, τὸ στέαρ τὸ κατακαλύπτον τὴν κοιλίαν, καὶ πᾶν τὸ στέαρ τὸ ἐπὶ τὴν κοιλίαν, καὶ τοὺς δύο νεφροὺς, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἐπ' αὐτῶν τὸ ἐπὶ τῶν μηρίων, καὶ τὸν λοβὸν τὸν ἐπὶ τοῦ ἥπατος σὺν τοῖς νεφροῖς περιελεῖ. καὶ αἰθίσουσιν αὐτὰ οἱ υἱοὶ Ααρὼν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἐπὶ τὰ ὁλοκαυτώματα ἐπὶ τὰ ξύλα τὰ ἐπὶ τοῦ πυρὸς, κάρπωμα ὀσμὴ εὐωδίας κυρίῳ. ἐὰν δὲ ἀπὸ τῶν προβάτων ὁ δῶρον αὐτοῦ, θυσίαν σωτηρίου τῷ κυρίῳ, ἄρσεν ἢ θῆλυ, ἄμωμον προσοίσει αὐτό· ἐὰν ἀρνα προσαγάγῃ ὁ δῶρον αὐτοῦ, προσοίσει αὐτὸ ἐναντι κυρίου, καὶ ἐπιθήσει τὴν χεῖρα * αὐτοῦ : ἐπὶ τὸ κεφαλὸ τοῦ δώρου αὐτοῦ, καὶ σφάξει αὐτὸ πρὸς τὰς θύρας τῆ --- σκηνῆς.

C. 3. Si vero ſacrificium ſalutaris fuerit donum ejus -: Domino: ſi quidem ex bobus ſuis obtulerit; ſive maſculum ſive feminam, immaculatum offeret ipſum in conſpectu Domini. Et imponet manus ſuas ſuper caput doni * ſui: & jugulabit * ipſum: juxta portas Tabernaculi teſtimonii. Et effundent filii Aaron Sacerdotes ſanguinem ſuper altare -: holocauſtorum in circuitu: & offerent ex ſacrificio ſalutaris oblationem Domino, adipem, qui operit ventrem, & omnem adipem qui eſt ſuper ventrem, & duos renunculos, & adipem, qui eſt ſuper ipſos, ſuper inguina: & ſuperiorem partem jecoris cum renunculis auferet. Et deferent ipſa filii Aaron ſuper altare, ſuper holocauſta, ſuper ligna in igne poſita: oblatio odor ſuavitatis Domino. Si vero ex ovibus donum ejus ſit, ſacrificium ſalutaris Domino, maſculum aut feminam, immaculatum proferet ipſum; ſive agnũ offerat donum ſuum, proferet ipſum in conſpectu Domini: & imponet manum * ſuam: ſuper caput doni ſui, & immolabit ipſum juxta portas Tabernaculi.

Hic vides aſteriſcos qui in ſpecimine hac forma ※ notantur; & obelos ſic delineatos --: Aſteriſci indicant vocem aut voces illo notatas in Hebraïco

SPECIMEN EX CODICE VETUSTISSIMO COLBERTINO, CHARACTERIBUS PARTIM QUADRIS PARTIM ROTUNDIS, SINE ACCENTIBUS ET SPIRITIBUS.



quidem ferri; ſed a LXX. Interpretibus verſas non fuiſſe. Obeli ſignificant vocem aut voces ſequentes, quæ apud LXX. Interpretes feruntur, in Hebraïco non exſtare. Duo puncta poſtpoſita indicant quo uſque vel omiſſum vel additum fuerit in Hebraïco. Verum ea de re pluribus in Collectione Hexaplorum. Non ingratum lectori erit ſi ea adjiciam, quæ in folio noſtro continentur; ut nobiliſſimi Codicis, in quo textus Septuaginta Interpretum Origenianus, ut in Hexaplis erat, amplior notitia accedat. Hæc porro vulgaribus typis edimus, nam Tabula præmiſſa ad characteris ſpecimen ſufficit.

Fragmentum ex libro Judicum, c. 9. v. 48.

. . . αὐτὸς καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὁ μετ' αὐτοῦ. καὶ ἔλαβεν Ἀβιμέλεχ * σὺ : τὴν ἀξίνην ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἔκοψεν φορτίον ξύλων, καὶ ἔλαβεν αὐτὸ, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὴν ὦμους αὐτοῦ. καὶ εἶπεν πρὸς τὸν λαὸν τὸν μετ' αὐτοῦ· Ὃ εἴδατέ με ποιοῦντα, ταχέως ποιήσατε ὡς καὶ ἐγώ. καὶ ἔκοψαν καὶ γε * πάντες : αὐτὸς ἕκαστος φορτίον· καὶ ἦραν, καὶ ἐπορεύθησαν ὀπίσω Ἀβιμέλεχ, καὶ ἐπέθηκαν ὅτι ὁ ὀχύρωμα, καὶ ἐνέπρησαν ἐπ' αὐτοῖς * σὺ : ὁ ὀχύρωμα ἐν πυρί. καὶ ἀπέθανον πάντες ἄνδρες πύργου Σικίμων ὡσεὶ χίλιοι ἄνδρες καὶ γυναῖκες. καὶ ἐπορεύθη Ἀβιμέλεχ εἰς Θήβης, καὶ παρεκάθισεν ἐπ' αὐτῷ, καὶ προσκατελάβετο αὐτῷ. καὶ πύργος ἦν ὀχυρὸς ἐν μέσῳ τῆς πόλεως· καὶ ἔφυγεν ἐκεῖ πάντες οἱ ἄνδρες καὶ αἱ γυναῖκες καὶ πάντες οἱ ἡγούμενοι τῆς πόλεως, καὶ ἀπέκλεισαν ἐφ' ἑαυτοὺς, καὶ ἀνέβησαν ὅτι ὁ δῶμα τοῦ πύργου * καὶ * προσήγγισεν : καὶ ἦλθεν Ἀβιμέλεχ ἕως τοῦ πύργου : καὶ ἐξεπολέμησαν αὐτόν. καὶ ἤγγισεν Ἀβιμέλεχ ἕως τῆς θύρας τοῦ πύργου ἐμπρῆσαι αὐτὸν ἐν πυρί· καὶ ἔρριψε γυνὴ μία κλάσμα μύλου ὅτι τὴν κεφαλὴν Ἀβιμέλεχ, καὶ συνέθλασεν ὁ κρανίον αὐτοῦ. καὶ ἐβόησεν ὁ ταχὺς πρὸς τὸ παιδάριον (sic) τὸν αἴροντα τὰ σκεύη αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· σπάσαι τὴν μάχαιράν σου καὶ θανάτωσόν με, μήποτε εἴπωσιν * ὅτι : γυνὴ ἀπέκτεινεν αὐτόν. καὶ ἐξεκέντησεν αὐτὸν ὁ παιδάριον αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν : Ἀβιμέλεχ : καὶ εἶδεν ἀνὴρ Ἰσραὴλ ὅτι ἀπέθανεν Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπῆλθον ἀνὴρ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. καὶ ἐπέστρεψεν ὁ θεὸς τὴν κακίαν Ἀβιμέλεχ

. . . ipſe & omnis populus, qui cum eo erat. Et accepit Abimelech ſecurim in manu ſua, & præſcidit faſcem lignorum, & accepit illum, & impoſuit humeris ſuis. Et dixit populo, qui ſecum erat: Quod me videtis facientem cito facite, ut & ego. Et præſciderunt * omnes: ſinguli faſcem, & ſumſerunt, & proceſſerunt retro Abimelech, & appoſuerunt præſidio, & ſuccenderunt præſidium igne: & mortui ſunt omnes viri turris Sichimorum, quaſi mille viri & mulieres. Et profectus eſt Abimelech in Thebes, & obſedit illam, & præoccupavit illam. Et Turris erat munita in medio urbis: & eo confugerunt omnes viri & mulieres & omnes principes civitatis, & occluſerunt ſupra ſe, & aſcenderunt ſuper tectum Turris. * Et acceſſit: & venit Abimelech uſque ad Turrim; & pugnabant contra illum. Et appropinquavit Abimelech uſque ad portam Turris, ut ſuccenderet eam igne. Et projecit mulier una fragmen molæ ſuper caput Abimelech, & confregit cranium ejus. Et clamavit illico ad puerum ferentem arma ſua, & dixit illi: Stringe gladium tuum, & occide me: ne forte dicant, * quoniam: mulier occidit eum. Et confodit eum puer ipſius, & mortuus eſt : Abimelech: Et vidit vir Iſraël, quia mortuus eſt Abimelech, & abierunt quiſque in locum ſuum. Et reddidit Deus Abimelech malum quod fecerat patri ſuo, occidens LXX. fratres ſuos: & omne malum virorum Sichi-

ιῶ ἐποίησεν τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀποκτείναι τοὺς ὁ. ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν κακίαν ἀνδρῶν Σικίμων ἐπέστρεψεν ὁ θεὸς εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῶν· καὶ ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτοὺς ἡ κατάρα Ἰωάθαμ τοῦ Ιεροβάαλ. καὶ κατῴκησεν μετὰ Ἀβιμέλεχ τὸν σῶσαν τὸν Ισραὴλ Θωλὰ υἱὸς Φουὰ υἱὸς πατραδέλφου αὐτοῦ, ἀνὴρ Ἰσσάχαρ, καὶ αὐτὸς κατῴκει ἐν Σαμαρείᾳ ἐν ὄρει (sic) Εφραίμ. καὶ ἔκρινεν τὸν Ισραὴλ, γ' καὶ κ. ἔτη, καὶ ἀπέθανεν, καὶ ἐτάφη ἐν Σαμαρείᾳ· καὶ ἀνέστη Ιαεὶρ μετ' αὐτὸν ὁ Γαλααδείτης, καὶ ἔκρινεν τὸν Ισραὴλ β'. καὶ κ'. ἔτη. καὶ ἐγένοντο αὐτοῦ β. καὶ λ'. υἱοὶ ἐποχεύοντες ἐπὶ β'. καὶ λ'. πώλοις, καὶ β'. καὶ λ'. πόλεις αὐτοῖς, καὶ αὐταὶ ἐκάλεσαν ἐπαύλεις Ιαεὶρ, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, αἵ εἰσιν ἐν τῇ γῇ Γαλααδ. καὶ ἀπέθανεν Ιαεὶρ, καὶ ἐτάφη ἐν Καμών. καὶ προσέθεντο οἱ υἱοὶ Ισραὴλ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἔναντι κυρίου, καὶ ἐλάτρευσαν τοῖς Βααλείμ καὶ * τοῖς· καὶ τοῖς Ασταρώθ * καὶ τοῖς . . . . . .

mitarum reduxit Deus in caput ipsorum: & venit super eos maledictio Joatham filii Jerobaal. Et surrexit post Abimelech, ad salvum faciendum Israël, Thola filius Phua, filius patrui ejus, vir ex Issachar, & ipse habitabat in Samaria in monte Ephraïm. Et judicavit Israëlem viginti-tribus annis, & mortuus est, & sepultus est in Samaria. Et surrexit Jaïr Galaadites post illum, & judicavit Israëlem viginti-duobus annis. Et fuerunt ipsi triginta duo filii, sedentes supra triginta-duos pullos asinarum, & triginta-duæ urbes ipsis erant, & vocavit eas, villas Jaïr, usque in hunc diem, quæ sunt in terra Galaad. Et mortuus est Jaïr, & sepultus est in Camon. Et addiderunt filii Israël facere malum in conspectu Domini, & coluerunt Baalim & Astaroth, & . . . . . .

Hæc autem toto cælo discrepant a Septuaginta Interpretum versione, ut exstat in editis hodiernis. Verum ea de re pluribus in Hexaplorum collectione, quam paramus.

De Codice Bibliorum Cæsareo vetustissimo.

Lambecius in Bibliotheca Cæsarea, lib. 3. p. 2. Codicem ejusdem Bibliothecæ vetustissimum refert, ubi fragmenta libri Geneseos, & pars quædam minima Evangelii Lucæ. Est autem Codex ille membranaceus, purpureus, pene quadrus, aureis & argenteis literis majusculis, ante annos, ut opinatur ille, mille trecentos exaratus: constatque foliis viginti-sex; quorum viginti-quatuor prioribus continentur fragmenta Geneseos, exornata quadraginta-octo æque vetustis picturis, historiam descriptam repræsentantibus: duo autem reliqua folia fragmentum Evangelii Lucæ complectuntur. Picturas illas æri incidi curavit Lambecius ad fidem exemplaris Cæsarei. Licet autem illas huc adferre non juvet, ob prolixitatem nimiam, operæ tamen pretium erit de singulis ea exhibere, quæ ad Codicis ejusque picturarum notitiam juvare possunt, ac illa ad verbum referre, quæ in fine schematum omnium annotavit Lambecius.

Folii primi prima pagina, *inquit Lambecius*, continetur fragmentum cap. 3. Geneseos a versus 4. verbis, καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικί, *& dixit serpens mulieri*, usque ad versûs 13. verba, ὁ ὄφις ἠπάτησέ με καὶ ἔφαγον, *serpens seduxit me & manducavi*. Pictura autem subjuncta exhibet lapsum Adami & Evæ in Paradiso, & præsentiam Dei illos increpantis, quæ indicatur per manum in nubibus.

Ejuſdem fol. 1. pag. 2. continetur fragmentum cap. 3. Geneſeos a verſu 14. καὶ εἶπε κύριος ὁ θεὸς τῷ ὄφει, *& dixit Dominus Deus ſerpenti.* Pictura autem ſubjuncta exhibet manum Dei in nubibus, & ejectionem Adami & Evæ ex Paradiſo; ubi præter tunicas ipſorum pelliceas & rotam flammeam, cum Cherubim ante portam Paradiſi collocatam, maxime notabilis eſt perſona illa muliebris, cæruleo & purpureo veſtitu induta, quæ Adamum & Evam tamquam ſolatii cauſa extra Paradiſum comitatur. (Ea autem perſona eſt μετάνοια ſive pœnitentia, ut diximus libro 1.)

Fol. 2. pag. 1. continetur fragmentum cap. 7. Geneſ. a verſu 19. Τὸ δὲ ὕδωρ ἐπικράτει σφόδρα σφόδρα ἐπὶ τῆς γῆς, *Aqua autem ſuperabat valde valde ſuper terram;* uſque ad capitis 8. verſum 3. καὶ ἐνεδίδου τὸ ὕδωρ πορευόμενον ἀπὸ τῆς γῆς, *Et cedebat aqua vadens a terra.* Pictura autem ſubjuncta exhibet diluvium univerſale; ubi maxime notabilis eſt arca Noe, tribus contignationibus diſtincta.

Ejuſdem fol. 2. p. 2. continetur fragmentum cap. 8. Geneſeos a verſu 14. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ μηνὶ ἐξηράνθη ἡ γῆ, i. *In ſecundo autem menſe ſiccata eſt terra,* uſque ad verſûs 20. verba, καὶ ἀνήνεγκεν εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *Et obtulit in holocauſtum ſuper altare.* Pictura autem ſubjuncta exhibet exitum Noë ex arca, & primum ejuſdem ſacrificium poſt diluvium.

Fol. 3. p. 1. continetur fragmentum capitis 9. Geneſ. a verſu 8. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς τῷ Νῶε καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, *Et dixit Deus Noë & filiis ejus cum eo,* uſque ad verſûs 15. verba, καὶ μνησθήσομαι τῆς διαθήκης μου, ἣ ἔστιν διὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, i. *Et memor ero teſtamenti mei, quod eſt inter me & vos.* Pictura autem ſubjuncta exhibet manum Dei in nubibus, & ſub ea Iridem, tamquam ſignum pacti divini cum Noë poſt diluvium.

Ejuſdem fol. 3. p. 2. fragmentum cap. 9. Gen. a verſu 20. καὶ ἤρξατο Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, i. *Et cœpit Noë homo agricola eſſe terræ,* uſque ad v. 27. verba, καὶ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτοῦ, i. *Et fiat Chanaan puer ejus.* Pictura autem ſubjuncta exhibet ebrietatem Noë, & filiorum ejus Semi & Japheti in cooperienda patris ſui nuditate verecundiam, cujus præmium fuit ſubſequuta paterna benedictio.

Fol. 4. p. 1. fragmentum cap. 14. Geneſ. a verſu 17. ἐξῆλθεν δὲ βασιλεὺς Σοδόμων εἰς συναντησιν αὐτῷ, hoc eſt, *Egreſſus autem eſt Rex Sodomorum in occurſum ei,* uſque ad verſus 21. verba, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἄβραμ δεκάτην ἀπὸ πάντων, *Et dedit ei Abram decimam de omnibus.* Pictura autem ſubjuncta exhibet Patriarcham Abrahamum a cæde Chodorlahomor & ſociorum Regum reducem, & Melchiſedechum panem & vinum ei offerentem.

Ejuſdem fol. 4. p. 2. fragmentum cap. 15. Geneſ. a verſu, i. μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρὸς Ἄβραμ, i. *Poſt hæc autem verba factum eſt verbum Domini ad Abram,* uſque ad verſus 5. verba, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου, *Sic erit ſemen tuum.* Pictura autem ſubjuncta exhibet manum Dei in nubibus inter ſtellas innumeras, & Abrahamum in ſomno divinitus accipientem promiſſum de multiplicatione ſui ſeminis. Ibidem quoque repræſentatur tamquam paſtor Damaſcus ille Heliezer, filius Maſec vernaculæ Abrahami, cujus verſu ſecundo ejuſdem capitis fit mentio.

Cæteras autem ejuſdem Codicis picturas brevitatis cauſa mittimus: hæc ad ſpecimen ſufficiant. Nec omittendum tamen eſt, ex his picturis multas cum iis, quæ in Roma Subterranea repræſentantur, admodum convenire.

In fine autem picturarum omnium infert Lambecius.

Notandum autem hic primo est, (*sic ille,*) scripturam jam memoratorum fragmentorum, simillimam quidem esse scripturæ vetustissimi Codicis Dioscoridiani Julianæ Aniciæ, de quo libri secundi horum Commentariorum capite septimo satis prolixe egi, sed lectu longe difficiliorem propter literas longinquitate temporis partim obscuratas, partim misere exesas, & ob pellucentem aversæ paginæ scripturam vix amplius cognoscibiles. Notandum secundò est, Picturas, quæ singulis fragmentis subjunctæ sunt, ejus esse generis, quæ vulgo appellantur, *Miniaturæ*, earumque colores non oleo, sed tantum aquâ gummique esse temperatos. Notandum tertio est, quamvis supra memorata fragmenta Geneseos ex Græca versione Septuaginta Interpretum desumta sint, nonnullis tamen locis, ut imprimis folii quinti pagina 1. & 2. videre est, quædam, ut ad rem minus pertinentia, consulto omissa, & novæ connexionis causa paululum mutata esse. Quamobrem operæ pretium fuerit, si quis omnia illa fragmenta manuscripta quam diligentissime accuratissimeque conferat cum versione Septuaginta Interpretum, quæ cum sæpe alias, tum præsertim autoritate Sixti Quinti, Pontificis Maximi, Romæ, A. 1588. Græcè, & studio Joannis Morini Blesensis Lutetiæ Parisiorum A. 1628. Græcè & Latinè in folio impressa est. Quarto denique notandum est, si quis tam Picturarum supra memoratarum, quam ipsius scripturæ contextûs Geneseos, specimen videre desideret, jam pridem illud a me insertum esse additamento undecimo libri secundi horum Commentariorum de Augustissima Bibliotheca Cæsarea, quippe ubi præter folii quarti integram paginam primam, picturas quoque paginæ secundæ folii decimi-tertii & paginæ secundæ folii decimi-septimi æri incisas exhibui. In præsens autem omnes quadraginta octo Tabulas conjunctim hic publico: quæ licet non satis artificiosæ sint, sed simplicitatem primitivæ Ecclesiæ Christianæ, qualis illa circa ætatem Imp. Constantini Magni fuit, ruditate sua referant, doctis tamen ac piis talium antiquitatum æstimatoribus sine dubio nec minus jucundæ, nec minus utiles erunt, quam illæ æque rudes, quarum vetustate gloriatur Roma subterranea. Cæterum quod ad posteriora duo ejusdem Codicis manuscripti folia, nempe vigesimum-quintum & vigesimum-sextum attinet, ea melius conservata magisque legibilia sunt, quàm præcedentia. Carent autem picturis, & unaquæque pagina in duas columnas divisa est. Primo horum duorum foliorum continetur fragmentum capitis 24. Evangelii S. Lucæ a versûs decimi-tertii verbis ἀπέχουσιν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἰερουσαλήμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαοὺς, hoc est secundùm versionem Latinam Vulgatam, *Quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaüs*, usque ad versûs vigesimi-primi verba, Ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις, τρίτην ταύτην, hoc est secundum versionem Latinam Vulgatam, *Et nunc super hæc omnia, tertia dies est.* Secundo eorumdem duorum foliorum, quod totius istius Codicis manuscripti nunc est ultimum, continetur fragmentum ejusdem supra memorati capitis vigesimi-quarti Evangelii S. Lucæ a versûs trigesimi-noni verbis πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστᾶ οὐκ ἔχει, hoc est, *Spiritus carnem & ossa non habet*, usque ad versus quadragesimi-noni verba, ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ κα-, hoc est secundum Vulgatam versionem Latinam, *Et ego mitto promissum Patris mei in vos; vos autem.* Quod superest, quandoquidem libri primi horum Commentariorum

rum Additamento undecimo obiter indicavi, Codicem illum manuſcriptum, de quo hactenus egi, unum ſine dubio eſſe ex illis ſacræ Scripturæ Codicibus, quos S. Hieronymus in Præfatione in librum Jobi appellat *veteres Libros, & in membranis purpureis auro argentoque, uncialibus literis, pulcre*, quidem, ſed non ſatis *emendate* fuiſſe *deſcriptos*, facere non poſſum, quin eadem de re in præſens addam, veritatis querelæ S. Hieronymi de veterum illorum Codicum pulcrorum mendis, luculentiſſimum extare exemplum in paulo ante memorato fragmento capitis vigeſimi-quarti Evangelii S. Lucæ de Diſcipulis euntibus in Caſtellum Emmaüs. Verſu enim decimo-tertio, ubi vulgo nunc recte legitur Caſtellum Emmaüs a Jeruſalem fuiſſe diſſitum στadίους ἑξήκοντα, hoc eſt, *ſtadiis ſexaginta*, perperam in antiquiſſimo illo Codice purpureo pro στadίους ἑξήκοντα, ſcriptum eſt, στadίους ἑκατὸν ἑξήκοντα, hoc eſt, *ſtadiis centum ſexaginta*. Quem manifeſtum errorem, etiam ille ipſe, cujus manu Codex olim exaratus eſt, agnovit; ideoque ſingulis vocis ἑκατὸν literis ſingula ſuperne impoſuit argentea puncta, ut hac ratione ſignificaret ſimul ac moneret, totam illam vocem delendam eſſe tamquam ſuperfluam.

His Lambecius, Cæſariani Codicis, cujus ſpecimen damus, formam deſcribit. Quod autem ad Conſtantini ævum Codicis vetuſtatem revocat, id ex conjectura tantum dici poteſt. Sane ut ex ſpecimine conſpicuum videtur, non præit Colbertino, de quo paulo ante, Codici; ſi tamen ejus ætatem attingat. Ævum autem Codicum, qui ante ſeptimum ſæculum ſcripti ſunt, nulla poteſt certa nota diſtingui, quandoquidem omnes eadem pene literarum forma ſunt exarati. Quod adjicit Lambecius, vocem ἑκατὸν, quæ irrepſerat, punctis ſuperne notatam fuiſſe, quaſi ſupervacuam, in uſu ſemper habitum eſt apud Librarios, ita ut ejuſmodi vocibus, quæ mendoſe irrepſerant, puncta modo ſuperne, modo inferne, modo utrobique adpingerent.

Quæ in Tabula exhibentur, vulgaribus typis ſic habent. Geneſ. cap. 14. verſ. 17.

Ἐξῆλθεν δὲ Βασιλεὺς Σοδόμων εἰς συναντησιν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστρέψαι (1.) αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοπῆς (2.) τοῦ Βασιλέως εἰς τὴν κοιλάδα τὴν Σαυή. καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον· ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου. καὶ (3.) εὐλόγησεν τὸν Ἄβραμ, καὶ εἶπεν· εὐλογημένος Ἄβραμ τῷ θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισεν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ εὐλογητὸς ὁ θεὸς, ὁ (4.) ὕψιστος, ὃς παρέδωκεν τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ (5.) δεκάτην ἀπὸ πάντων.

Egreſſus eſt autem Rex Sodomorum in occurſum ei, poſtquam ille reverſus eſt a cæde Regum in valle Save. Et Melchiſedec Rex Salem attulit panes & vinum: erat autem Sacerdos Dei altiſſimi. Et benedixit Abram, & dixit: Benedictus Abram Deo altiſſimo, qui creavit cælum & terram: & benedictus Deus altiſſimus, qui tradidit inimicos tuos ſub manus tuas. Et dedit ei decimam de omnibus.

1. In editione Vaticana legitur, μετὰ τὸ ὑποστρέψαι αὐτόν.

2. In Vaticana legitur, ἀπὸ τῆς κοπῆς τοῦ Χοδολλογομὸρ καὶ τοῦ Βασιλέως τοῦ μετ' αὐτοῦ, εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Σαβέ.

3. In Vaticana, εὐλόγησεν.

4. In Codice mſ. pro ὕψιστος, mendoſe legitur ὄψιστος, quemadmodum etiam de induſtria æri inciſum eſt.

5. In Vaticana, αὐτῷ Ἄβραμ δεκάτην.

ΕΞΗΛΘΕΝΔΕ ΒΑCΙΛΕ ΥCCΟΔΟΜΩΝΕΙCCΥΝ
ΑΝΤΗCΙΝΑΥ ΤΩΜΕΤΑΤΟΑΝΑC ΤΡΕΨΑΙΑΥΤΟ
ΑΠΟ ΤΗCΚΟΠΗC ΤΩΝΒΑCΙΛΕΩΝ ΕΙC ΤΗΝ
ΚΟΙΛΑΔΑ ΤΗΝCΑΥΗ: ΚΑΙΜΕΛΧΙCΕΔ ΕΚΒΑCΙ
ΛΕΥCCΑΛΗΜ ΕΞΗΝΕΓΚΕΝΑΡΤΟΥCΚΑΙΟΙΝΟ
ΗΝΔΕ ΙΕΡΕΥCΤΟΥΘΥ ΤΟΥΥΨΙCΤΟΥΚΑΙ
ΗΥΛΟΓΗCΕΝΤΟΝΑΒΡΑΜΙΞΕΙΠΕΝ ΕΥΛΟΓΗ
ΜΕΝΟC ΑΒΡΑΜ ΤΩΘΩ ΤΩΥΨΙCΤΩ ΟCΕΚΤΙCΕ
ΤΟΝΟΥΝΟΝΙΞ ΤΗΝΓΗΝ· ΙΞΕΥΛΟΓΗΤΟCΟΘC
ΟΨΙCΤΟC, ΟC ΠΑΡΕΔΩΚΕΝ ΤΟΥCΕΧΘΡΟΥCCΟ
Υ ΠΟΧΕΙΡΟΥCCΟΙ· ΙΞΕΔΩΚΕΝΑΥ ΤΩΔΕΚΑΤΗΝ
ΑΠΟ ΠΑΝΤΩΝ

CAPUT II.

De vetuſtiſſimo Dioſcoridis Codice, nunc Cæſareo, qui ineunte ſexto ſæculo juſſu Julianæ Auguſtæ deſcriptus eſt, cum picturis variis, & ipſius Julianæ Auguſtæ imagine. Specimen characteris ejuſdem exemplaris.

Inter præſtantiſſimos Codices jure accenſendus eſt ille Cæſareus, Dioſcoridis opera complectens : ea etiam in re cæteris anteponendus, quod unus ex iis, qui charactere partim quadro, partim rotundo, ſine accentibus & ſpiritibus ſcripti ſunt, notam nec dubiam ætatis ferat. Hujus peramplam pro more ſuo notitiam dedit Petrus Lambecius in Bibliotheca Cæſarea libro 2. c. 6. p. 519. unde omnia, quæ exemplaris iſtius vel antiquitatem, vel præſtantiam, vel fortunas varias enuntiant, excerpere libet ; omiſſis aliis, quæ ad rem minus pertinent : nam Scriptor ille, ſane diligens & eruditus, digreſſionibus mire gaudet. Poſtquam igitur de Augerio Buſbeckio, qui legationibus Conſtantinopolitana & Amaſiana functus, 250. circiter Codices mſſ. Græcos comparaverat, ut ipſe Buſbeckius in epiſtola ſua anno 1562. Francofurti ad Mœnum data teſtificatur, verba fecit Lambecius, ita pergit:

Unius autem, & quidem præcipui, quem propter nimis ſibi gravem pretii magnitudinem reliquerat Conſtantinopoli inemptum, nominatim facit mentionem (Buſbeckius) his verbis : *Unum reliqui Conſtantinopoli decrepitæ vetuſtatis, totum deſcriptum literâ majuſculâ, Dioſcoridem cum depictis plantarum figuris, in quo ſunt pauca quædam, ni fallor, Crateuæ, & libellus de avibus. Is eſt penes Judæum, Hamonis, dum viveret, Suleimanni Medici filium : quem ego emptum cupiviſſem ; ſed me deterruit pretium. Nam centum ducatis indicabatur ; ſumma Cæſarei, non mei marſupii. Ego inſtare non deſinam, donec Cæſarem impulero, ut tam præclarum Autorem ex illa ſervitute redimat. Eſt vetuſtatis injuriâ peſſime habitus ; ita extrinſecus a vermibus corroſus, ut in via repertum vix aliquis curet tollere.* Hucuſque Buſbeckius. Hic igitur eſt ille vetuſtiſſimus Codex Dioſcoridianus, qui ejuſdem Buſbeckii impulſu poſt annum 1562. quo ſupra citatam ſcripſit epiſtolam, vel ab Imp. Ferdinando I. vel, quod veriſimilius mihi videtur, a filio ejus & ſucceſſore Imp. Maximiliano II. redemptus eſt, & ex Turcica ſervitute tranſmigravit in Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream, ubi etiam nunc adſervatur, & inter manuſcriptos Codices Medicos Græcos tertium locum obtinet.

Hîc ad marginem notat Lambecius.

Hinc patet, eos errare, qui falſo credunt, hunc Codicem, anno 1529. cum Solimannus Turcarum Tyrannus Vindobonam obſideret, ab obſeſſis captum, & opimi inſtar ſpolii in urbem delatum eſſe.

Eſt autem membranaceus, & quidem ejus magnitudinis, quam vocant *in folio* ; ſed formâ fere quadratâ, continetque folia 491. quorum maxima pars injuriâ vetuſtatis non minus male habita ſunt, quam ipſa compactura, quæ tota lacera, & a tineis ac blattis fœde miſereque corroſa eſt. Literæ omnes ſunt majuſculæ, & perelegantes quidem, ſed ab illis, quibus nunc utimur literis Græcis, aliquantum diverſæ. Accentus omnino deſunt, & ſi qui

„ in eo reperiuntur, recentiori manu ſunt additi. Voces ſine ulla diſtinctione
„ ſibi invicem cohærent; ideoque lectio hujus Codicis, etiam doctiſſimis & in
„ ſtudio linguæ Græcæ exercitatiſſimis viris, negotium faceſſere poteſt, quippe
„ cum, ubi unaquæque vox vel incipiat, vel deſinat, quodammodo divinan-
„ dum ſit.

Deinde multis aliis interpoſitis, ſic pergit Lambecius p. 523. Inter pau-
„ ciſſimos igitur Codices Græcos & Latinos, qui priſca illa & rudi ſimplici-
„ tate ſcripti, ad noſtram ætatem pervenerunt, haud poſtremum ſibi vendicat
„ locum Cæſareus ille, ſeu potius Anicianus, Codex Dioſcoridianus; utpote
„ qui non tantum vetuſtate ſcripturæ ſine ulla controverſia 1163. annos ſupe-
„ rat; verum etiam æque antiquis Julianæ Aniciæ, variorumque illuſtrium
„ Medicorum veterum, & plantarum, animalium, aliarumque rerum iconi-
„ bus accuratiſſima delineatione & vivaciſſimo poſt integra undecim ſæcula
„ coloratu expreſſis, mirifice exornatus eſt.

„ Primi folii pag. 1. literis minuſculis & manu recentiori ſcriptum eſt, Co-
„ dicem hunc a quodam Joanne, alumno Hoſpitalis ſive Xenodochii Con-
„ ſtantinopolitani, cognomine τῦ Κράλη, ſive Regis [Serviæ,] ſuaſu & im-
„ penſa Nathanaëlis, Monachi & Noſocomi ibidem, ne vetuſtate penitus inter-
„ iret, conſolidatum, reſartum & inſtauratum eſſe anno mundi ſecundum
„ ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6914. qui reſpondet anno vul-
„ garis æræ Chriſtianæ 1406. Inſcriptio integra ita ſe habet: Τὸ πρὸν βιβλίον,
„ τ̃ Διοσκυρείδου, πάντα πασι παλαιωθέντα κ̀ κινδυνεύοντα τελείως ἀφανισθῆναι, βύσα-
„ χωσιν ὁ χαρτασιμβόλος Ιωαίνης, ταῦτ ἔγραψε κ̀ ἐξόδῳ τ̃ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς κυροῦ
„ Ναθαναὴλ, νοσοκόμου τῦ νικαῦτα τυγχάνοντος ἐν τῷ ξενῶνι τ̃ Κράλη. ἔτους ϛ ϡ ιδ.

Horum ſenſus eſt, *Hunc librum, nempe Dioſcoridem, cum vetuſtate prorſus laboraret, ac periculum eſſet ne penitus interiret, compegit Joannes Chortaſmenus ſive alumnus, juſſu ex expenſis honoratiſſimi in Monachis Domini Nathanaël: tunc Noſocomi ſive Præfecti Xenodochii Cralis anno mundi 6914. i. Chriſti* 1406. Incertum eſt an Chortaſmenus ſit nomen proprium; an vero χαρτασμβόλος, alumnum ſignificet. χαλόω & βύσαχόω, eſt *librum compingo*, quod non intellexiſſe videtur Lambecius.

Sequitur deinde eadem manu annotatiuncula quædam de diviſione φυτ̃, „ ſive plantæ, in βοτάνιον ſive herbam, θάμνον ſive fruticem, & δένδρον ſive „ arborem, quam ſupra memoratus Joannes monet in lectione Dioſcoridis „ bene obſervandam eſſe. Ipſa ejus verba hæc ſunt: ἰστέον ὅτι πᾶν ὅσον ἡ γῆ φύει, „ λέγεται φυτὸν ἁπλ̃ς. Διαιρεῖται δ τ̃το εἰς τρία, εἰς βοτάνιον, θάμνον κ̀ δένδρον. „ ταῦτα τοίνυν ὁ τὰ ἰατρικὰ μεταχειζόμενος, ὅταν ταύτα ἐύρῃ παρὰ τῷ Διοσ- „ κυρείδῃ, ἵνα δυνηθῇς διαγινώσκειν.

Id eſt, *Sciendum eſt, quodcumque terra gignit, plantam generatim dici. Dividitur autem illa in tria; in herbam, fruticem & arborem. Animadverte igitur quiſquis medicinam tractas, ut cum illam apud Dioſcoridem reperies, internoſcere valeas.*

„ Poſterior ejuſdem folii primi pagina nihil continet præter pavonem cæru-
„ leum, qui expaſſam, ſed nunc media fere parte mutilam, oſtentat caudam,
„ cæruleis aureiſque oculis etiam nunc non mediocriter radiantem, etſi lon-
„ ginquitas temporis primævam illius pulcritudinem plurimum imminuerit.
„ Opinor autem pavonem in principio hujus Codicis hac præcipue de cauſa
„ depictum eſſe, quod cauda hujus avis ſymbolum ſit annuæ viciſſitudinis

arborum. Decidentibus enim arborum foliis, decreſcit etiam pavonis cauda; teſtatur hoc Plinius Hiſt. Naturalis lib. 10. cap. 20. his verbis : *Omnes reliquas aves pavonum genus, cùm formâ, tum intellectu ejus & gloriâ præcedit. Gemmantes laudatus expandit colores, adverſo maximè ſole, quia ſic fulgentius radiant. Simul umbræ quoſdam repercuſſus cæteris, qui in opaco clarius micant, conchatâ quærit caudâ, omneſque in acervum contrahit pennarum, quos ſpectari gaudet, oculos. Idem caudâ annuis vicibus amiſsâ cum foliis arborum, donec renaſcatur iterum cum flore, pudibundus ac mœrens quærit latebram.* Hæc Plinius de pavonis & arborum ſympathia. Plures quoque ejus avis ſymbolicæ ſunt explicationes, inter quas primaria maximeque nota, eſt apotheoſis ſive conſecratio fœminarum; uti cùm in Domitillæ uxoris Imp. Veſpaſiani, aliarumque Auguſtarum antiquis numiſmatibus videre eſt, tum præcipue in illo Liviæ ſive Juliæ Auguſtæ, uxoris Imp. Auguſti, & matris Imp. Tiberii, quod eadem magnitudine, qua in celeberrimi Antiquarii Jacobi de Strada manuſcriptis veterum numiſmatum voluminibus decem, quæ in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea adſervantur, elegantiſſime depictum eſt, æri inciſum hic exhibeo. Veriſimillimum itaque videretur, pavonem primo Codicis hujus Dioſcoridiani folio depictum, non tantum ad rem herbariam ſignificandam pertinere, verum etiam in honorem Julianæ Aniciæ, cujus effigies ſexto ejuſdem Codicis folio cernitur, ibi collocatum eſſe, niſi ethnica illa apotheoſis multo ante per Chriſtianiſmum fuiſſet ſublata, & inſuper evidentiſſimis argumentis colligi poſſet, ſuperſtite adhuc Juliana Codicem hunc deſcriptum, eidemque oblatum fuiſſe. Si quis tamen ſymbolum illud apotheoſeos per adulationem ſuperſtiti adhuc illi, quaſi quæ jam tunc conſecratione digna eſſet, improprie attributum eſſe exiſtimaverit, ne hanc quoque opinionem temere improbaverim.

Hæc de pavone, in fronte Dioſcoridiani libri, & ante inſignium Medicorum figuras depicto, Petrus Lambecius. Ego vero potius crederem, ideo Medicorum imaginibus, & Medicinæ libro præfigi pavonem, quia teſte Ariſtophane, eſt μηδικὸς ὄρνις, *Medica avis*, Suidas vero de pavone ait, ὁ μηδικὸς, χρυσόπτερος, καὶ ἀλαζονικὸς ὄρνις. *Medica, aureis alis, & jactabunda avis :* ſic dicta, ut videtur, quod caudâ ſuâ arborum & plantarum viciſſitudinem adumbret, ut innuit Plinius ſupra allatus. Arbores autem & plantæ ὕλη ἰατρικὴ, ſive materia medica ſunt.

Secundum Codicis, ait Lambecius, Dioſcoridiani folium continet poſteriori ſua pagina picturam quadratam, quæ aureum habet fundum, & ſeptem repræſentat antiquos Medicos, ſedentes tamquam in triclinio, & de re medica diſſerentes, hoc ordine & modo, uti ex apographo, bona fide, quantum per colorum evaneſcentium & nonnullis locis omnino fere exſtincto-rum obſcuritatem fieri potuit, delineato ærique inciſo, videre eſt. Primo loco ſedet Χείρων ὁ ἱπποκένταυρος, ſive Chiron Hippocentaurus, (*qui tamen hic non Hippocentauri, ſed hominis forma depingitur,*) quem Plinius Hiſt. Natur. lib. 7. c. 56. refert *herbariam & medicamentariam artem inveniſſe.* Floruit is ſæculo ante æram Chriſtianam decimo-tertio; &, teſte Homero Iliad. Λ. Achillis fuit præceptor in arte Chirurgica. . . . . Extiterunt etiam olim ſub nomine ejuſdem Chironis ſcripta duo ſuppoſititia; nempe Χειρωνος διʼ ἐπῶν πρὸς Ἀχιλλέα, hoc eſt, *Præcepta*, ſive *Exhortationes metricæ ad Achillem*; & ἱππιατρικὸν, hoc eſt, *Opus de curandis equis.* Utriuſque ſcripti meminit Suidas

» in explicatione vocis Χείρων; ubi ſimul etiam confirmat, quod in Euſtathii » in Homerum Commentario refertur, ab eodem Chirone primum inventam » eſſe τὴν ἰατρικὴν ἀφὰ βοτάνων, ſive Medicinam herbariam.

Hic multa de Chirone, cujus nomen ad ſupremum imaginis latus in medio depictus eſt, adjicit Lambecius: deinde de iconibus Medicorum Joannis Sambuci loquens, hæc habet:

» Multum autem differt Sambuciana Chironis effigies ab illa, quæ exſtat in » vetuſtiſſimo noſtro Codice Dioſcoridiano, ut primo patebit intuitu, ſi quis » eas contulerit. Veſtitus quoque valde diſcrepat. Nam in Codice hoc Cæſa- » reo ſuperior corporis ejus pars uſque ad umbilicum nuda eſt, exceptis hu- » meris, qui villoſa teguntur epomide & ſub mento colligata; inferior autem » pars corporis ab umbilico uſque ad pedes pallio cæruleo cooperta eſt.

» A dextero Chironis latere ſedet ΜΑΧΑΩΝ, ſive Machaon, (*nomen » adſcribitur in pictura ad ſingulos*) Æſculapii filius & Podalirii frater, qui ſæculo » ante æram Chriſtianam duodecimo, in bello Trojano occubuit. Meminit ejus » Homerus Iliad. 1. laudatque tamquam optime callentem ἰὸς τ' ἐκπάμψαι, ὀδύ- » νας τ' ἤπια φάρμακα πάσσειν, hoc eſt, *Exſcindere ſagittas, & lenia medicamenta » vulneribus inſpergere.* Machaon enim χειρουργικὴν præcipue excoluit, ſive eam » Medicinæ partem, quæ manu medetur; frater autem ipſius Podalirius abdi- » tas morborum cauſas inveſtigavit, & fundamenta geſſit ejus Medecinæ, quam » ſequens ætas λογικὴν ſive rationalem appellavit.

Deinde multa adfert de Machaone, quæ non intereſt hic deſcribere. λ, ϵ, C, ω, ſic ſemper in Codice. Pergit autem Lambec.

» Sub Machaone ſedet ΠΑΜΦΙΛΟC ſive *Pamphilus*; non quidem » Platonis ille diſcipulus & Epicuri in inſulâ Samo præceptor, qui a Diogene » Laërtio in vita Epicuri, & a Suida, ubi de eodem Epicuro agit, memoratur, » & ſæculo ante æram Chriſtianam quarto floruit; ſed alter multo junior, pro- » feſſione Grammaticus, quem Galenus in Proœmio libri ſexti, *De ſimplicium » medicamentorum facultatibus*, teſtatur ſcripſiſſe hiſtoriam herbarum ordine » alphabetico, quemque merito reprehendit, quod opus illud non ſolum ſine » ulla propria experientia & abſque delectu ex alienis tantum corraſerit ſcriptis; » verum etiam multas aniles & poëticas fabulas, ſuperſtitioſaſque præſtigias, » & varia barbaraque fictitia nomina, de induſtria addiderit.

Poſtea locum Galeni longiſſimum, ubi de Pamphilo aliiſque multis Medicis agit, ad verbum refert Lambecius: & de Pamphilo a 528. ad 542. paginam verba facit: deinde ſic proſequitur. Sub Pamphilo Grammatico Alexan- » drino, qui ut ſupra demonſtravi, hiſtoriam herbarum ordine alphabetico » ſcripſit, ſedet in eodem vetuſtiſſimi Codicis Dioſcoridiani fol. 2. ΞΕΝΟ- » ΚΡΑΤΗC, ſive Xenocrates, non quidem Chalcedonius ille, qui Plato- » nis fuit diſcipulus, & Speuſippi ſororis ejus filii in regenda ſchola veteris » Academiæ per 25. annos ſucceſſor; ſed alter ille multo junior, patria Aphro- » diſienſis, quem Galenus in Proœmio, *De ſimplicium medicamentorum facul- » tatibus*, teſtatur vixiſſe avorum ſuorum tempore. Natus autem eſt Galenus » ſub Imperatore Hadriano, anno Chriſti circiter 131. citatur quidem Xenocra- » tes ille a Plinio aliquoties inter Medicos.

De Xenocrate item multa adjicit Lambecius: poſt autem ait,

» Et hactenus quidem de tribus illis egi antiquis Medicis, quorum imagi- » nes in vetuſtiſſimi Codicis mſ. Dioſcoridiani fol. 2. a dextero Chironis latere

collocatæ ſunt. Pergo nunc ad tres reliquos, qui ſedent ibidem a ſiniſtro Chironis latere. Horum primus eſt ΝΙΓΡΟC ſive *Niger*; non quidem Trebius Niger, qui ſæculo ante æram Chriſtianam primo L. Luculli in Proconſulatu Bæticæ fuit comes, teſte Plinio Hiſt. Nat. lib. 9. cap. 30. ubi agitur de Polypis; ſed Sextius Niger, quem idem Plinius libro primo teſtatur, licet Romanum, Græce tamen ſcripſiſſe, & lib. 32. c. 3. diligentiſſimum Medicinæ auctorem nuncupat. Ejuſdem meminit Dioſcorides in Proœmio lib. 1. de materia Medica, ubi ſtatim in principio rationem reddens, cur ipſe poſt multos non tantum veteres, ſed & recentiores autores, de illo argumento ſcribere auſus ſit, præcipuorum quorumdam nominatim facit mentionem.

Hic multis adjectis de Sextio Nigro, ſit claudit,

Conſulendus quoque eſt ſupra citatus Galeni locus, qui exſtat in Proœmio libri ſexti, *De ſimplicium medicamentorum facultatibus*, quippe ubi inter eos, qui de re herbaria præ cæteris bene ſcripſerunt, primus locus Dioſcoridi, ſecundus autem Nigro, tribuitur.

Sub Sextio Nigro ſedet ΗΡΑΚΛΕΙΔΗC, ſive Heraclides Tarentinus, cujus Dioſcorides loco paulo ante citato meminit. Fuiſſe autem eumdem addictum ſectæ empiricæ teſtatur Cornelius Celſus in Proœmio lib. 1. Commentariorum de Medicina, ubi de origine & incremento Medicinæ &c. . . Idem confirmat Diogenes Laërtius in fine libri quinti de Vitis illuſtrium Philoſophorum, ubi poſteaquam de Heraclide Pontico egit, tredecim quoque aliorum ejuſdem nominis virorum illuſtrium facit mentionem, inter quos eſt octavus Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος ἰατρὸς ἐμπειρικός. Crebra etiam ejus mentio exſtat apud Galenum; ſed imprimis ſupra citato loco *De ſimplicium medicamentorum facultatibus*; ubi inter rei herbariæ Scriptores tertium illi locum, nempe poſt Dioſcoridem & Sextium Nigrum tribuit. . . . .

Sub Heraclide Tarentino ſedet denique ΜΑΝΤΙΑC, ſive Mantias, Herophili ſectator, & jam memorati Heraclidæ Tarentini, qui præpoſtero ordine præcedit, in arte medica præceptor; de quo ſi quis plura ſcire deſiderat, ſufficiet ſi conſulantur tria Galeni loca, quæ exſtant in Proœmio libri ſexti, *De ſimplicium medicamentorum facultatibus*; capite primo libri ſecundi, *De compoſitione medicamentorum per genera*, & libro ſexto, *De compoſitione medicamentorum localium.*

Tertium vetuſtiſſimi Codicis Mſ. Dioſcoridiani folium continet picturam quadratam, quæ itidem ac præcedens in fundo aureo repræſentat ſeptem alios antiquos medicos, ſedentes tamquam in Triclinio, & de re medica differentes, hoc ordine & modo, uti ex apographo, bona fide, quantum per colorum evaneſcentium & nonnullis locis fere exſtinctorum obſcuritatem fieri potuit, delineato ærique inciſo, videre eſt.

Primo loco ſedet ΓΑΛΗΝΟC, ſive Claudius Galenus Pergamenus, qui ſæculo poſt Chriſtum ſecundo, nempe anno æræ Chriſtianæ circiter 131. ſub Imp. Hadriano, Pergami in Aſia minori natus eſt: eodemque ſæculo deſinente, ſeptuageſimum agens ætatis annum, ſub Imp. Lucio Septimio Severo obiit. Quandoquidem autem is relictis ſubtiliſſimi ingenii ſui & indefeſſæ diligentiæ monumentis, etiam nunc adeo clarus eſt, ut ſatius ſit de eo tacere, quam plura addere; hoc tantum moneo, nuſquam de vita & ſcriptis ejus accuratiorem ſolidioremque reperiri notitiam, quam in duobus erudi-

„ tiſſimis libellis veteris amici mei R. P. Philippi Labbei Soc. Jeſu Preſbyteri, „ quorum primo continetur vita ipſius ex propriis operibus collecta; altero „ autem Chronologicum ejuſdem elogium. Uterque libellus anno 1660. Lute- „ tiæ Pariſiorum editus eſt 8°. & quidem prior typis Guilielmi Benard, poſte- „ rior autem typis Claudii Cramoyſi. . . . .

„ A dextero Galeni latere ſedet KPATEYAC, ſive Cratevas, cognomine „ ὁ ῥιζοτόμος, quod eſt ſtricte & ad verbum, *Radicum ſector*, ſive ſecandarum „ radicum ſtudioſus vel peritus, late autem & generaliter herbarius, ſive Me- „ dicus, herbarum cognitioni & uſui præcipue deditus. Floruit hic ſæculo ante „ æram Chriſtianam quinto, & ut eximius artis herbariæ magiſter ab ipſo lau- „ datur Hippocrate in epiſtola ad eum ſcripta.

Deinde refert Lambecius Epiſtolam Hippocratis Cratevæ, quæ inter edi- tas Hippocratis Epiſtolas habetur, ex qua patet Cratevam propter ſingula- rem rei herbariæ peritiam ipſi etiam Hippocrati admirationi fuiſſe: qua laude nulla major eſſe potuit. Honorificam quoque ejuſdem Cratevæ mentionem facit Dioſcorides.

„ Sub Crateva ſedet APOLLAΩNIOC, ſive Apolloniùs, cujus nominis „ licet multi fuerint Medici, hic tamen ego non alium intelligendum eſſe arbi- „ tror, quam vel Apollonium Pergamenum, quem Varro & Columella in „ principio ſuorum librorum de re Ruſtica, inter eos recenſent autores Græcos, „ qui de re Ruſtica præcipue legendi ſunt; vel potius Apollonium Memphi- „ tam, qui citatur ab antiquo Græco Theriacorum Nicandri Scholiaſte in ex- „ plicatione controverſioſæ vocis ἄκνησις, qua ibi verſu 52. ſignificatur herba „ quædam, ſuffitu ſuo ſerpentes abigens. Ipſa Scholiaſtæ verba ſunt hæc: ὃ δ' „ ἄκνησις, οἱ μὲν τὴν κνίδην, οἱ δὲ τὴν σκύλλαν ἢ ἀκελήφην· ὁ μὲν Τυραννίων τὴν σκύλ- „ λαν· Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Μεμφίτης ὃν κένοεγν, ὃ δή τινες κενήτριν καλοῦσι. [Hoc eſt, *Acneſtin alii quidem urticam, alii ſcyllam aut urticam; Tyrannio ſcyllam, Apollonius Memphites cenorum, quod quidam cenetram vocant.* Hinc enim veri- „ ſimile mihi videtur, Apollonium hunc Memphitam eumdem eſſe, cujus opus „ περὶ βοτανῶν, ſive *de herbis*, ab eodem antiquo Scholiaſte aliquanto poſt cita- „ tur, ita tamen ut deſit cognomen autoris, ὁ Μεμφίτης; nempe quia is jam ante „ ab aliis Apolloniis illo cognomine diſtinctus fuerat. Ipſa Scholiaſtæ verba in „ explicatione verſus iſtius, qui incipiebat olim, ψῆγμα πολύκμητον, ſunt hæc: „ ψῆγμα πολύκμητον γράφεται καὶ πολύκνημον. σημαίνει δὲ ποτὲ μὲν ὃ περίψημα, ποτὲ δὲ „ τὴν βοτάνην· ἧς μνημονεύει καὶ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ βοτανῶν.

„ Sub Apollonio ſedet ANΔPEAC, ſive Andreas, ὁ ἰατρός, ſeu Medi- „ cus, de quo cum Crateva conjuncto Dioſcorides in ſupra citato Procœmio „ libri primi refert, ὅτι δοκοῦσι ἀκριβέστερον τῶν λοιπῶν (ἀρχαίων) περὶ τὴν βοτάνην „ ἀναγράφειν, hoc eſt, *Eos exiſtimari accuratius, quam reliquos antiquos Medicinæ* „ *autores Græcos, in re herbaria verſatos eſſe.* Meminit ejuſdem Andreæ etiam „ Cornelius Celſus in Præfatione libri quinti, quippe ubi ipſum inter eos recen- „ ſet autores, qui multa de facultatibus medicamentorum memoriæ prodide- „ runt. Galenus autem in ſupra citato Procœmio libri ſexti, *De ſimplicibus me-* „ *dicamentorum facultatibus*, vehementer eum vituperat, tamquam qui primus „ medicamentorum ſcientiam præſtigiis & mendaciis inquinare & corrumpere „ auſus ſit. Idem capite decimo *Informationis Empirici*, quæ exſtat intra libros „ ipſius extra ordinem claſſium, multo etiam gravius in eumdem invehens, *Si* „ *Hippocratem*, inquit, *Andreamque compares, Hippocratem eruditiſſimum veritatiſque*

tisque ſtudioſiſſimum, Andream imperitiſſimum, temerarium & ab Hippocratis prudentia valde remotum comperies. Quoniam igitur Galenus teſtatur præſtigias ab eo primum invectas eſſe in artem Medicam, veriſimile mihi videtur, ab imperito vulgo hinc illi inditum eſſe nomen τῦ θαυμαστοῦ, ſive *admirandi*; ideoque ad ipſum pertinere ſupra citatæ Bibliothecæ Conſtantinopolitanæ locum, ubi inter libros Michaëlis Cantacuzeni ſcribitur fuiſſe ἰατροσοφιον Ἀνδρέᾳ τῦ θαυμαστοῦ κατὰ ὕλης ἰατρικῆς καὶ ἀλφαβήτου στοιχεῖα: hoc eſt, *Andreæ cognomine admirandi Iatroſophium de materia Medica ordine alphabetico.* Et hactenus de tribus illis egi antiquis Medicis, quorum imagines in vetuſtiſſimi Codicis Mſ. Dioſcoridiani fol. 3. a dextro Galeni latere collocatæ ſunt. Pergo nunc ad tres reliquos: qui ſedent ibidem a ſiniſtro Galeni latere.

Horum primus eſt ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΗΣ, ſive Dioſcorides; nempe is, qui a patria ſua Anazarba, Ciliciæ urbe, quæ poſtea nomen accepit Cæſareæ Auguſtæ, cognominatur ὁ Ἀναζαρβεύς, hoc eſt, *Anazarbeus*, ſeu *Anazarbenſis*, & propter etiamnum extantes præſtantiſſimos quinque de materia Medica libros, ab ipſo Galeno in Proœmio libri ſexti *De ſimplicium medicamentorum facultatibus*, ſummopere laudatos, eſt celeberrimus. De ætate ejus duæ extant diverſæ opiniones. Nonnulli enim eum, tamquam Plinii ſenioris æqualem, ſub Imperatoribus Nerone, Galba, Othone, Vitellio & Veſpaſiano vixiſſe ac claruiſſe exiſtimant, idque hoc potiſſimum argumento probare annituntur, quia ipſe Dioſcorides in Præfatione libri primi, familiariter ſe cum Licinio Baſſo vixiſſe teſtatur his verbis: δῶρημα δὲ οὐ σμικρὸν τὸ σὲ σοὶ καλοκαγαθίας καὶ τὴν πρὸς τὸν Λικίνιον Βάσσον εὔνοιαν σὲ δηλῶσαι, ἣν ἐγνωμεν σπουδάζοντες ὑμῖν, ἀξιοζήλωτον ὂν πρὸς ἀμφοτέρων ὑμῶν πρὸς ἀλλήλους οὕτως ὁρῶντες Hoc eſt, Jano Antonio Saraceno interprete: *Neque verò parvo eſt ad tuam* (ſcilicet Arei) *morum integritatem argumento viri optimi Licinii Baſſi inſigne erga te ſtudium, ſatis nobis perſpectum, cum una vobiſcum ageremus, mutuamque inter vos benevolentiam æmulatione dignam obſervaremus.* Hunc enim Dioſcoridis locum illi corruptum arbitrantur, & pro *Licinii Baſſi*, legendum eſſe *Lecanii Baſſi*; ita ut intelligatur Q. Lecanius Baſſus, qui A. V. C. 817. Chriſti autem 64. quo ſub Imperatore Nerone prima in Chriſtianos orta eſt perſecutio, cum M. Licinio Craſſo fuit Conſul, & teſte Plinio Hiſt. Natur. lib. 26. c. 1. obiit carbunculo. Ipſa Plinii verba ſunt hæc: *L. Paulo, Q. Marcio Cenſoribus, primùm in Italiam carbunculum veniſſe Annalibus conſcriptum eſt, peculiare Narbonenſis Provinciæ malum: quo duo Conſulares obiere, condentibus hæc nobis eodem anno, Julius Rufus & Q. Lecanius Baſſus; ille Medicorum inſcitiâ ſectus, hic verò pollice lævæ manus evulſo acu, ab ſemetipſo, tam parvo vulnere, ut vix cerni poſſet.* Hæc Plinius. Unde ab iis, qui Lecanium hunc Baſſum eumdem eſſe putant atque Licinium Baſſum, cujus Dioſcorides tamquam familiariter ſibi noti meminit, porro concluditur, non potuiſſe Dioſcoridem a Plinio in deſcriptione plantarum & reliquæ materiæ Medicæ inter Medicos Græcos, quorum ſcriptis uſus eſt, citari, cum uterque eodem tempore in componendo opere ſuo occupatus fuerit. Secundum alios autem, quibus ipſe accedo, vixit floruitque Dioſcorides Anazarbenſis ſæculo ante æram Chriſtianam primo (ſic) ſub duobus primis Romanorum Monarchis C. Julio Cæſare & Auguſto, uti patet ex ſynchroniſmo Ἀρείου ſive Arei, cui quinque libros ſuos de materia Medica, quos ipſius hortatu conſcripſerat, totidem ſingularibus Præfationibus dedicavit. Eſt enim hic Areus ille Philoſophus Alexandrinus, de

„ cujus ſumma cum Imperatore Auguſto amicitia & familiaritate inſigne exſtat „ teſtimonium apud Strabonem Geographiæ lib. 14. ubi refert, Xenarchum Phi- „ loſophum Peripateticum, Seleucia Ciliciæ oriundum, per illum in Imperatoris „ Auguſti amicitiam ſe inſinuaſſe; item apud Suetonium in vita Imp. Auguſti, „ ubi ſcribit Imp. Auguſtum non tantum ipſius Arei Philoſophi, verum etiam „ filiorum ejus Dionyſii & Nicanoris contubernium iniiſſe; necnon apud Sene- „ cam cap. 4. Conſolationis ad Marciam, ubi idem Areus introducitur in prin- „ cipio orationis ſuæ conſolatoriæ ad Liviam Auguſtam glorians, *Aſſiduum ſe* „ *fuiſſe viri ejus comitem nec tantum, quæ in publicum emittuntur, ſed omnes quoque* „ *ſecretiores animorum tam Liviæ, quam Auguſti motus ſibi notos eſſe.*

Deinde teſtimonia item adfert Lambecius Plutarchi, Dionis Caſſii, & Galeni, qui teſtificatur Dioſcoridem Anazarbenſem, (alii male Tarſenſem legunt) Areo ægrotanti medicamentum dediſſe; itemque Suidæ, qui refert Dioſcoridem Anazarbenſem cognomento Φακᾶς, *Phacâs*, vixiſſe apud Cleopatram ſub Antonio; ubi cognomen illud Phacas male Dioſcoridi Anazarbenſi tribuitur, fuit enim alterius Dioſcoridis Anazarbenſi antiquioris, teſte Galeno. Hæc porro omnia fuſiſſime Lambecius. Pergit autem:

„ Sub Dioſcoride Anazarbenſi ſedet NIKANΔPOC, ſive Nicander Co- „ lophonius, clariſſimus non ſolum Medicus, veterum etiam Hiſtoricus, Poëta, „ & Grammaticus, qui ſæculo ante æram Chriſtianam ſecundo ſub Attalo, „ tertio ejus nominis ultimoque Pergami Rege, floruit, & præter alia varia, „ quæ Suidas recenſet, compoſuit verſibus hexametris duo etiamnum extantia „ poëmata de beſtiis venenatis & de remediis contra venena, quorum primum „ *Theriaca*, alterum *Alexipharmaca*, eodemque alluſit ipſe pictor, ita videlicet „ illum repræſentando, ut ſiniſtra quidem manu teneat volumen, dextera „ autem extenta irritet ſerpentem. Utriuſque Poëmatis antiqua Græca & ha- „ ctenus inedita proſaïca Paraphraſis, ab Eutecnio Sophiſta compoſita, extat in „ illo ipſo, de quo nunc agitur, vetuſtiſſimo Codice Mſ. Dioſcoridiano, quem- „ admodum ſuo deinceps loco, ubi in deſcriptione ejus eo perventum erit, pro- „ lixius accuratiuſque a me indicabitur. Si quis interim de Nicandro ejuſque „ ſcriptis plura ſcire deſideret, is præter ſupra citatum Suidam, conſulat præci- „ pue antiquos illos autores cum Græcos tum Latinos, qui citantur a Petro „ Caſtellano de Vitis illuſtrium Medicorum p. 76. & 77. a Gerardo Joan. Voſſio „ de Hiſtoricis Græcis lib. 4. cap. 14. & a Joan. Jonſio de Scriptoribus Hiſtoriæ „ Philoſophicæ lib. 2. cap. 13.

„ Sub Nicandro denique ſedet POYΦOC, ſive Rufus Epheſius, qui ſæculo „ poſt æram Chriſtianam ſecundo ſub Imperatoribus Trajano & Hadriano flo- „ ruit, & præter libros tres, *de Apellationibus partium corporis humani*, aliaque „ nonnulla etiam nunc extantia, quæ a Joanne Antonida Lindano libro primo „ de ſcriptis Medicis recenſentur, alia quoque multa compoſuit, quæ a Suida „ enumerantur, & longinquitate temporis interciderunt, tum præcipue verſi- „ bus hexametris libros quatuor de herbis, quorum meminit Galenus in ſupra „ citato fragmento Præfationis libri ſexti *De ſimplicium medicamentorum facul-* „ *tatibus*. Neque vero dubium eſt, quin hujus potiſſimum operis Botanici re- „ ſpectu, cæteris ſupra memoratorum tredecim illuſtrium Medicorum veterum „ imaginibus, etiam Rufi imago adjuncta ſit.

„ Quarto vetuſtiſſimi Codicis Dioſcoridiani folio continetur pictura qua- „ drata, in cæruleo fundo repræſentans Dioſcoridem, ſedentem in ſella, & e


ΜΕΓΑΛΟ ΨΥΧΙΑ
ΦΡΟΝΗ CIC
ΤΡΟΘΟΣΙΝΗ
ΣΟΦΙΑCΚΤΙCΤΟΥ
ΕΥΧΑΡΙCΤΙΑ

regione ipſius feminam ſtantem, quæ manu dextra Mandragoram nigram illi porrigit. Supra Dioſcoridis caput ſcriptum eſt ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΗC, ſurpra feminam autem ЄΥΡЄCIC, ſive, inventio. Inter Dioſcoridem & Inventionem jacet canis mortuus, (imo potius poſteriori parte terræ innixus, pedes anteriores ſurſum erigit, & quaſi exſpirare videtur,) & recentiori manu ſupra memorati Joannis τῦ Χοιροσφάκτου ſubſcriptum eſt, κύων σπασσῶν τ μάνδραγορον, ἔπειτ' ἀποθνήσκων. Hoc eſt, *Canis evellens Mandragoram, & deinde moriens.* Hinc itaque apparet, jam ante integra undecim ſæcula idem fuiſſe attributum Mandragoræ, quod de radice Baara refert Flavius Joſephus lib. 7. de bello Judaïco cap. 23. nempe eam ſine periculo mortis non poſſe evelli, ideoque canem illi alligari, eumque radice evulſa continuò mori vice hominis, cujus ſtudio evellitur.

Deinde refert Lambecius locum illum Joſephi cum interpretatione: & poſtea Matthioli refutationem, qua id ceu fabulam rejicit. At idem Lambecius Matthioli ſententiam refellit.

Quintum vetuſtiſſimi Codicis Dioſcoridiani folium continet picturam quadratam, qua repræſentatur femina quædam ſtans, manuque dextera Mandragoram nigram tenens, ſupra cujus caput æque ac in præcedenti pictura ſcriptum legitur ЄΥΡЄCIC, *Inventio.* A ſiniſtro ejus latere ſedet Dioſcorides, tamquam Mandragoræ naturam & vim in libro quodam deſcribens, a dextro autem pictor, eamdem depingens; uti ex apographo, bonâ fide, quantum per colorum evaneſcentium & nonnullis locis fere exſtinctorum obſcuritatem fieri potuit, delineato ærique inciſo, videre eſt. Notandus autem ibi in primis eſt mos veterum ſcribendi ſuper genua, cujus etiam Hippocrates meminit in epiſtola ad Demagetum.

Deinde pluribus refert morem ſcribendi ſuper genua, tum ex Hippocratis loco, qui teſtatur ſe vidiſſe Democritum ſcribentem in libro genibus innixo, tum aliis ex locis minus conſpicuis; maxime vero ex duabus veterum Codicum picturis, in quarum alia Prochorus, Joanne Apoſtolo & Evangeliſta dictante, charta genibus innixa ſcribit; quales picturas non ſemel in Libris Evangeliorum veteribus notavi; in altera Lucas item chartam genibus innixam ſcribendo tenet. Pergit Lambecius.

Sexto Codicis Dioſcoridiani folio continetur pictura, repræſentans catenam auream vel funiculum aureum, inſtar circuli & octogoni ex duobus in eo quadratis, quæ ſe invicem interſecant, formati hoc modo, uti ex apographo, bona fide, quantum per colorum evaneſcentium & nonnullis in locis omnino fere exſtinctorum obſcuritatem fieri potuit, delineato ærique inciſo, quod hîc e regione inſerui, videre eſt. Fundus picturæ cæruleus eſt, exceptis duorum quadratorum octo extremitatibus triangularibus quæ ſunt purpureæ. In medio octogono, ſedet in throno aureo, duabus aquilis ſuffulto, femina diademate regio, veſtituque partim aureo, partim cæruleo, & calceis rubris inſtar Imperatricis Conſtantinopolitanæ exornata; a cujus ſiniſtro latere cernitur ΦΡΟΝΗCIC ſive *prudentia* tenens volumen; a dextris autem ΜΕΓΑΛΟΨΥΧΙΑ ſive *magnanimitas*, oſtentans ſinum nummis aureis repletum. Ante eamdem ſtat Cupido alatus, Principi in Throno ſedenti librum apertum offerens. Supra caput Cupidinis hæc ſcripta leguntur verba: πόθος τ σοφίας κτίσου. Hoc eſt, *Amor ſapientiæ creatoris.* Sub Cupidine jacet femina, albo amictu inſtar ſanctimonialis, ſive Deo conſecratæ Virginis

„ veſtita, & tam profunda genuflexione caput ad terram inclinans, ut ejus „ frons pedi dextro Principis in throno ſedentis reſpondeat. Juxta illam cernitur „ antiqua inſcriptio Græca literis albis, ſed longinquitate temporis adeo obſcu- „ rata, ut vix prima vox εὐχαριστία, ſive *Gratiarum actio* amplius ſit legibilis. „ Similiter altera quoque magna inſcriptio Græca in interiori circuitu octogoni „ prorſus fere evanuit: quod profecto ſummopere dolendum eſt. Ante pedes „ Principis in throno ſedentis duo ſtant modii, quibus ſine dubio annonaria, „ ſive frumentaria liberalitas erga pauperes innuitur. In octo autem triangula- „ ribus duplicis quadrati extremitatibus purpureis, hæ octo leguntur prægran- „ des literæ aureæ IOYΛIANA, hoc eſt, Juliana. Spatia demum octo „ cærulea, quibus octo purpurea triangula & totidem aureæ literæ a ſe invicem „ ſeparantur, exornata olim fuerunt elegantiſſimis imaginibus, ex quibus nunc „ injuria vetuſtatis nonniſi pauci aliquot nudi pueruli inſtar Angelorum vel „ cupidinum amplius apparent, qui ædificando & pingendo occupati ſunt, ſed „ adeo obſcure, ut quid pleriſque locis agant, perfecte cognoſci nequeat. Quod „ porro ad explicationem hujus picturæ attinet, perſuaſiſſimum habeo, per „ Principem illam, quæ inter Magnanimitatem & Prudentiam in throno ſedet „ Imperiali, & aureis in circuitu literis *Juliana* appellatur, ſignificari *Julianam* „ *Aniciam*, quæ Conſtantinopoli floruit temporibus Imperatorum Anaſtaſii „ Dicori, & Juſtini primi ſive ſenioris, atque in principio Imperii Juſtiniani „ Magni mortua eſt. Matrem illa habuit Placidiam, Imperatoris Valenti- „ niani III. filiam, & Imperatoris Theodoſii Junioris ex filia Eudocia neptem: „ patrem vero Flavium Anicium Olibrium, qui poſt Imperatorem Anthe- „ mium anno Chriſti 472. imperare cœpit in Occidente, &, vel ſecundum „ Onuphrium Panvinium, eodem adhuc anno, cum uſque in quartum men- „ ſem imperio præfuiſſet, fato conceſſit, vel ſecundum Card. Baronium ſe- „ quenti anno 473. cum uſque in ſeptimum menſem Imperium adminiſtraſ- „ ſet, occiſus eſt. Meminit hujus Julianæ Aniciæ Theophanes Chronographus „ ad annum Chriſti 505. ubi eam refert Conſtantinopoli Eccleſiam quamdam „ beatiſſimæ Dei Genitricis exſtruxiſſe, & ab Imperatore Anaſtaſio Dicoro, ut „ a religione Catholica ad Eutychianiſmum tranſiret magnopere, ſed fruſtra, „ ſolicitatam eſſe.

Deinde refert Theophanis locum & verſionem latinam ejuſdem, quæ apud Anaſtaſium Bibliothecarium & Paulum Diaconum habetur, ubi eadem ipſa, quæ ſupra, dicuntur: & poſtea ſic pergit.

„ Ut igitur minime dubito, quin exſtructio Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis „ Deiparæ, cujus ibi fit mentio, ſignificetur in ſupra memorato Codicis Dioſ- „ coridiani folio ſexto per Cupidines & Angelos iſtos, qui circum imaginem „ Julianæ Auguſtæ ædificando & pingendo occupati ſunt, ita quoque perſua- „ ſiſſimum habeo, per librum rhomboïde exornatum, quem Juliana ſiniſtra „ tenet manu, ſignificari Acta & Canones Concilii generalis quarti anno æræ „ Chriſtianæ 451. Chalcedone in Eccleſia S. Euphemiæ a 630. Epiſcopis adver- „ ſus Eutychetis hæreſin celebrati, quod illa contra Imperatorem Anaſtaſium „ Dicorum & Timotheum Patriarcham Conſtantinopolitanum ſumma ſtre- „ nuitate & conſtantia defendit ac propugnavit. Cæterum quod Juliana, de „ qua hic agitur, ex celeberrima & longe lateque diffuſa gente Anicia oriunda „ fuerit, ipſa nos docet in principio epiſtolæ, temporibus Imperatoris Juſtini I. „ ſive ſenioris, & quidem anno Chriſti 519. ad Pontificem Romanum Hormiſ-

dam ſcriptæ, qua ipſum rogat ne legatos, Conſtantinopolim miſſos, præmature revocet. Exſtat ea apud Em. Card. Baronium Annalium Eccleſ. tom. 7. & digniſſima eſt, quæ hic inferatur.

Domino Beatiſſimo Patri Hormiſdæ,
Juliana Anicia.

Precibus veſtræ Beatitudinis, adventu Legatorum principalis Sedis Apoſtolicæ, eliſis erroribus hæreticorum, in unitatem fidei Catholicæ convenimus congregati ſimul ad ubera materna Eccleſiæ in die ſanctæ Reſurrectionis. Quapropter ſtylo veneratione alloquentes ſanctitatem veſtram, admonemus ut intimetis deſtinatis a vobis reverendiſſimis viris, nullo modo abſcedere antequam, ſicut prævideritis, ut oportet, firmentur ea, quæ bene diſpoſita ſunt ab eis: ut amputatis omnibus reliquiis tranſacti erroris, impendiis veſtræ beatitudinis roborata unitas ad effectum perpetuum deducatur.

Ex hac igitur Epiſtola non tantum manifeſtiſſime apparet, quantam Juliana conſervandæ Catholicæ Religionis curam geſſerit, verum etiam quod pertinuerit ad gentem Aniciam. Quanta porro hujus Principis opulentia ac liberalitas fuerit, id elucet partim ex ædificatione Templi B. Dei Genitricis, cujus paulo ante facta eſt mentio; partim vero etiam ex Eccleſia S. Polyeucti Martyris, cujus cameram ſive fornicem intrinſecus ſolidis puriſſimi auri laminis obduxit; ut prolixe refert S. Gregorius Ep. Turonenſis libri de Gloria Martyrum, cap. 133.

Hic prolixe refert Lambecius locum Gregorii Turon. ubi de magnificentia Julianæ in ornanda S. Polyeucti Eccleſia, deque pio artificio quo ipſa Juſtiniani φιλοτεχνημάτων eluſit, fuſe agitur. Poſtea ſic proſequitur Lambecius.

Hæc S. Greg. Epiſc. Turonenſis de Juliana Anicia Imperatoris Fl. Anicii Olibrii filia, quæ ſancti Polyeucti Templum aureis tabulis exornavit. Cavendum autem eſt, ne ea confundatur cum Juliana Imperatoris Valentiniani Magni filia, quæ idem Templum in honorem S. Polyeucti Martyris prima omnium condidit. Cujus quidem Julianæ ſolus, quod ſciam, Georgius Codinus facit mentionem in libro de Ædificiis urbis Conſtantinopolitanæ anno 1655. Lutetiæ Pariſiorum Typis Regiis in folio primum a me in lucem integre edito, ubi refert, eam fuiſſe ſororem Gallæ uxoris Imperatoris Theodoſii Magni, & accerſitis Roma architectis magnificum Templum in memoriam S. Polyeucti Martyris intra quatuor annos cum dimidio exſtruxiſſe. Ipſa ejus verba hæc ſunt: Ὁ ἅγιος Πολύευκτος Ἰουλιανὴ, ἡ θυγατὴρ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ κτίστορος τοῦ ἀγωγοῦ ἔκτισεν ὅτι χρόνους τέσσαρας καὶ ἥμισυ, σὺν τεχνίταις ἀπὸ Ρώμης ἐλθόντων. γυναικάδελφὴ δὲ ἦν ἡ τοιαύτη τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. [Id eſt, *S. Polyeuctum, Juliana filia Valentiniani, qui aquæductum conſtruxit, annis quatuor & dimidio excitavit, accedentibus Româ artificibus, hæc autem ſoror erat uxoris Magni Theodoſii.*] Hæc Codinus, cui profecto maximas debemus gratias, quod hujus Julianæ, quæ Imperatoris Valentiniani Magni fuit filia, memoriam nobis conſervaverit. Socrates enim Hiſt. Eccl. lib. 4. c. 26. & Paulus Diaconus Hiſt. Miſcell. lib. 12. cap. 10. cæterique omnes recentiores Scriptores, qui Imperatorum Romanorum Genealogias ex profeſſo deſcripſerunt, nullam, ubi de Imper. Valentiniano Magno agunt, Julianæ faciunt mentionem; ſed tantum duorum filiorum, Gratiani ac Valentiniani Junioris, ac trium filiarum; Gallæ videlicet, quæ nupſit Imperatori Theodoſio Magno, & Juſtæ atque Gratæ,

» quæ fuerunt ſanctimoniales, ſive Deo conſecratæ Virgines. Confundenda » itaque non eſt Juliana hæc Imp. Valentiniani Magni filia, quæ Templum S. » Polyeucti prima condidit, cum Juliana Anicia, quæ, ut ſupra narratum eſt, » ſub Imperatoribus Anaſtaſio Dicoro & Juſtino I. potiſſimum floruit, atque » in principio Imperii Juſtiniani Magni fornicem Templi S. Polyeucti laminis » aureis intrinſecus exornavit.

Multis autem ſubjunctis quibus comprobat Julianam hanc fuiſſe Fl. Anicii Olibrii & Placidiæ Auguſtæ filiam & uxorem Ariobindi, qui magnus ob res præclare geſtas alicubi vocatur, cuique in ſeditione contra Imperatorem Anaſtaſium Dicorum, Imperium fuit oblatum; matrem vero Fl. Anicii Olibrii Junioris, qui Conſul fuit ſine collega anno æræ Chriſtianæ 491. aliud teſtimonium petit ex Joannis Curopalatæ Scilitzæ loco, in editis priùs omiſſo. Deinde adfert Diagrammata quatuor Genealogiæ Imperatoris Valentiniani Magni; primum ſecundum editionem Chronographiæ S. Nicephori Patriarchæ Conſt. Scaligerianam; ſecundum ex editione ejuſdem S. Nicephori Chronographiæ Pariſina; tertium, ſecundùm antiquæ Verſionis Latinæ Anaſtaſii Bibliothecarii editionem Pariſinam; quartum ex antiquo Codice Mſ. Bibliothecæ Cæſareæ depromtum. Harum autem Genealogiarum, præſertim vero trium priorum errores & omiſſiones erudite caſtigat. Poſt multas vero ea de re diſceptationes, Diagramma Genealogicum ipſe adfert qualem nos edimus e regione, atque ita pergit.

» Julianæ igitur Aniciæ, quæ, ut ex Genealogico hoc Diagrammate appa» ret, filia fuit Imperatoris Fl. Anicii Olibrii, neptis vero Imperatoris Valen» tiniani III. ex filia Placidia, & proneptis Imperatoris Theodoſii Junioris; » hujus, inquam, Julianæ Aniciæ magnanimitatem, prudentiam, philoma» thiam, defenſionem Concilii Chalcedonenſis contra Eutychianos, liberalita» tem frumentariam erga pauperes, & extructionem Templi Beatiſſimæ Dei » Genitricis, jam memorata pictura repræſentari arbitror; nec dubito, quin » illius juſſu ac liberalitate antiquiſſimus ille Dioſcoridianus Codex deſcriptus, » viviſque plantarum figuris exornatus ſit; & quidem in uſum alicujus Mona» ſterii, vel Xenodochii, vel Noſocomii, eamque rem per virginem ſancti» monialem, gratias agendi cauſa ad pedes ejus proſtratam, ſignificari. Quam» quam enim Buſbekius ſcribit, Codicem hunc non pluris, quam centum Du» catis emtum eſſe, res ipſa tamen manifeſtiſſime demonſtrat, ſi partim qui» dem ſcripturæ ipſi, partim autem ornatui ejus & unicuique imagini plan» tarum & animalium, quæ inibi depicta ſunt, exiguum dumtaxat pretium » mercedis loco aſſignetur, ne quingentorum quidem Ducatorum, ſive mille » Imperialium impensâ, talem Codicem nunc deſcribi & ſimiliter adornari » poſſe. Quod ſi vetuſtatis inſuper debita habeatur ratio, quis negaverit Co» dicem iſtum longe majoris eſſe pretii? quippe qui jam mille centum ſexa» ginta-tres annos ſuperat, ſi ab anno Chriſti quingenteſimo-quinto, in cujus » actis Theophanes Chronographus Templi Beatiſſimæ Dei Genitricis, a Ju» liana Anicia Conſtantinopoli exſtructi, meminit, continua ſeries temporum » uſque ad præſentem annum 1668. deducatur. Admirari autem hîc ſatis non » poſſum ſtupendam Dei providentiam, cujus ſingulari beneficio evenit, ut » rariſſimum hoc & vere Cæſareum antiquiſſimæ potentiſſimæque gentis Ani» ciæ monumentum, tamquam hæreditario jure in Auguſtiſſimæ Domus Hab» ſburgo-Auſtriacæ poteſtatem redierit, & glorioſiſſimus Imperator Leopoldus

IMPERATORIS GRÆCI EPISTOLÆ INSIGNE FRAGMENTUM.

Post pag. 266.



Post pag. 266.





Diagramma Genealogicum Posterorum Imp. *Valentiniani I.* sive *Magni*, inter quos etiam JULIANÆ ANICIÆ, *filiæ Imp. Flavii Anicii Olybrii* sit mentio.

Imp. VALENTINIANUS I. sive *Magnus*, qui cœpit imperare A. Æ. C. 364.

- Imp. *Gratianus*, à patre *Valentiniano* in Imperio Occidentis Collega assumtus A. Æ. C. 367.
- Imp. *Valentinianus II.* sive *Iunior*, qui post mortem fratris cum fratre *Gratiano* imperare cœpit A. Æ. C. 375.
- *Iusta & Grata*, Virgines Deo consecratæ, quarum *Socrates* Hist. Eccles. lib. 4. cap. 26. meminit.
- *IULIANA*, quam *Georgius Codinus* in lib. de Ædificiis urbis Constantinop. refert *primam* condidisse templum *S. Polyeucti Mart.* Constantinop.
- *Galla* secunda Imp. *Theodosii Magni* uxor.
- Imp. *Theodosius Magnus*, qui cœpit imperare A. Æ. C. 379.
- *Placidia* sive *Placilla*, prima Imp. *Theodosii Mag.* uxor, quæ perperam in antiquo numismate *Flaccilla* appellatur.

- *Fl. Constantinus*, ab Imp. *Honorio* in Occidente *Cæsar* appellatus & Collega assumtus A. Æ. C. 416. secundum *Onuphrium Panvinium*.
- *Placidia Galla*, quæ sic appellata fuit partim in memoriam primæ uxoris Imp. *Theodosii M. Placidiæ*, partim verò in honorem matris suæ *Gallæ*, ut testatur *Paulus Diaconus* Hist. Miscell. lib. 12. c. 10.
- Imp. *Arcadius*, qui cœpit imperare in Oriente A. Æ. C. 395.
- Imp. *Honorius*, qui cœpit imperare in Occidente A. Æ. C. 395.

- Imp. *Theodosius II.* sive *Iunior*, qui successit patri in Oriente A. Æ. C. 408.
- *Placilla*.

- Imp. *Valentinianus III.* qui ab Imp. *Theodosio II.* Collega assumtus, titulo Imperatoris in Occidente uti cœpit A. Æ. C. 425.
- *Eudocia*.
- *Placidia*, sive *Placilla*, quæ perperam in *Marcellini Comitis* Chronico vocatur *Flaccilla*, & A. Æ. C. 431. Antiocho & Anicio Basso COSS. obiit.

- Imp. *Fl. Anicius Olybrius* qui imperare cœpit in Occidente A. Æ. C. 472.
- *Placidia*, quam cum matre & sorore captivam abduxit *Gensericus* Rex Wandalorum, captâ urbe *Româ* A. Æ. C. 455.
- *Eudocia*, quæ in *Chronico Alexandrino* Olymp. 308. bis perperam appellatur *Honoria* pag. 740. Vid. etiam Theophan. pag. 102. edit. Paris.
- *Honoricus Genserici* Wandalorum Regis filius, qui ab *Ubbone Emmio* in Opere Genealogico perperam vocatur *Thrasymundus*. V. Theophan. pag. 102. & Zonar. in Vita Imp. Marciani p. 40. & in Justiniano Magno p. 53.

N

- Imp. *Anastasius Dicorus*, qui cœpit imperare A. Æ. C. 491. & fulmine ictus periit A. 518. quo eodem anno ipsi successit Imp. *Iustinus I.*
- *Magna*, Imp. *Anastasii Dicori* Soror.
- *Areobindus* ὁ μέγας sive *Magnus*, qui in seditione quadam Populi Constantinopolitani contra Imp. *Anastasium Dicorum* Imperator renunciatus, aufugit Peram. Vid. Chronic. Alexandrin. Olymp. 311. 318. & 321. Vid. & Theophan. pag. 125. edit. Paris.
- *IULIANA ANICIA*, quæ sub Imp. *Anastasio Dicoro* Chalcedonense Concilium contra Eutychianos constantissimè defendit; sub Imp. *Iustino I.* ad Papam *Hormisdam* scripsit A. Æ. C. 519. Templum aliquod Constantinopoli extruxit in honorem *Beatissimæ Dei-Genitricis*; formicem Templi *S. Polyeucti Martyris*, in principio Imperii *Iustiniani I.* solidis puri auri laminis intrinsecùs obduxit, & vetustissimum *Dioscoridis* Codicem membranaceum, qui in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi* nunc adservatur, liberalitate suâ curavit describi, & vivis plantarum figuris exornari.

Irene — *Olybrius Iunior*

Magnæ Imp. *Anastasii Dicori* sororis filia.

Eroba — *Probus*

Iuliana — *Anastasius*

Georgius — *Proba* — *Areobindus Iunior*, — *Placidia* — *Ioannes ὁ Μυρέψης*


ΤΑΔΕΕΝΕ
CTINΠΕΔΑΝΙΟΥ
ΔΙΟCKOΥΡΙΔΟΥΑΝΑ
ΖΑΡΒΕΩCΠΕΡΙΒΟΤΑ
ΝΩΝΚΑΙΡΙΖΩΝΚϛΧΥΛΙ
CΜΑΤΩΝΚϛCΠΕΡΜΑΤΩ
CΥΝΦΥΛΛΩΝΤΕΚϛΦΑΡ
ΜΑΚΩΝ·ΑΡΖΩΜΕ
ΘΑΤΟΙΝΥΝΑΚΟΛΟΥ
ΘΩCΑΠΟΤΟΥ
ΑΛΦΑ

coram intueri manuque prehendere poſſit, quanta majorum ſuorum, videlicet Aniciorum, potentia fuerit & dignitas, cum illi ante integra undecim ſæcula tam in Oriente, quam in Occidente, ſacro Imperio Romano præfuerunt.

Quidam Auguſtiſſimæ Familiæ Auſtriacæ genus a vetuſta gente Anicia ducunt. Qua de re fuſe agit idem Lambecius libro ſecundo Biblioth. Cæſareæ p. 478. & ſeqq. Alii id negant, & aliam ejuſdem Auguſtiſſimæ familiæ originem ducere conantur.

Septimo vetuſtiſſimi Codicis Dioſcoridiani folio exſtat in fundo cæruleo intra coronam lauream inauratam majuſculis literis aureis exaratus hic titulus: πάδε ἔνεσιν Πεδανίου Διοσκουρίδου Ἀναζαρβέως περὶ βοτανῶν καὶ ῥιζῶν καὶ χυλισμάτων σπερμάτων τε καὶ φαρμάκων. ἀρξώμεθα τοίνυν ἀκολούθως ἀπὸ τοῦ Ἄλφα. Hoc eſt: *Hæc inſunt Pedanii Dioſcoridis Anazarbenſis de herbis & radicibus, & ſuccis & ſeminibus, cum foliis ſimul ac medicamentis. Incipiamus ergo conſequenter a litera Alpha.* Huc uſque ipſa Tituli iſtius verba. Ubi primo obſervatu dignum eſt, Dioſcoridem recte & vere ibi appellari Πεδάνιον, ſive *Pedanium*, non autem, ut in aliis nonnullis corruptis Codicibus Mſſ. & in Jani Antonii Saraceni aliiſque impreſſis editionibus perperam & falſo legitur, Πεδάκιον, ſive *Pedacium*. Initio enim Dioſcorides more Græcorum unicum tantum habuit nomen, & ſimpliciter fuit appellatus Διοσκουρίδης, ſive Dioſcorides; poſtquam autem is venit Romam & civitatis Romanæ jus adeptus eſt, ex eo tempore triplex more Romanorum cœpit habere nomen, nempe prænomen, quod vetuſtate prorſus jam eſt obliterarum, nomen gentilitium Pedanius, quod in vetuſtiſſimo Codice Mſ. Cæſareo, de quo in præſens agitur, ſalvum & incolume ſupereſt, & cognomen, quod antea unicum & ſimplex illi fuerat nomen, nempe *Dioſcorides*. Ab antiqua igitur Romana gente Pedania, cujus apud antiquos autores, & in vetuſtis numiſmatibus atque inſcriptionibus frequens etiam nunc cernitur mentio, meruit Dioſcorides nomine gentilitio appellari *Pedanius*, non autem ut vulgo perperam & abſque ulla ratione creditur, *Pedacius*. Idem itaque Dioſcoridi reſpectu incrementi nominis contigit, quod multis aliis claris Scriptoribus Græcis, qui in Romanorum procerum ſe inſinuarunt amicitiam, & per illos civitatis Romanæ jus adepti ſunt. Sic enim Archias; ſic MUSA, Imp. Auguſti Archiater, appellatus eſt Antonius Muſa; ſic Diodotus, qui inter rei herbariæ Scriptores a Dioſcoride & Plinio memoratur, nominatus eſt Petronius Diodotus; ſic Galenus, patriâ Pergamenus, appellatus eſt Claudius Galenus; nec dubium eſt, quin & Antonius Muſa, & Petronius Diodotus & Claudius Galenus æque ac Aulus Licinius Archias, præter antiqua ſua ſimplicia nomina, quæ poſtea in cognomine mutata ſunt, & præter nova nomina gentilitia, quæ a Romanis gentibus Antoniâ, Petroniâ & Claudiâ acceperunt, etiam peculiaria ſua habuerint prænomina: ſed quænam illa fuerint, non minus vetuſtate obliterarum eſt, quam quod fuerit prænomen Pedanii Dioſcoridis. Notandum ſecundo eſt, quod in eodem ſupra exhibito vetuſtiſſimi hujus Codicis Mſ. Dioſcoridiani titulo expreſſe indicatur, in recenſendis plantis ordinem ibi ſervatum iri alphabeticum. Hinc enim certò liquet, alphabeticam hanc plantarum deſcriptionem diverſam eſſe a Dioſcoridis libris quinque de materia Medica. Illi enim non tantum non ſunt compoſiti ordine alphabetico, verum etiam ipſe Dioſcorides in Præfatione libri primi eam de

» materia Medica ſcribendi methodum ſummopere improbat his verbis : ἡμάρ-
» τηνται δὲ καὶ τῇ τάξει· οἱ μὲν ἀσυμφύλοις δυνάμεις συγκρίσαντες· οἱ δὲ τοῖς στοιχείοις αἰτια-
» σάμενοι, διέζευξαν τὰς ὁμογενείας, καὶ τὰ γένη καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν, ὡς μιᾷ γε ταύτῃ
» αἰτίᾳ δυσμνημόνευτα γίνεσθαι. Hoc eſt, *Porro etiam in ordine peccarunt, dum alii nulla*
» *cognatione junctas facultates copularunt, alii ordinem elementorum ſecuti, tum*
» *genera, tum eorum vires a ſua cognatione disjunxerunt, ut vel hanc unam ob cau-*
» *ſam difficilius memoriæ mandari poſſint.* Hæc ipſa Dioſcorides. Si ergo is, ut
» hinc videre eſt, in deſcribenda materia Medica ordinem alphabeticum adeo
» improbavit, neceſſario ſequitur, alphabeticam illam plantarum deſcriptio-
» nem, quæ vetuſtiſſimo illo Codice Mſ. Cæſareo continetur, non ab ipſo
» Dioſcoride compoſitam, ſed tantum ex quinque ejus de materia Medica
» libris collectam eſſe. Placuit autem ſupra memoratæ Julianæ Aniciæ, cujus
» juſſu collectio illa facta eſt, ordo alphabeticus, haud dubie eam præcipue ob
» cauſam, quia unaquæque planta ſecundum primam ſui nominis literam faci-
» lius celeriuſque poteſt reperiri, quam ſi ordine cognationis ſecundum genera
» & vires quærenda ſit. Maluit igitur illa hac in re Galenum ſequi, quam
» Dioſcoridem. Quamvis enim Galenus in ſupra citata præfatione libri ſexti
» *De ſimplicium medicamentorum facultatibus*, indubitanter affirmet, neminem de
» plantis & reliqua materia Medica accuratius perfectiuſque ſcripſiſſe, quam
» Dioſcoridem, methodum tamen ſcribendi, qua is uſus eſt, haud æque pro-
» bat, ſed in recenſendis plantis ordinem potius ſervat alphabeticum, idemque
» feciſſe teſtatur Pamphilum illum Grammaticum Alexandrinum, de cujus
» hiſtoria herbarum ſupra ſat's prolixe actum eſt.

» Octavo ejuſdem vetuſtiſſimi Codicis Mſ. Dioſcoridiani folio, ut & proxi-
» me ſequenti nono, continetur Index alphabeticus plantarum, quarum pri-
» ma eſt ἀείζωον ὃ μέγα ſive *ſempervivum magnum*, ultima autem ὤκιμον ſive
» *Ocimum*. Poſt indicem hunc repetitur ſupra memoratus Titulus, πεδὲ ἔνεστι
» Πεδανίου Διοσκουρίδου &c. ſed literis tantæ magnitudinis, ut licet paucæ ſint,
» duas tamen integras paginas occupent. Repetito huic titulo ſubjungituripſa
» Deſcriptio plantarum, ita ut tamquam in Indice, ἀείζωον ὃ μέγα primo,
» ὤκιμον autem ultimo loco recenſeatur. Uniuſcujuſque plantæ deſcriptioni ſua
» e regione reſpondet figura artificioſiſſime ad vivum depicta. Contextui Dioſ-
» coridis ubivis fere præfixæ ſunt variæ appellationes ſingularum plantarum;
» nempe quomodo una atque eadem planta non ſolum a Græcis & Romanis,
» verum etiam a Perſis, Ægyptiis, Hetruſcis, Hiſpanis, Gallis, Dacis, aliiſ-
» que populis vocata ſit. Minime autem dubium eſt, quin appellationes illæ
» deſcriptæ ſint ex hiſtoria herbarum Pamplili Alexandrini, qui a Galeno in
» ſupra citato fragmento Præfationis libri ſexti *De ſimplicium medicamentorum*
» *facultatibus*, cum alias varias ob cauſas reprehenditur, tum vel in primis ὡς
» πλῆθος ὀνομάτων ἐφ' ἑκάστῃ βοτάνῃ μάτην παρατιθεὶς, *tamquam nominum cujuſque*
» *herbæ inutilem farraginem exhibens.* Ut igitur multiplices illæ plantarum ap-
» pellationes, licet Dioſcoridis non ſint, contextui tamen ejus præfixæ ſunt,
» ſic & eidem multis locis ſunt ſubjuncta æque antiquo majuſculo charactere
» fragmenta Cratevæ & Galeni; ex quibus quid de iiſdem plantis alter ante
» Dioſcoridem, alter vero poſt eumdem tradiderit, cognoſcitur. Notandum
» denique eſt accentus paucis aliquot locis occurrentes, ut & omnia, quæ mi-
» nuſculis literis Græcis, vel aureis literis Arabicis in eo Codice ſcripta ſunt,
» diverſarum longe recentiorum manuum additamenta eſſe. Poſt ὤκιμον ſequi-

tur separata quædam quinque foliorum Appendix, qua agitur *de Chamæmelo, Rhamno, Artemisia, Pentadactylo, Verbenaca, Dictamno, Salvia, Cupresso, Centaurio, Buphthalmo, Pæonia, Polio, Moly, Marina Quercu, Chrysanthemo & Erysimo.* Quemadmodum autem certo constat, autorem ejus non esse Dioscoridem, ita æque indubitatum mihi videtur, illam ex supra memorata Pamphili Alexandrini historia herbarum desumtam esse.

Quod reliquum est, præter jam memoratam alphabeticam historiam plantarum, præcipue quidem & maxima parte ex Dioscoridis libris quinque de materia Medica, secundario autem ex Crateva, Pamphilo & Galeno collectam, continetur etiam eodem vetustissimo Codice Ms. antiqua Græca & hactenus inedita *EUTECHNII SOPHISTÆ prosaica* Paraphrasis in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, ut & in Oppiani Halieutica, sive Poëma de piscatione, quod, in quinque libros divisum, etiam nunc integrum exstat, & in ejusdem Ixeutica sive Poëma de Aucupio, quod vel injuria temporis omnino periit, vel quasi deperditum alicubi forsan adhuc latitat. Scripta autem est quadruplex hæc Paraphrasis, æque ac præcedens alphabetica plantarum historia, literis majusculis & sine accentibus. Insertæ etiam sunt animalium cæterarumque rerum, de quibus agitur, elegantissimæ icones, quæ vivacitate colorum lucem & ornatum descriptioni afferunt.

Subjungit deinde Lambecius argumentum hujus Paraphrasis, & quædam excerpta indidem. Putatque excidisse in fine Codicis, ejusdem Eutechnii Sophistæ hactenus ineditam Græcam Paraphrasin prosaïcam in Oppiani κυνηγητικὰ sive Poëma de Venatione, quam ipse in alio Cæsareo Codice reperisse se testificatur: & alia quædam adjicit, quæ nihil interest adferre. In fine autem libri sexti p. 294. additamentum habetur numero quartum, ubi serpentum & venenatorum omnium figura, in Codice cum colore cujusque serpentis vel insecti venenati repræsentata, æri incisa exhibetur. Eò autem Lectorem mittimus: nam quæ supra ex prolixiori Petri Lambecii narratione excerpsimus, ad nobilissimi vetustissimique Codicis notitiam sufficiunt. Antequam vero claudamus, duo nobis annotanda superfunt, primo Codicem Dioscoridianum regium, cujus infra specimen notitiamque daturi sumus, perinde atque Cæsareum, ita habere Πεδανίε Διοσκυρίδε, περὶ ὕλης ἰατρικῆς, *Pedanii Dioscoridis de materia Medica*; non autem Πεδακίε, *Pedacii Dioscoridis*, ut in quibusdam editis mendose fertur. Secundò, in marmore Cretensi Theodori Archiepiscopi, quod ut supra dicebamus anno 541. positum fuit; paucis videlicet annis post descriptum Codicem illum nunc Cæsareum, non modo eamdem characterum formam; excepto A, quod in Codicibus omnibus manuscriptis unciali charactere exaratis, & in hoc Cæsareo sic delineatur Δ, in marmoribus autem pene omnibus atque in hoc Cretensi sic, A; sed etiam abbreviationum notas easdem utrobique observari; præterquam quod in marmore laudato superne ponuntur hac forma Α Γ Ι ως pro ἀγιωτάτε; in Cæsareo autem Codice sic K_s pro Καί. Et hactenus de Cæsareo Codice Dioscoridiano.

CAPUT III.

De Dioſcoridis Codice Neapolitano, qui par ſaltem vetuſtate eſt cum Cæſareo. Item de Codicibus Regio, Baſiliano, & Alexandrino, æqualis circiter ætatis. De Codice Papyreo Turonenſi. Alphabeta & ſpecimina horum omnium exemplarium.

Alium Neapoli vidimus Dioſcoridis Codicem Mſ. membranaceum qui Cæſareo jam memorato elegantiâ parum concedit; antiquitate vero ipſi aut parem eſſe, aut potius anteire crederem: character enim partim quadrus partim rotundus, ad formam inſcriptionum veterum propius accedere videtur. Exſtat is in Bibliotheca Auguſtinianorum S. Joannis de Carbonara Neapoli: quæ Bibliotheca olim Jani Parrhaſii fuerat, viri docti, & Demetrii Chalcondylæ generis: in multis autem Codicibus ejuſdem Jani Parrhaſii notæ, ejus manu exaratæ, hinc & inde obſervantur. Janus vero Parrhaſius Bibliothecam ſuam Antonio Seripando teſtamento dedit: inde poſtea ad Auguſtinianos devoluta eſt. Olim numeroſiorem Bibliothecam, a Batavo quodam emtis Codicibus, magna ſupellectilis parte mulctatam fuiſſe accepimus.

Eſt autem Codex Dioſcoridianus, de quo agimus, forma pene quadra, ut Cæſareus, & quantum ex allatis a Lambecio Tabulis æſtimare licet, ejuſdem prorſus magnitudinis; imo etiam ſpiſſitudinis; ita denſus nempe, ut non multo minus quingentis foliis complectatur. Codex eſt initio paucis foliis mutilus: quoniam, ut putamus, cum tabulas & picturas Cæſarianis ſimiles præferret, earum elegantia permoti quidam male feriati homines, ut fieri ſolet, ipſas abſciderunt. Plantæ ibi arboreſque eleganter & nativis coloribus depictæ ſunt. Literæ, ut diximus, unciales & quadræ ſunt: nulli accentus vel ſpiritus, nec prima nec poſteriore manu comparent.

Eſt ille, quemadmodum & Cæſareus, non qualis a Dioſcoride ſcriptus fuerat per materiæ ordinem, ſed ordine alphabetico concinnatus. Nimirum illa ætate Galeni methodus, qui alphabetico ordine plantas deſcripſerat, Dioſcoridis inſtituto, qui reprobato alphabetico ordine, materiæ ſolum rationem habuerat, anteponebatur. Unde factum eſt ut Dioſcoridis libros, reclamante licet ipſo, per ordinem alphabeticum digererent. Initio libri pauca, ut diximus, folia deſiderantur, quæ ſuperſunt autem ineunt ab his verbis, Ἀμβροσία, οἱ δὲ βότρις, οἱ δὲ βότρις Ἀρτεμισία: Id eſt, *Ambroſia, alii botrys, alii botrys Artemiſia dicunt.* Hæc autem in Dioſcoridis libro, ut ab ipſo digeſtus fuit, habentur libro 3. cap. 129. ſed in Dioſcoride per ordinem alphabeticum concinnato in litera A, paulopoſt initium locantur, ratione vocis Ἀμβροσία: quæ Ἀμβροσία planta, ſecundum ordinem alphabeticum, ſexageſima Dioſcoridianum plantarum eſt, per α incipientium. Si vero ſenas ſingulis foliis plantas adſcripſeris, nam tot circiter deſcribuntur, decem circiter folia deſiderari comperies; non numeratis iis, quæ ad ornatum initio libri poſita fuiſſe putantur, ut diximus ſupra. Cæterum plantæ fruticeſque in hoc Codice longe minore figurâ depinguntur, quam in Regio Codice Dioſcoridiano, cujus ſpecimen infra damus ad nonum ſæculum.

Hujus porro nobiliſſimi Codicis majorem notitiam aſſequi non potuimus; tum quia ut in Diario Italico diximus p. 307. ægre ad Codices Mſſ. explorandos admiſſi ſumus; tum quia multi alii ibidem Codices aderant inveſtigandi, nec niſi brevem ſingulis operam dare potuimus. Alphabetum tamen excerpſimus, qualem in ſequenti Tabula vides: & ad ſpecimen ſufficere putamus, quia characteres eadem ſemper forma delineantur. Eſt autem hoc alphabetum in Tabula numero tertium.

Dioſcoridis aliorumque illuſtrium Medicorum veterum Codices multi, & quidem remotæ vetuſtatis, exſtant in Bibliothecis variis: in nulloque literaturæ genere plures ſervati ſunt.

Ex Codice Regio 1905. alphabetum aliud exſumſimus. Continet autem ille Codex recentiore quidem manu duodecimi circiter ſæculi S. Ephræmi opera. Sed alia antiquiſſima ſcriptura ibidem habetur, quâ vetuſtate ſimul & arte pene obliteratâ, alia longe recentiora ſuperſcripta ſunt, S. Ephræmi videlicet opera, uti diximus. Illa vero vetuſtiſſima ſcriptura complectitur variorum ſacræ Scripturæ librorum, maximeque novi Teſtamenti folia, ſed confuſa & plerumque inverſa; id curante Librario recentiore, ut priſtina illa, ſi fieri poſſet, de medio tolleret, & obrueret. Charactere unciali ſine accentibus priora illa deſcripta ſunt. Atramentum quod uti jam dictum eſt, longa temporum ſerie, plerumque in vetuſtioribus exemplaribus ſubrubrum evadit, hic multo vividiore coloris conſpicuitate fulget, quam in cæteris vetuſtis libris, in quos incidimus, qua de re pluribus actum ſuperius eſt, lib. 1. c. . Ad marginem habentur variæ quædam lectiones & notæ liturgicæ de Evangeliis per annum recitandis. In iis notavi Evangelium pro 29. Junii in Feſto SS. Petri & Pauli ac Encæniorum, perinde atque in Colbertino Codice num. 700. Marginales item notæ unciali quidem charactere deſcriptæ ſunt ſine accentibus; ſed manu ut videtur recentiore ac longe inelegantiore. Ibi multæ literarum commutationes, (in margine ſcilicet,) τῦ ν in ι, τῦ υ in ν, & ſimiles, quæ in alia vetuſtiore ſcriptura non obſervantur ibidem. Hujus autem antiquioris ſcripturæ alphabetum habes in Tabula: ubi quædam literæ, quæ in diverſis hujus manuſcripti locis tantillum variant, ſecundum omnes, quas obſervavimus, varietates delineantur. Hujus Codicis aliquod ſpecimen non ita pridem datum fuit.

Sequitur ibidem alphabetum ex Codice vetuſtiſſimo RR. PP. S. Baſilii Romæ, ubi unciali charactere quadro in quibuſdam literis, rotundo in aliis, ſecundùm antiquiorem formam deſcriptæ ſunt Epiſtolæ S. Pauli. Verum poſtea cum prior illa ſcriptura vetuſtate pene deleta multis in locis eſſet, ſuperſcripta ſunt opera S. Gregorii Nazianzeni longe recentiore manu. In hoc autem Baſiliano Codice vetus illa ſcriptura duplex eſſe deprehenditur, unciali utraque charactere ſine accentibus & ſpiritibus; altera charactere vulgaris magnitudinis, qualem vides in alphabeto: hæc vero maximam foliorum partem occupat; altera ſcriptura quadrupliciter ſaltem majoribus literis, ſed ejuſdem formæ. Utrique autem ſuperſcripta ſunt S. Greg. Nazianzeni opera.

His ſubjicimus ſpecimen Pſalterii Alexandrini, nunc Anglicani, ut a Briano Waltono in Prolegomenis datum eſt. In his autem ſpeciminibus etſi idem pene character obſervetur: aliqua tamen quibuſdam in literis diſcrimina comparent, quæ licet exigua, non negligenda tamen, ut exiſtimamus.

Alphabetum Cod. Regii.

ΑΒΓΔΕϚΖΗΘΙΚΛΜΝΞΟΠΡϹΤΥΦΧΨΩ

Alphab. Cod. Basiliani.

ΑΒΓΔΕϚΖΗΘΙΚΛΜΝΞΟΠΡϹΤΥΦΧΨΩ

Alphab. Dioscoridis Neap.

ΑΒΓΔΕϚΖΗΘΙΚΛΜΝΞΟΠΡϹΤΥΦΧΨΩ

Ex Cod. Alexandrino.

ΜΑΚΑΡΙΟϹΑΝΗΡΟϹΟΥΚΕΠΟΡΕΥΘΗΕΝ
ΒΟΥΛΗΑϹΕΒΩΝΚΑΙΕΝΟΔΩΑΜΑΡΤΩ
ΛΩΝΟΥΚΕϹΤΗΚΑΙΕΠΙΚΑΘΕΔΡΑΛΟΙΜΩΝ
ΟΥΚΕΚΑΘΙϹΕΝ

Alphab. Cod. Papyracei Turon.

ΑΒΓΔΕϚΖΗΘΙΚΛΜΝΟΠΡϹΤΥ

ΦΧΨΩ

Fragmenta ex eodem.

Τ·ΕΚΑΚΟΝ

ΔΙΟΤΙΕΜΒΕΒΛΗΜΑ

ΟΙΚΩΤΗϹΦΥΛΑΚΗϹ·

ΤΟϹΠΕΡΜΑΤΟΕΚΛΕΚΤΟ·

ΩΠΑΝΑ

ΤΙΖΗΤΕΙϹΒΟΙ ΕΙΠΕ

ΠΑΡΑΛΟΜ Π

Ο̄ΝΕΓΜ Ο̄V.

ΑΝΘΡ ΑΛΛΟΤΡΙΟϹ·

ΤΟΝΧ̄ΡΟΝΟΝΑ ΗϹϹΗϹΨΥΧΝϹ·

ΤΑΤΗϹΑΣΘΕΙΝΗϹΑ ΜΟΥΑΠΗΛΘΟ·

ΟΙϹ

ΑΡΑΤΟΥΒΑϹΙΛΕΩϹ·

ΚΑΘΟΝΤΡΟΠΟΝΓΕΓΟΝΕ̄·

NARRATIO DE PISCINA PROBATICA

Ut est in vetustissimo Codice Regio 1905.

ΚΡ̄ΕΚΙΝ̄ ΛΗ ΜΕΤΑΤΑΥΤΑ·ΗΝΗΕΟΡΤΗΤΩΝΙΟΥΔΑΙΩΝ·ΚΑΙΑΝΕ
ΒΗΟΙϹΕΙϹΙΕΡΟϹΟΛΥΜΑ·

ΑΓΓΕΛΟϹ ΓΑΡ ΚΑΤΑΚΡΟΝ ΚΑ ΤΕΒΕΝΕΝ ΕΝΤΙ ΚΟΛΥΜΒΗΘΡΑ ΚΕΤΑΡΑϹΕΤΟ ΤΟ ΤΩΝΥΔΩΡ+ ΟΟΥΝΠΡ̄ΤΟϹΕΜ ΒΑϹΜΕΤΑΤΙΝ ΤΑΡΑΧΙΝΤΟΥ ΥΔΑΤΟϹ Υ^ΛΘ ΓΙΝΟϹΕΓΙΝΕΤΩ ΩΑΙΠΟΤΕΚΑ ΤΗΧΕΤΩΝΟϹΗ ΜΑΤΙ+

ΕϹΤΙΝΔΕΕΝΤΟΙϹΙΕΡΟϹΟΛΥΜΟΙϹΕΠΙΤΗΠΡΟΒΑΤΙΚΗ
ΚΟΛΥΜΒΗΘΡΑ·Η̈ΕΠΙΛΕΓΟΜΕΝΗΕΒΡΑΙϹΤΙΒΗΘΕϹΔΑΠ̄
ΤΕϹΤΟΑϹΕΧΟΥϹΑ+ΕΝΤΑΥΤΑΙϹΚΑΤΕΚΕΙΤΟΠΛΗΘΟϹ
ΤΩΝΑϹΘΕΝΟΥΝΤΩΝ+ΤΥΦΛΩΝ·ΧΩΛΩΝ·Ξ̄ΗΡΩΝ+ΕΚ·
ΗΝΔΕΤΙϹΑ̃ΝΟϹΕΚΕΙΤΡΙΑΚΟΝΤΑΚΑΙΟΚΤΩΕΤΗΕΧΩΝ·
ΕΝΤΗΑϹΘΕΝΕΙΑΑΥΤΟΥ
ΤΟΥΤΟΝΙΔΩΝΟΙϹ̄ΚΑΤΑΚΕΙΜΕΝΟΝΚΑΙΓΝΟΥϹΟΤΙ·

Hæc excipit exemplum Codicis Turonenſis, cujus alphabetum quatuor ab hinc annis delineavi, cum iſtac iter haberem. Deinde vero, ut accuratior ejus mihi notitia accederet, D. Leonem le Chevalier ſodalem noſtrum, in Monaſterio S. Juliani Turonenſis Subpriorem, rogavi, ejus mihi Codicis reliquias ad normam & examuſſim exſcriptas tranſmitteret. Ille rogatui obſequutus hæc retulit. In veteri S. Martini Turonenſis Bibliotheca, exſtare pertenues reliquias Codicis Græci in papyro Ægyptiaca deſcripti, libro quodam Latino Commentariorum in Job ad compacturam agglutinatas. Iſtæc vero pauciſſima, quæ ſuperſunt, ſus deque poſita eſſe, & ut fors tulit diſtracta: literaſque ut plurimum ſitu & mucore deletas. Sed ejuſdem D. Leonis le Chevalier Epiſtolæ partem Latine verſam hic adtexere juvat.

Quam deſiderabas reliquiarum veteris Græci Codicis Turonenſis pagellam, accuratiſſime pro characteris forma delineatam tibi, vir honoratiſſime, tranſmitto. Hæ vero pretioſæ reliquiæ ad compacturam veteris Codicis Commentariorum in Job agglutinatæ ſunt. Nihil uſpiam in manuſcriptis Codicibus adeo lacerum viſum eſt; ne linea quidem integra occurrit; ſed verba, ſyllabæ, literæ, aliquando mutilæ, hinc & inde ſparſim poſitæ ſunt. Nobilia fragmenta inter membranas varias conglutinatæ erant. Operimenti vetuſtas & intercidens aqua pluvia membranas detexit, & papyrei Codicis Græci fragmenta aperuit. Hæ porro laceræ papyrei Codicis partes vario ſitu ſunt; modo rectæ, modo inverſæ, aliquando e latere poſitæ. Omnia accurate quantum potui ad Codicis fidem, norma & circino adhibitis, imitatus ſum: linearum diſtantiam, literarum altitudinem, latitudinem, ductuum formam & ſpiſſitudinem, tanta accuratione ſectatus ſum, ut non plus diſcriminis inter literas apographi & autographi interſit, quam inter eaſdem literas in autographo repetitas habeatur. Omnia pene miſi, quæ ſupererant: in reliquis ne decem quidem integra verba reperiantur.

Tam lacera ſcriptura, cujus operis pars ſit divinari nequit; fuiſſe tamen cujuſdam S. Patris orationem vel homiliam ex hiſce dictis, quæ vix expiſcari potuimus, comprobatur, ὅτι ἐμβέβλημαι ἐν οἴκῳ τ̃ φυλακ̃ης, *quia injectus ſum in domum carceris.* Moxque, τὸ σπέρμα τὸ ἐκλεκτὸν, *ſemen electum.* Deinde ἀρα τ̃ βασιλέως, & poſtea, καθ' ὃν τρόπον γέγονεν. Reliqua ὑπαπαρσμάτα nihil intereſt referre. Nuſquam alias vidimus Codicis Græci in papyro deſcripti reliquias: quæ ſuperſunt in æs incidi curavimus. Omnes alphabeti literæ ibi reperiuntur: hic accentus & ſpiritus nulli ſunt. Sed literæ tantillum declinant a priſcis formis: unde fortaſſe arguatur, hunc præmiſſis Codicibus recentiorem eſſe; ſcriptumque ſeptimo circiter ſæculo, quo accentus & ſpiritus annotari cœptum eſt. Nam ubi primum conſuetudo illa accentus ac ſpiritus annotandi invecta fuit, non ſtatim ab omnibus uſurpata fuiſſe creditur, ut fere fit in rebus hujuſmodi; ſed paulatim invaluiſſe putatur. Quamobrem etſi Codices illi charactere unciali, qui accentibus ac ſpiritibus carent, aliis antiquiores habeantur; poſſunt tamen inter notatos accentibus occurrere licet raro, qui accentibus non notatos ætate præcedant. Id vero ex characteris forma probabiliter internoſci poteſt.

ΔΙΑ ΤΗΝ ΑΣΘΕΝΙΑΝ	PROPTER INFIRMITATEM
ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ ΥΜΩΝ	CARNIS UESTRAE
ΩΣΠΕΡ ΓΑΡ ΠΑΡΕΣΤΗΣΑΤΕ	SICUT ENIM EXHIBUISTIS
ΤΑ ΜΕΛΗ ΥΜΩΝ	MEMBRA UESTRA
ΔΟΥΛΑ ΤΗ ΑΚΑΘΑΡΣΙΑ	SERUIRE IMMUNDITIAE
ΚΑΙ ΤΗ ΑΝΟΜΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΝΟΜΙΑΝ	ET INIQUITATI AD INIQUITATEM
ΟΥΤΩ ΝΥΝ ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΤΕ	ITA NUNC EXHIBETE
ΤΑ ΜΕΛΗ ΥΜΩΝ	MEMBRA UESTRA
ΔΟΥΛΑ ΤΗ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ	SERUIRE IUSTITIAE
ΕΙΣ ΑΓΙΑΣΜΟΝ	IN SANCTIFICATIONEM
ΟΤΕ ΓΑΡ ΔΟΥΛΟΙ ΗΤΕ ΤΗΣ ΑΜΑΡΤΙΑΣ	CUM ENIM SERUIESSETIS PECCATI
ΕΛΕΥΘΕΡΟΙ ΗΤΕ ΤΗ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ	LIBERI ERATIS IUSTITIAE
ΤΙΝΑ ΟΥΝ ΚΑΡΠΟΝ ΕΙΧΕΤΕ ΤΟΤΕ	QUEM ERGO FRUCTUM HABUISTIS TUNC
ΕΦ ΟΙΣ ΝΥΝ ΕΠΑΙΣΧΥΝΕΣΘΕ	IN QUIBUS NUNC ERUBESCITIS
ΤΟ ΓΑΡ ΤΕΛΟΣ ΕΚΕΙΝΩΝ	NAM FINIS ILLORUM
ΘΑΝΑΤΟΣ	MORS EST
ΝΥΝΙ ΔΕ ΕΛΕΥΘΕΡΩΘΕΝΤΕΣ	NUNC UERO LIBERATI
ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΜΑΡΤΙΑΣ	A PECCATO
ΔΟΥΛΩΘΕΝΤΕΣ ΔΕ ΤΩ ΘΕΩ	SERUI AUTEM FACTI DEI
ΕΧΕΤΕ ΤΟΝ ΚΑΡΠΟΝ ΥΜΩΝ	HABENTES FRUCTUM UESTRUM
ΕΙΣ ΑΓΙΑΣΜΟΝ	IN SANCTIFICATIONEM

CAPUT IV.

Specimina Codicum Græcorum ſeptimi circiter ſæculi, qui apud Latinos ſcripti ſunt; nimirum Regii, Sangermanenſis & Murbacenſis. Alphabetum Græco-Latinum ex Codice Lactantii Bononienſi, ejuſdem circiter ævi.

Sequitur exemplum ex Codice Regio num. 2245. Epiſtolas S. Pauli complectente, qui tenuiſſimis elegantiſſimiſque membranis conſtat. Scriptuſque fuit ſeptimo circiter ſæculo, ut ex characterum tam Græcorum, quam Latinorum, forma arguitur: nam Latina verſio in altera ſemper pagina jacet. Character omnino quadrus vel rotundus eſt ſecundum cujuſque literæ figuram, uti ſuperius diximus. Character Græcus nullam olet peregrinitatem, ſed a perita manu exaratus eſt, Græcis ante memoratis in omnibus pene ſimilis. Scriptus eſt autem per κῶλα & κόμματα; ita ut ad ſingulas vel minimas diſtinctiones, a linea reſumatur. Accentus & ſpiritus annotantur; ſed ii ſecunda manu ut videtur, nec diu, ut creditur, poſt deſcriptum Codicem adjecti ſunt. In quo autem tam in Græcis, quam in Latinis, differat a Vulgatis editionibus, non eſt præſentis inſtituti referre. Quæ in ſpecimine habentur, ſic vulgaribus typis exprimuntur, ſervando etiam modum prædictæ ſcriptionis per κῶλα & κόμματα; id eſt a linea ducendo non modo κῶλα, quæ ſunt membra periodi majora; ſed etiam κόμματα, ſive ſectiones periodi perquam minimas.

Ex Epiſtola ad Romanos cap. 6. a verſu 19. ad 22.

Διὰ τὴν ἀσθένειαν (ſic)	Propter infirmitatem
τῆς σαρκὸς ὑμῶν.	carnis veſtræ.
ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε	Sicut enim exhibuiſtis
τὰ μέλη ὑμῶν	membra veſtra
δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ	ſervire immunditiæ
καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν·	& iniquitati ad iniquitatem;
οὕτω νῦν παραστήσατε	ita nunc exhibete
τὰ μέλη ὑμῶν	membra veſtra
δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ	ſervire juſtitiæ
εἰς ἁγιασμόν.	in ſanctificationem.
ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας,	Cum enim ſervi eſſetis peccati,
ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ·	liberi eratis juſtitiæ:
Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε,	quem ergo fructum habuiſtis tunc
ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; (ſic)	in quibus nunc erubeſcitis?
τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων	nam finis illorum
θάνατος.	mors eſt.
νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες	Nunc vero liberati
ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας,	a peccato
δουλωθέντες δὲ τῷ θεῷ,	ſervi autem facti Dei,
ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν	habentes fructum veſtrum
εἰς ἁγιασμόν.	in ſanctificationem.

Duo primi verſiculi ad præcedentem periodum, quæ hic non exhibetur, pertinent. Sequens periodus octo verſiculis ſive ſectionibus, aut κόμμασι, terminatur in hæc verba, Εἰς ἁγιασμόν. In ea duo κῶλα ſive membra ſunt, quorum utrumque quatuor verſiculos complectitur. Altera periodus, quæ init ab his verbis, ὅτε γὰρ δοῦλοι, & deſinit in θάνατος, ſex verſiculis abſolvitur, & tria κῶλα habet: ſingula vero κῶλα duabus ſectionibus diſtinguuntur. Tertia periodus, ſex item verſiculos continet: quorum poſtremus non eſt in exemplo. Tres primi ad prius κῶλον, tres poſtremi ad poſterius ſpectant. Sicque per totum librum κῶλα, κόμματα & periodi diſtinguuntur interpunctionis loco. Qua de re vide Lib. I. cap. 4.

Hunc excipit Codex noſter Sangermanenſis Epiſtolarum S. Pauli, multo majori mole, & denſiore minuſque polita membrana, cujus ſingulæ paginæ duplici columna conſtant, quarum prior Græcum fontem, altera Latinam verſionem continet. Literæ ejuſdem pene formæ ſunt ac in Regio, exceptis literis pauculis, quæ tantiſper variant. Regium tamen aliquantum noſtro vetuſtiorem conjectamus eſſe, tum quia ille accentus primo non habuit, ſed ii aliena & poſteriore manu adſcripti ſunt; noſter autem accentus prima manu delineatos habet; tum quia forma literarum in Regio a priſca illa, qualis obſervatur in marmoribus, quæ primis imperii Romani ſæculis poſita ſunt, minus deflectit. Attamen non multum ætate diſpares eſſe ſuadent formæ Latinæ, quæ peritis omnibus ſeptimum circiter ſæculum referunt. Hoc circiter tempus, quo deſcriptus eſt liber Sangermanenſis, accentus & ſpiritus adſcribi cœperunt. Hinc fit ut ii, qui poſterioris ævi ſunt, in quos incidimus, accentus habeant, & qui accentus non habent, Codice noſtro ut plurimum vetuſtiores eſſe putentur; ut plurimum dico, quia cum primum uſus deſcribendi accentus & ſpiritus advectus eſt, non ſtatim & ubique ab omnibus hic mos receptus fuiſſe putatur: ſed paulum ſaltem ſpatii interceſſiſſe videtur, ut hæc conſuetudo ubique locorum obtineret.

Accentus & ſpiritus, ut diximus, prima manu ſcripti ſunt; ſed non tam accurate: nam multis in locis, & nonnumquam in tota linea, deſiderantur. Scriptus item eſt ut Regius per κῶλα & κόμματα, ut vides in ſpecimine. Ambo autem Codices lectiones varias & notatu digniſſimas præferunt, quas recenſere magni otii eſſet.

Quæ in Tabula ſunt ſic vulgari charactere ſcribuntur. Ex Epiſt. ad Rom. cap. 1. a verſu 8. ad 12.

ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται	Quia fides veſtra annuntiatur
ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.	in univerſo mundo.
μάρτυς (ſic) γάρ μου ἐστὶν ὁ θεὸς	Teſtis enim mihi eſt Deus,
ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου	cui ſervio in ſpiritu meo
ἐν τῷ εὐαγγελίῳ	in Evangelio
τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ	Filii ejus,
ὡς ἀδιαλείπτως (ſic)	quod ſine intermiſſione
μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι	memoriam veſtri facio
πάντοτε	ſemper
ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου,	in orationibus meis,
δεόμενος	obſecrans
εἴπως ἤδη ποτὲ	ſi quo modo tandem aliquando
εὐοδωθήσομαι	proſperum iter habeam

οτηπιστις υμων καταγγελλεται
ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ·
μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ θς
ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνί μου
ἐν τῷ εὐαγγελίῳ
τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ
ὡς ἀδιαλείπτως
μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι
πάντοτε
ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου
δεόμενος
εἴπως ἤδη ποτὲ
εὐοδωθήσομαι
ἐν τῷ θελήματι τοῦ θυ
ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς
ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς
ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν
πνευματικὸν·
εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς
τοῦτο δέ ἐστιν συν
παρακληθῆναι ἐν ὑμῖν

quia fides ſua annuntiatur
in uniuerso mundo
testis enim mihi ds
cui ſeruio in spū meo
in euangelio
filii eius
quod sine intermissione
memoriam uri facio
semper
in orationib. meis
obsecrans
si quomodo tandem aliquando
prosperū iter habeam
in uoluntate dī
ueniendi ad uos.
Desidero enim uidere uos
ut aliquid impertiar gratie uob
spiritalis
ad confirmandos uos
id est simul
consolari in uobis

Bz φ ψ

Ee ij

ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ	in voluntate Dei
ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.	veniendi ad vos.
ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς,	Desidero enim videre vos,
ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν	ut aliquid impertiar gratiæ vobis
πνευματικὸν	spiritalis,
εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς·	ad confirmandos vos;
τοῦτο δέ ἐστιν συν-	id est simul
παρακληθῆναι ἐν ὑμῖν.	consolari in vobis.

Duo primi versiculi sunt præcedentis periodi, quæ in Codice mſ. a priore pagina initur, & in secunda terminatur. Sequens periodus, quæ incipit ab his verbis, μάρτυς γάρ μου, desinit in hæc, ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, tredecim sectiones, & tria κῶλα sive membra complectitur. Altera vero periodus, quæ init ab his verbis, ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, octo versiculos habet, quorum duo postremi in exemplo desiderantur. Ubi advertas in Epistolis Pauli, ubi ratiocinio plerumque proceditur, longe prolixiores periodos duci, multoque pluribus singulas sectionibus dividi, quam in aliquot aliis scripturæ libris; v. g. in Psalmis, ut infra videre est in aliis στιχομετρίας speciminibus. Annotandum item est, Librarios non accurate semper intersecare periodos; sed plerumque ea, quæ distinguenda erant, conjungere, quæ conjungenda, dividere & a linea ducere.

Regio & Sangermanensi speciminibus aliud subjungimus ex Psalterio Murbacensi, quod septimo circiter sæculo Latina manu & charactere unciali conscriptum est. Hujus alphabetum dumtaxat cum quibusdam præliminaribus accepimus a viro docto D. Augustino Calmet, e Congregatione S. Vitoni Monacho Benedictino. Hæc porro in Præliminaribus continentur: Carmen Græcum imperiti hominis, quales erant illo ævo Latini, qui Græcæ linguæ operam darent; Carmen item alphabeticum, ubi versus a nominibus literarum Hebraïcarum ineunt: ibi videas qua ratione isthac ætate Hebraïca illa nomina legerent; deinde catalogus literarum Græcarum cum alphabeto, ea characterum forma, qua liber descriptus est. Carmen primum sic habet.

Ὑψηλὸς κύριος, δυνατὸς, φιλόστοργος, ἄμωμος
Δός μοι νῦν σωφρεῖν, καὶ μου τὸ σῶμα πλήρωσον
Πνεύματος ὁσίου, βασιλεῦ χρειὼ λυτρωτά,
Ἀϋπερκράτωρ, θέλημα ἄγιον ἔγχεον εἰς ἡμᾶς.
Ὅπως αὐ μάθω ἀψευδῶς σὰ ῥήματα λαλῆσαι.
Κατάρτιζε δὲ μελέτῃ μου τὰ καθαίρεσιν.
Ἰδοὺ ὠδωχὸς, * ἀΐδημον, ἀμαθὴς, ἀμνήμων, ἄζηκτος.
Ἀλλὰ κατεύθυνον ἡμῶν καρδίαν ἀϋπλῆ.
Πρὸς σὲ κράζω πένης, σῶσόν με καὶ ἄκεσαι·
Αἰνῶ θεὸν εὐθύμνως σώζοντα λατρεύοις,
Σοὶ πάσῃ πίστιν ἀεὶ τὰ τερπνὰ πάντα
Παντοκράτωρ, σωτηρία, θεοῦ χεὶρ, δόξα, σοφία·
Σὺ ἄλλας πάσας δεῖ πάντος ἁγιατρήστης.

* Cod. iδυμον, ἀμαθὶς, ἔχεισες.

Hæc Latini imperitique hominis sunt, qui nec breves nec longas curaret, sensus hic est:

Excelsus Dominus, potens, benignus, inculpatus,
Da mihi intelligentiam, osque meum reple

Spiritu ſancto, Rex Chriſte Redemtor,
Imperator, voluntatem ſanctam infunde in nos;
Ut diſcam verba tua ſine lapſu proloqui.
Perfice Deus meditationem meam, & me emunda.
Ecce pauper ſum, inſcius, indoctus, ingratus, inutilis:
Verùm dirige cor meum ſuperne.
Ad te clamo pauper, ſalvum me fac & audi me.
Laudo Deum reus, ſervatorem miniſter.
Tibi addico fidem ſemper, operaque omnia
Omnipotens, ſalus, Dei manus, gloria, ſapientia:
Tu alios omnes ſemper conſervabis.

Sequens vero carmen de literis Hebraïcis, haud multo melioris notæ eſt, nec tamen inutile Hebraïzantibus, ut ſciatur quo pacto tum legerentur literarum nomina. Hoc ipſum carmen non in hoc tantum, ſed etiam in altero Codice Murbacenſi exſtat.

Πραγματεία καὶ ἔκθεσις γραμμάτων Ἑβραϊκῶν.

Hoc eſt:

Conſpectus & expoſitio literarum Hebraïcarum.

Adam primus homo doctrinam commovet ALEPH.
BETH *domus* exprimitur ſignans σκήνωμα piorum.
GEMEL ſermonum retinet πλήρωμα datorum.
DELETH ſumptus aqua tabularum ὑποδιγμα reſtaurat.
HE quod γράμμα ſonat Ῥωμαϊστὶ dicitur, *iſta.*
VAU κεφαλὴ conſtat Macchabæi Codicis, *ecce* &.
ZAI dupliciter vocitatur, & *hæc*, & *oliva.*
HETH * *vitam*, ζάνατον victorum prædicat, in qua. * חיה
TETH * bonum opus merito muneratio larga ſequetur. * טוב
JOTH bene principium eſt, bis quino * ῥήματι lex eſt. *Cod. ῥήμασι.
KAPH κ χεὶρ decimam, poſt litera prima caraxat.
LAMED, amen diſciplinam recitare videtur.
MEM ſonat ex ipſis mandatis ſcilicet almis.
NUN plane æternum vero πρόσταγματι lampat.
SAMETH enim auxilium noſtro ſermone vocatur.
AIN ὀφθαλμὸς πηγὴ &, Judæus ſermo recludit.
FE felix fulget doctorum στόμα, quod eſt, *os.*
SADE * juſtificatorum δικαίωμα relucet. * צדק
KOPH * electorum eſt ſincera vocatio dicta. * קרא
RES κεφαλὴ, *caput*, en ſunt hæ tres ordine linguæ.
SEN *dentes* replicat, quod Græcus dicit ὀδόντες.
TAU ſignum σφραγὶς, vel conſummatio fertur.
Hæc elementa bis undeno conſcripta tenore
Si fuerint, ſociata velut pia poſſit amuſſis,
Ordine proficuo ſeptenum ſtemma relucet:
Quod capiti Chriſto cunctorum convenit, atque
Eccleſiæ natis, quos ſanguis purgat amoris.
Ante creaturam noti. . . . ſimplicis agni
Hos nunc verſiculos annorum dedicat ordo,
Quo baptizari voluit ſine πλέγματι Chriſtus.

πεπλεσμαι ἔργον ἐλεφαντόν.

Duo poſtrema carmina ſignificant tot hic adeſſe verſus, quot annos Chriſtus vixit ante baptiſmum.

Poſtea ſequitur eodem modo alphabetum Græcum, poſita in margine literarum ſerie, qua forma in toto Pſalterio uſurpatur; ſed media fere ſui parte mutilum eſt.

Καταλογος γραμματων Ἑλλήνων.
Catalogus literarum Græcarum.

Quatuor his nunc verſiculis perpende Magiſter
Tres in Perſonis unum in Deitate potentem.
Α ALPHA Patrem ſignat, quod caput eſſe videtur.
Β BETA Patris genitum æterna ratione figurat.
Γ GAMMA ſimul certe depingit πνεῦμα beatum.
Δ DELTA trium Perſonarum communicat agmen.
Ε Eleemon mundi cuſtos miſeratur& orbis.
Ζ Ζωὴ anthropis juſtis conceſſerat almam.
Η HTA quidem vitas ſociastres jungit & aptat.
Θ ΘETA gerit ſignum mœſtis, quo vita triumphat.
Ι IOTA judex Chriſte legis, qui conditor extat.
Κ KAPPA bis denos ſibi vendicat arte Pelaſga.
Λ pecudem ſummis geſtare probatur.
Μ MY coſmo horrendum cataclyſmum fudit avito.
Ν NY ſummam annorum Jubilæi format amati.
Ξ XI gradum viduæ moderatur ritu creandum.
Ο Οὐρανὸς cæli determinat orbe figuram.

. . . . . .
. . . . . .

Reliqui verſus deſiderantur.

Alphab. Murbac.



aliud Alphab. Murbac.

Alphab. Bononienſe

Forma vero characteris in Pſalterio Murbacenſi, paulum deflectit a characteribus Codicum Regii & Sangermanenſis; ſive quia recentior aliis eſt, ſive quia diverſæ manus ac regionis: qua de re tutius loqui liceret, ſi Codicem ipſum vidiſſemus. In alphabeto primo Murbacenſi Z & Ξ eodem pene modo ſcribuntur: reliqua nihil ſingularitatis habent.

Eodem in Codice recentiore Latina manu legitur alphabetum Græcum, ut in Tabula repræſentatur, ubi τ ſexto loco in ſerie literarum jacet, more veterum, ut diximus Libro ſecundo. Pro Iota ι deſcribitur, quia jam harumce literarum permutatio frequentiſſima erat: ſecus vero in priore alphabeto ubi η ſemper *e* Latine legitur. In recentiore alphabeto υ poſt ο locatur, quia cum illa vocali frequenter conjunctum, diphthongum υ efficit: deinde iterum loco ſuo poſt T reponitur.

His ſubjicimus alphabetum Græcum & Latinum excerptum ex Codice Mſ. vetuſtiſſimo Bibliothecæ Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononienſis, ſeptimi circiter ſæculi, ut ex Latino charactere liquidum eſt. Literæ Græcæ, utpote a Latino & peregrino Librario exaratæ, peregrinum olent; maxime in tribus formis τ̂ Δ: quibus non abſimiles in aliquot exemplaribus Latina item manu exaratis deprehendimus. Codicis hujus meminit Leo Allatius animadverſione in Antiquitatum Hetruſcarum fragmenta p. 51. & 52.

CAPUT V.

De Codicibus Græcis Græca manu ſcriptis ſeptimi & octavi ſæculi, Alphabetum Codicis Græci purpurei Neapolitani cum accentibus ſcripti. Exemplum ex Codice RR. PP. Jeſuitarum octavi circiter ſæculi. Aliud Codicis Colbertini æqualis plus minus ætatis.

ETSI, ut Libro primo narrabamus, accentus & ſpiritus apud Græcos ſemper in vocali lectione & pronuntiatione obſervati fuerint; accentuum tamen & ſpirituum formæ duobus circiter tantùm ante Romanum Imperium ſæculis invectæ ſunt, & ad regulas quaſpiam deductæ; idque ſtatim in unis Grammaticorum libris; qui videlicet, vel de regulis Grammaticæ agerent, vel ad inſtituendam juventutem exarati eſſent, uſurpatum fuiſſe videtur: neque enim in libris vetuſtioribus, quorum catalogum ſupra texuimus, accentuum & ſpirituum ulla ratio comparet: & ſi qui in nonnullis hujuſmodi Codicibus habeantur, ii ſecunda manu adſcripti ſunt, ut de Codice Cæſareo Dioſcoridiano ſupra dictum eſt. Conſuetudinem vero deſcribendi accentus & ſpiritus in ſeptimum circiter a Chriſto nato ſæculum conferri poſſe videtur. Nam, uti paulo ante narravimus, Codices quinti ſextive ſæculi, quorum quidam notam temporis præferunt, iis prorſus carent. Codices vero Regius ac Sangermanenſis noſter, ætate, ut videtur, pene æquales, qui apud Latinos conſcripti ſunt, accentus & ſpiritus habent, licet in priore ſecundâ manu notati videantur, ut ſupra diximus. Hi vero Codices, ut ex Latina etiam verſione e regione poſita confici videtur, & æſtimant periti omnes, ſeptimo circiter ſæculo exarati ſunt. In his porro Codicibus, Sangermanenſi ſcilicet, & aliquot Græcis ejuſdem ævi, quorum ſpecimina mox dabimus, accentus & ſpiritus identidem omittuntur, neque

tanta accuratione deſcribuntur, ita ut in Sangermanenſi noſtro integras lineas ſpiritibus & accentibus carentes obſerves, ut annotatum ſupra fuit; ſecus quam in poſterioris ævi Codicibus, ubi rariſſime deſiderantur. Idipſum in aliis ejuſdem ævi item deprehenditur, maximeque in Neapolitano, de quo jamjam agetur, & in Colbertino, cujus ſpecimen mox proferemus; in Codice vero olim Renati Marchali, nunc autem RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni, cujus exemplum poſt Neapolitanum alphabetum damus, ſpiritus & accentus accuratius, quam in aliis, perſcribuntur; licet Colbertino non inferior ætate videatur. Quia cum ſemel eorum uſus invectus eſt, alii accuratius, alii negligentius, pro cujuſque arbitrio, accentus perſcribebant.

Alphabetum ſequentis Tabulæ prodit ex manuſcripto Codice Homiliarum in Evangelium, VII. ut putatur ſæculi, qui in Bibliotheca Auguſtinianorum S. Joannis de Carbonara Neapoli exſtat. Eſtque in charta membranacea purpurea, aureis characteribus, perinde atque Codex noſter Latinus Pſalmorum Sangermanenſis, qui tamen poſtremus aureos characteres in titulis & in nominibus Dei ac Domini tantum habet, in reliquis autem ubique argenteos, qui vetuſtate pene deleti ſunt: at aurei illæſi fulgidique manſerunt. Codex ille Neapolitanus eſt quadratâ formâ. Ibi accentus notantur, ſed rarò, & ſpiritus ſimiliter. Characteres, videlicet in Z, H, M, N, quadri ſunt; in Є, Θ, O, C, Φ, rotundi.

Alphabetum Cod. Neapolitani.



Specimen ex Cod. RR. PP. Jeſuit.

Inter præſtantiſſimos omnium Codices jure numerandus eſt ille RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni, qui olim fuerat viri nobilis Renati Marchali Boiſmoræi, deinde vero in manus Eminentiſſimi Cardinalis Rupifucaldi devolutus, memorato Collegio ab eodem Em. Cardinali oblatus eſt. Forma autem eſt non vulgari : cæteri quippe ejuſdem circiter ætatis, aut quadri prorſus ſunt, aut latitudinem longitudine parum excedunt; hic vero ſic oblongus eſt, ut ejus ſuperficies duo pene quadra complectatur. Membranæ ejus tenuiſſimæ ac quibuſdam in locis pellucidæ ſunt.

Character in literis ϵ, O, C, multum deflectit a priſca rotunditate, in cæteris primigenia pene Codicum forma ſervatur. Accentus & ſpiritus ubique prima manu notantur. Hinc fit ut ipſum cum prioris & poſterioris ævi Codicibus conferendo, octavo ſæculo libenter adſcribam, ac Neapolitano ſupra memorato aliquantum recentiorem putem.

Initio Codicis habentur Vitæ & Epitomæ Prophetarum, primò Minorum, deinde Majorum, quarum titulum & ordinem aſſignare juvat. Titulus ſic habet, ἐκ τῶν Εὐσεβίου περὶ τῶν τῆς βιβλίου τῶν προφητῶν ὀνομασίας, καὶ ἀπὸ μέρους τὰ περιεχόμενα ἕκαστος. Id eſt, *Ex ſcriptis Euſebii de Propheticorum librorum appellationibus, & ſummatim quid ſinguli complectantur.* Deinde ſequuntur Prophetarum epitomæ, præmiſſis quibuſdam de tempore, quo floruerunt, hoc ordine; Oſeæ, Amos, Michæas, Joel, Abdias, Jonas, Naum Elceſæi fil. Abbacum, Sophonias Chuſi fil. Aggæus, Zacharias Saddo fil. Malachias. Poſtea majores Prophetæ, Heſaïas filius Amos, Hieremias Chelciæ filius e Sacerdotibus : poſt ſequitur, *Cur Baruch librum inſcribit;* hinc, *Quare Lamentationes librum inſcribit;* poſt hæc, *Cur Epiſtola Hieremiæ dicitur.* Deinde, Ezechiel Buſi Sacerdotis fil. Poſtea, *Cur Daniel vocatur.* Has quidem Prophetarum ſynopſes in Codice olim Renati Marchali Boiſmoræi prima manu deſcriptas, in fronte Procopii in Heſaïam edidit Joannes Curterius. Altera autem manu XII. ſæculi circiter, in ſpatiis vacuis interſeruntur notæ quædam, & alicubi vita Eliæ Prophetæ; quæ omnia recentiora neglexit Joan. Curterius.

Prophetarum libri deinde ſcribuntur, præmiſſis Minoribus, Majoribuſque ſequentibus, ut ſupra. Quod autem exemplar iſtud ſummopere commendat, veterum Interpretum lectiones; nempe Aquilæ, Symmachi & Theodotionis, paſſim & prima manu ad marginem annotantur. Adjectis hinc & inde notis aliis minoris pretii atque ætatis, XII. circiter ſæculi. De notis autem prima manu adſcriptis hæc habet Joannes Curterius in Præfatione ad Procopium in Heſaïam, anno 1580. Pariſiis cuſum, ubi de Origenis notis loquutus ea, quæ pluribus in Hexaplis noſtris explanabuntur, ſic proſequitur : *Atque hæ quidem ſunt Origenianæ notæ, earumque cum noſtris, id eſt, Codicis noſtri collatio & ſignificatio. Sequuntur jam aliæ hujuſce noſtri exemplaris propriæ. Ubicumque enim ad dextrum marginem,* οἱ Ο', *reperies; nihil aliud certe, quam LXX. Interpretes ſignificare velle putandum eſt : ubi* C'. *Symmachum : ubi* Θ, *Theodotionem : ubi* Δ'. *Aquilam : ubi denique* ΟΙΓ', *tres nomine carentes interpretationes : quarum omnium mira eſt cum iis, quæ a Procopio inter explicandum ſæpe adferuntur, & cum Hieronymo etiam, conſenſio. Sunt porro & aliæ duæ,* Π' *ſcilicet & ⳱, quæ paucis in locis adhibentur, & iis arbitror Pamphilum Origenemque ſignificari; quorum labore & induſtria fuit emendatus Codex, a quo ille deſumptus eſt, unde Græca iſta Heſaïæ verba, variarumque interpretationum notas hauſimus. Cujus rei fides ut penes eos eſſet etiam, qui venerandum adeo exemplar non ſunt*

intuiti, ejus etiam a quo deſumtum eſset, teſtimonium extare voluimus, quod in eo ante Eſaïam, & Ezechielem legimus. Reperies & hic etiam Origenis tomos, quotquot erant adhuc Euſebii ætate ſuperſtites, ad marginem notatos; ne fruſtra inter varias Interpretum notas adjectos putes. De ΠΙΠΙ autem, quod ad ſiniſtrum marginem toties expreſſimus, quoties in Eſaïa κύριος nomen occurrit; nihil poſſum certe dicere aliud, quam nobis tetragrammaton nomen videri: quod, ut ejus a cæteris Dei nominibus aliqua exſtaret differentia, literis forſan Hebræis ab Origene, vel alio, expreſſum cum pingere non valerent Græci, ſermonis illius rudes; ſuis illi, quantum poſſent, imitari conati ſunt; ne quid & illi, quod a tantis viris notatum eſset, prætermiſiſſe viderentur: quorum ego religionem imitatus, ex magnorum virorum ſententia, & iſta etiam nota lectorem carere non volui.

Hactenus Joannes Curterius: qui notam illam οἱ γ'. vel non intellexiſſe, vel non ſufficienter explanaſſe videtur, dum ait: *Ubi* C', *Symmachum: ubi* Θ', *Theodotionem: ubi* ☩, *Aquilam: ubi denique* ΟΙΓ', *tres nomine carentes interpretationes.* Adjicere debuit tres illas interpretationes eſſe Aquilæ, Symmachi & Theodotionis; & illud οἱ γ', tum apponi, cum tres illi; ſcilicet Aquila, Symmachus & Theodotio, ſimiliter interpretarentur. Teſtimonia autem illa, ſive notas perinſignes Calligraphi, quæ in illo Codice olim Renati Marchali; jam vero RR. PP. Jeſuitarum, ante Heſaïam & Ezechielem prima manu deſcriptæ ſunt, etſi jam in notis Calligraphorum adtulerimus; hic tamen prætermittere non licet: hinc enim Codicis dignitas ſummopere commendatur. Ante Heſaïam ergo legitur:

Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἀπὸ ἀντιγράφου τῆς ἁγίας Ἀπολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ κατατέτακται τάδε· μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἐκ τῶν ἑξ ἐκδόσεων ἐξαπλῶν. ἀντεβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἕτερον ἐξαπλοῦν, ἔχον τὰ κατ' ἀσημείωσιν τούτων. Διωρθωνται ἀκριβῶς πᾶσαι αἱ ἐκδόσεις· ἀντεβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλοῦν Ἡσαΐου· ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἑξαπλοῦν. πρὸς τούτοις, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως τοῦ ὁράματος Τύρου, ἀκριβέστερον διώρθωται. διὸ προσήσθημεν γὰρ τῶν μέχρι τέλους τοῦ ὁράματος Τύρου, πόνων ἐξηγητικῶν εἰς τὸν Ἡσαΐαν Ὠριγένους, καὶ ἀκριβῶς ἐπισκήσθημενοι τῇ ἐννοίᾳ καθ' ἣν ἐξηγήσατο ἑκάστην λέξιν· κατὰ ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ πάνυ ἀμφίβολον καὶ τὴν ἐκείνου ἔννοιαν διωρθωσάμεθα. πρὸς τούτοις στιχεῖον ἓν τῶν ἑβδομήκοντα ἐκδόσεις, καὶ πρὸς τὰ κατὰ Εὐσεβίου εἰς τὸν Ἡσαΐαν ἑρμηνεύα, καὶ ἐν οἷς διαφώνουν, τῆς ἐξηγήσεως τὴν ἔννοιαν ζητήσαντες, πρὸς αὐτὰ ἐδιωρθωσάμεθα.

Deſumtus eſt Heſaïas ab exemplari Abbatis Apolinarii Cœnobiarchæ, in quo hæc ſubjiciuntur: Deſumtus eſt Heſaïas ab Hexaplis ſecundum editiones adornatis. Collatus autem eſt cum alio Hexaplo, hanc notam habente. Accurate editiones omnes correctæ ſunt: collatæ enim fuerunt cum Tetraplo Eſaïa, & cum Hexaplo. Ad hæc, ab initio etiam, uſque ad viſionem Tyri, accuratius emendatus eſt. Nacti enim Tomos Exegeticos Origenis in Heſaïam uſque ad finem viſionis Tyri, & ſedulo conſiderantes, quo ſenſu ſingulas dictiones ſumſiſſet, quantum potuimus omne dubium ſecundùm illius ſenſum correximus. Præterea collata eſt etiam Septuaginta Interpretum editio cum iis, quæ in Heſaïam ſcripſit Euſebius: atque in quibus erat varietas, ex indagato explicationis ſenſu, eam ipſi quoque correximus.

Deinde vero ante Ezechielem hæc nota legitur.

Μετελήφθη δὲ ἀπὸ ἀντιγράφου τῆς ἁγίας Ἀπολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ κατατέτακται τάδε· μετελήφθη ἀπὸ

Deſumtus eſt (Ezechiel) ab exemplari Abbatis Apolinarii Cœnobiarchæ, in quo hæc ſubjiciuntur. Exſcri-

τῶν ἑξαπλῶν, καὶ διωρθώθη ἀπὸ τῶν Ωριγένους αὐτοῦ τετραπλῶν, ἃ ἔνια καὶ αὐτὸς χεὶ διώρθωτο, καὶ ἐσχολιογράφητο. ὁ Εὐσέβιος ἐγὼ σχόλια πρέθηκα. Πάμφιλος καὶ Εὐσέβιος ἐδιωρθώσατο.

ptus est ab Hexaplis secundum editiones adornatis, & correctus ad fidem Tetraplorum Origenis, quæ etiam manu ejus emendata & scholiis illustrata erant. Ego Eusebius scholia adjeci. Pamphilus & Eusebius correxerunt.

Hæ porro eximiæ notæ, quæ exemplaris hujus excellentiam summopere commendant, hic accuratius sunt explanandæ. Quis sit Abbas Apolinarius, ad cujus duorum Codicum præstantissimorum fidem Esaïas & Ezechiel descripti fuere, hactenus comperire non potuimus; si quando autem ope monumenti cujuspiam id deprehendi valeat, inde Codicis, de quo nunc agitur, ætas notior evadet: quamquam vix dubitem esse octavo circiter sæculo conscriptum. In priore autem nota, binæ aliæ vetustiorum exemplarium notæ continentur. Prior nota est Codicis Apolinarii Abbatis & Cœnobiarchæ, unde exscriptus hic Marchalianus Hesaïæ textus fuerat: qui Hexapla editionum complectebatur, & cum altero Hexaplorum Codice collatus fuerat. Hujus item postremi Hexaplorum Codicis nota ibidem altera describitur: qua dicitur hoc postremum exemplar magna accuratione emendatum fuisse; ad fidem nempe Hexaplorum & Tetraplorum Origenis: itemque ad fidem Commentariorum Origenis in Hesaïam, & ad fidem Commentariorum Eusebii in eumdem Prophetam.

In altera vero nota ante Ezechielem posita, continetur item vetustioris Codicis nota alia, qui postremus ipsius Eusebii Cæsarienſis manu correctus & scholiis illustratus, quique item manu Pamphili, una cum Eusebio ad id operam dantis, emendatus fuisse traditur. Hæc porro vetustioris exemplaris nota, ipsius Eusebii Cæsarienſis manu descripta fuit, ut docemur his verbis, ὁ Εὐσέβιος ἐγὼ σχόλια πρέθηκα, Πάμφιλος καὶ Εὐσέβιος ἐδιωρθώσατο. Id est, *Ego Eusebius scholia adjeci: Pamphilus & Eusebius correxerunt.* Codex igitur ille partim Eusebii manu scriptus, atque Pamphili & Eusebii manu emendatus, penes Apolinarium Abbatem erat. Exemplar porro illud Eusebii manu notatum & emendatum, ad fidem Origenis Hexaplorum & Tetraplorum, quæ ipsius Origenis manu scholiis illustrata & emendata fuerant, ut in nota fertur, descriptum fuerat. An vero etiam Hexapla & Tetrapla illa, Origenis manu emendata & notis illustrata, penes Abbatem Apolinarium fuerint, nescitur, neque in nota fertur supra. Quamobrem si quid secus dixerim Libro primo ubi alphabetico ordine nomina Calligraphorum, & eorum quorum jussu vel opera Codices exscripti sunt, recensui; id ex hoc loco emendes velim, ad voces *Apolinarius*, *Eusebius*, *Origenes*, & *Pamphilus*. Cum hæc enim descripsi nondum Codicem ipsum RR. PP. Jesuitarum, olim Renati Marchali, consulueram; neque rem adeo accurate disquisieram. De Tetraplis vero, Hexaplis & Octaplis fuse agetur in collectione Hexaplorum, propediem in lucem edenda.

Restat ut ea, quæ in specimine eximii Codicis feruntur, hic vulgaribus typis edamus.

Jerem. 44. 1.

Ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς Ιερεμίαν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς κατοικοῦσιν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐν

Verbum quod factum est ad Jeremiam omnibus Judæis habitantibus in terra Ægypti, & sedentibus in

Μαγδωλῷ, καὶ ἐν Τάφναις, καὶ ἐν γῇ Παθούρης λέγων·

Magdolo, in Taphnas, & in terra Pathures dicens:

Οὕτως εἶπε κύριος ὁ θεὸς Ισραήλ· ὑμεῖς ἑωράκατε πάντα τὰ κακὰ ἃ ἐπήγαγον ἐπὶ Ιερουσαλὴμ καὶ ἐπὶ πόλεις Ιούδα, καὶ ἰδοὺ εἰσὶν ἔρημοι ἀπὸ οἰκούντων, ἀπὸ προσώπου πονηρίας αὐτῶν.

Sic dixit Dominus Deus Iſraël: vos vidiſtis omnia mala, quæ induxi ſupra Jeruſalem, & ſupra civitates Juda: & ecce deſertæ ſunt ab habitatoribus, a facie malitiæ eorum.

Ad imum Tabulæ literas, quæ in ſpecimine non occurrebant, ſecundum formam, qua in Codice manuſcripto habentur, adjecimus.

Ex Codice Colbertino, num. 700. octavi ut æſtimatur ſæculi, ſpecimen ſequens profertur: ubi character uncialis partim oblongus, partim rotundus, in quibuſdam literis; in aliis vero quadrus. In cujus frontiſpicio hæc Carmina, eadem forma leguntur, aureis literis. In hoc Codice major interpunctio ſuperne, minor inferne locatur. Accentus ac ſpiritus notantur, ſed non accurate, nam plerique omittuntur. Aureis literis paſſim fulget hic Codex; maximeque initio, ubi ſequens carmen legitur aureis characteribus exaratum.

IAMBΞIPNN.

Σαφῶς ὁ Μωσῆς νόμον ὑπαγορεύσας
Εδήλωσ' ὃ πρὶν ἐν γράμμασι τὴν χάριν·
Νυνὶ δ' χριστὸς τὴν χάριν ἐγχαράξας
Ἀφῆλεν εὐθὺς τὸ γράμμα ὡς σκιώδες·
Καὶ τύπος ἄλλος αἰτεσήχθη δογμάτων,
Καρτὶ τὸ ξένιον ὑφηγορίαν ἔχων·
Ἐχεῖ μὲν εἶργε τῶν πραγμάτων ἡ πρᾶξις
Ἐνταῦθ' ᾠδὴ καὶ λόγοις κ' εὐθυμήσεις.
Ὅθεν συζεύξας ὡς τετράπωλον ἅρμα
Ματθαῖον, Μάρκον, Λουκᾶν καὶ Ἰωάννην,
Χριστὸς δι' αὐτῶν τὸ τετράστοιχον κτίσιν
Ἐπιβὰς διέδραμεν ὡς ἡνίοχος.
Τῶ πνεύματος δὲ τὸ χαλινὸν οἱ μύσται
Σιαγόσι (sic) φέροντες καθαρῷ πώλοι,
Λόγῳ τὴν ὁδὸν καὶ συγγραφῆς τὸν τρόχον
Εὐσόχως ἐβάδισεν θείως σκιρτῶντες.
Εὐθὺς δὲ πάλιν οἱ μετ' ἐκείνους τούτων
Ἰσόδρομα θέοντες θεῖοι πατέρες,
Τὸν συγγραφέα διώκοντες ἀκριβεστάτῳ
Διῆλθον αὐτὸν ἕτερον τύπον κόσμου,
Οὗ καὶ φέρουσα χριστοῦ ἡ ἐκκλησία
Μαρμάρεται (sic) νεῶ καὶ φωτίζεται λίθῳ,
Καὶ τῆ τειάδος καταπλήττει τὸ κάλλος.

IAMBI

Quid ſibi velint ſequentes literæ ignoratur.

Moyſes cum clare legem dictavit,
Oſtendit olim in litera gratiam:
Nunc autem Chriſtus, ubi gratiam inſculpſit,
Suſtulit ſtatim literam ut umbroſam:

ΤΗΕΠΑΥΡΙΟΝΤΗCΗ

ΕΥΑΓΓΚΑΜΑΤ ΤΩΝΘΕΝΟΥ



ΕΙΠΕΝΟΚC ΡΑΝΟΙCΔΙ

ΟΡΑΤΕΜΗ ΑΠΑΝΤΟC

ΚΑΤΑΦΡΟΝΗ ΒΛΕΠΟΥCΙ

CΗΤΕΘΕΝΟC ΤΟΠΡΟCω

ΤΩΝΜΙΚΡΩΝ ΠΟΝΤΟΥΠC

ΤΟΥΤΩΝ ΜΟΥΤΟΥΕ

ΛΕΓΩΓΑΡΥ ΝΟΥΝΟΙC

ΜΙΝΟΤΙΟΙ ΗΛΘΕΝΓΑΡΟ

ΑΓΓΕΛΟΙΑΥ ΥCΤΟΥΑΝΟΥ

Z Ξ X Ψ Б

Aliuſque doctrinæ modus invectus eſt,
Qui præcelſam, novam & ſtupendam prædicationem habet.
Illic quidem ab actibus coercebat,
Hic autem fere a verbis & cogitationibus.
Unde ceu quadrigam jungens
Matthæum, Marcum, Lucam & Joannem,
Chriſtus per ipſos naturam quatuor elementis conſtantem,
Iis inſidens, quaſi auriga peragravit.
Myſtæ autem ſpiritus frænum
Maxillis ferentes pullorum inſtar,
Verbi viam & Scripturæ ſemitam
Recto curſu peragrarunt divine exſilientes.
Exinde rurſus qui poſt illos fuerunt,
Æquali curſu properantes divini Patres,
Scripturam nacti accurate deſcriptam,
Diſtinxerunt illam alio modo atque ornatu:
Quem geſtans Chriſti Eccleſia
Nunc reſplendet & valde illuſtratur,
Atque Trinitatis pulcritudinem conſpicit.

Diſtinctio autem illa a SS. Patribus invecta, ſunt Evangelia atque libri novi Teſtamenti per ordinem diſpoſita & diviſa, ut per totum annum, ſecundum temporum & ſolemnitatum rationem, in Eccleſia recitentur, cum inflexionibus vocum, quæ certis ſignis & apicibus notantur in hoc Codice, ut videas in ſpecimine. Codex eſt forma penitus quadra, ut conſpicere licet: nam totam paginam delineavimus. Ibi perpetua vocalium commutatio occurrit, nempe τῦ ι in η, & vicïſſim τῦ υ in οι; ει in ι, &c. quas jam in marmoribus & libris antiquioribus, ſed rarius obſervavimus:

Alphabeti literas, quæ in ſpecimine non occurrebant, ſubjunximus. Exemplum hoc modo vulgaribus typis ſcribitur.

Τῇ ἐπαύριον τῆς πεντηκοστῆς.
Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον.
Εἶπεν ὁ κύριος, ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. ἦλθεν γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

Feria ſecunda Pentecoſtes.
Evangelium ſecundum Matthæum.
Dixit Dominus, videte ne contemnatis unum ex puſillis iſtis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei qui in cælis eſt. Venit enim Filius hominis.

CAPUT VI.

Specimina Characterum uncialium octavi & noni ſæculi ex Codicibus Regio, Florentino, Colbertino, & tribus aliis Italicis.

HACTENUS literas propemodum quadras & rotundas vidimus in exemplaribus Græcis; quadras ſcilicet in H, M, N, Π; rotundas in Ε, Θ, O, C, Φ; cæteras vero diductiores laxioreſque. Deinceps autem oblongiores & ſtrictiores habentur in Codicibus octavi, nonique ſæculi: quo-

rum aliqui ætatis notam præferunt. Alii autem Codices minus quidem à quadra illa priſca & rotunda characterum forma deflexerunt; ſed literas habent reclinatas, & quaſi propendentes, ut vides in ſpecimine ſequenti manuſcripti Baſiliani, qui etiam puncta craſſiora & figurâ penitus quadratâ exhibet. Ubi advertas ex iis qui literas reclinatas habent, alios ad dexteram, alios ad ſiniſtram deflectere. Obſerves item in Codicibus iſtius ævi literas Θ & Δ ſic depingi . Raroſque eſſe maxime in Δ, qui ab hac norma diſcedant. Libros porro vetuſtos hac ratione deſcriptos ingenti numero vidimus, in Bibliothecis Galliæ & Italiæ. Quò plus enim ad poſteriora ſæcula proceſſum eſt, eo plura exemplaria ſervata ſunt. Neque prætermittendum eſt, multos etiam hujuſmodi Codices octavi & noni ſæculi exſtare variis in Bibliothecis, ubi eraſis ac pene deletis prioribus; nova ſuperſcripta ſunt, quod item in Codicibus remotioris ævi ſupra obſervavimus. Inter hos autem recentiores unum in Bibliotheca Colbertina offendi, ubi opera Dionyſii octavo circiter ſæculo deſcripta fuerant, deinde vero elapſis tribus quatuorve ſæculis nova ſuperinducta ſunt; ita tamen ut utraque ſcriptura legi facile poſſit, quod arte an caſu factum ſit ignoro. Ex iis vero exemplaribus ubi continuatis calami ductibus characteres colligantur, qui mos octavo aut nono ſæculo primum uſurpatus deprehenditur, tres aut quatuor vidi, ubi item deleta priore ſcriptura, recentior inducta fuit; quorum unus in Bibliotheca RR. PP. S. Baſilii Romæ, bombycinus eſt, continetque Andreæ Cretenſis opus in Apocalypſin. Vetuſtior autem ſcriptura, ibi pene deleta & obliterata, quid complectatur ignoro.

Multi Codices hujuſmodi, charactere videlicet unciali oblongo ac deflexo ad uſum Chori & Officii Eccleſiaſtici exarati, variis in Bibliothecis exſtant, qui ad inflexiones vocum, in Officio Eccleſiaſtico inter legendum obſervari ſolitas, notulas quaſdam & lineolas variæ formæ exhibent: ut in ſequentibus exemplis animadvertas. Hi vero, nempe ad uſum Chori deputati libri, non octavo tantum & nono; ſed etiam decimo ſæculo, forteque poſterius, literis uncialibus oblongis ac plerumque reclinatis ſcripti comperiuntur: tuncque ætas petitur ex notis marginalibus aut aliis, quæ ſubinde charactere ligato interſeruntur; ut infra dicetur de Codice quodam Evangeliorum charactere unciali deſcripto. Secus autem de aliis exemplaribus manuſcriptis, ſive Sanctorum Patrum, ſive aliorum: nullum enim hactenus vidi, unciali charactere exaratum, quod poſt nonum ſæculum deſcriptum feratur; licet multos decimi ſæculi Codices evolverim, in quibus ſcriptionis annus a καλιγράφῳ, ſive Librario notatur. Secundum eam ſcribendi rationem hic quinque ſpecimina duabus Tabulis proferimus. Primum ex Codice Colbertino num. 5149. membranaceo, VIII. circiter ſæculi, qui ex Cypro in Bibliothecam Colbertinam advectus eſt anno 1673. continetque quatuor Evangelia unciali charactere oblongo & erecto. Ibi puncta rotunda ſunt, ac ut plurimum perite poſita: reliqua túte obſervabis. Quæ autem in exemplo ſunt, vulgaribus typis ita legimus.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρῴδου, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ λέγων· ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ

Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto, dicens: Surge & accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui

Τοσδε τοῦ Ἡρῴδου ἰδοὺ ἄγγελος κυ κατ' ὄναρ
φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ. ἐν Αἰγύπτῳ λέγων
Ἐγερθεὶς. παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μ̅τ̅ρ̅α
αὐτοῦ. καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰ̅σ̅ρ̅λ̅. τεθνήκα
σι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παι
δίου. ὁ δὲ ἐγερθεὶς. παρέλαβε τὸ παιδίον·
καὶ τὴν μ̅τ̅ρ̅α αὐτοῦ· καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰ̅σ̅ρ̅λ̅·
ἀκούσας δὲ, ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς
Ἰουδαίας· ἀντὶ Ἡρῴδου τοῦ πρ̅ς̅ αὐτοῦ· ἐ
φοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματισθεὶς δὲ

II

Τὴν μὲν εὐγενειᾶ
τότε περιφανὲς
ἐν πλούτῳ τοῦ με
γάλου Διονυσίου.
καὶ μόνον αὐτὸ τὸ
κατ' Ἀθηναίους
βουλευτήριον κα
θ' ὃ βουλεύειν ἠρέ
θη Παρίστησιν·
Τῶν γὰρ Ἀρεοπαγι τῶν
εἷς ἐτύγχανεν οὗ
τος ὢν θεῖος ἐδή
λωσεν λουκᾶς ἱστο
ρῶν τὰς τῶν ἱερῶν
ἀποστόλων ἱερὰς πρά
ξεις· ζ †

οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ισραήλ. ἀκούσας δὲ ὅτι Αρχέλαος βασιλεύει τῆς Ιουδαίας ἀντὶ Ἡρῴδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματισθεὶς δέ.

quærebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerum & matrem ejus, & venit in terram Israël. Audiens autem, quod Archelaüs regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis, &c.

Secundum specimen prodit ex Codice RR. PP. S. Basilii Romæ, in membranis elegantissime descripto: cujus character uncialis ad dexteram propendet. Is octavo aut nono sæculo exaratus creditur, continetque vitam & opera S. Dionysii Areopagitæ. Puncta omnia quadrata sunt, & perite locantur ut plurimum. In Bibliotheca Colbertina paris pene ætatis Codex operum Sancti Dionysii habetur, de quo paulo ante: ubi altera recentior scriptura inducta fuit duodecimo sæculo; ita tamen ut utraque legatur: quod casu-ne an consilio factum nescio. Secundi speciminis Græca sic leguntur.

Τὸν μὲν εὐγένειάν, τό τε περιφανὲς ἐν πλούτῳ τῷ μεγάλῳ Διονυσίου, καὶ μόνον αὐτὸ ὃ ἐν Ἀθηναίοις βουλευτήριον, καθ' ὃ βουλεύειν ἠρέθη, πρὸς ἴσησιν τῶν ἐν Αρεοπαγίτῃσιν εἰς ἐπύγχανεν ὤν, ὡς ὁ θεῖος ἐδήλωσε Λουκᾶς ἱστορῶν τὰς τῶν ἱερῶν ἀποστόλων θείας πράξεις.

Nobilitatem & opulentiam magni Dionysii, vel unus in Senatu Atheniensium locus, ad quem cooptatus fuerat, satis declarat: nam in Areopagitarum numero censebatur, ut divinus Lucas in Actis Sanctorum Apostolorum narrat.

In hoc autem specimine, perinde atque in tertio Tabulæ sequentis, litera ξ sic exaratur ϗ. Hæc ad priorem Tabulam.

In altera Tabula tria exempla octavi item aut noni sæculi exhibentur. Primum, excerptum est ex Evangelistario Græco Basilianorum: ubi character uncialis oblongus & erectus est, nec reclinatus ad dexteram vel sinistram. Notulæ autem hic & in sequenti Evangeliario positæ sunt ad inflexiones vocum, in cantu Evangelii observari solitas. In hoc specimine, perinde atque in duobus prioris Tabulæ, accentus & spiritus plerumque negliguntur, quia non diu erat cum in vulgaribus libris adscribi cœperant. In primo specimine hæc habentur, λόγῳ, ὃν εἶπεν ὁ Ἰησοῦς: *Sermoni quem dixit Jesus,* Post sequitur, τῷ σαββάτῳ τῆ Διακαινησίμῳ: id est, *Sabbato Renovationis*, & subjungitur Evangelium Sabbato *in Albis*, ut nos vocamus, recitari vel cantari solitum, nempe, Joan. 3. 22.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ιουδαίαν γῆν, καὶ ἐκεῖ διέτριβεν μετ' αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζον· (sic) ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐν Αἰνών, ἐγγὺς [sic pro ἐγγὺς] τοῦ Σαλήμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ, καὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο.

In illo tempore, venit Jesus & Discipuli ejus in Judæam, & ibi morabatur cum illis, & baptizabat. Erat autem & Joannes baptizans in Ænon, prope Salem, quia aquæ multæ erant ibi: & accedebant & baptizabantur.

Διακαινήσιμος apud Græcos dicitur tota hebdomas festum Paschatis subsequens, quia tunc Christiani in Resurrectione Domini renovantur. Frequentissimæ autem in hoc specimine vocalium commutationes occurrunt; τῇ ι in η, τῇ υ in οι; & similes. Hoc porro fragmentum ex forma accentuum & spirituum, & ex frequentibus mendis, cæteris recentius esse suspicor.

Secundum specimen, est fragmentum alicunde divulsum, & a D. Anselmo Bandurio viro docto mihi oblatum, ubi character oblongus ad sinistram recli-

I

ΛΟΓΩ·Ο ΕΙΠΕΝΟΙΣ
ΤΕ ΤΗΣΔΙΑΚΟΝΙΑΣ
ΩΚΑΙΡΩΕΚΕΙΝΩ
ΗΛΘΕΝΟΙΣΚΑΙ
ΟΙΜΑΘΗΤΑΙΑΥ
ΤΟΥΕΙΣΤΗΝΙΟΥ
ΔΑΙΑΝΓΗΝΚΑΙ
ΕΚΕΙΔΙΕΤΡΙΒΕΝ
ΜΕΤΑΥΤΩΝΚΑΙ
ΕΒΑΠΤΙΖΕΝ·ΗΝ
ΔΕΚΑΙΙΩΑΝΝΗΣ
ΟΒΑΠΤΙΖΩΝΕΝ
ΑΙΝΩΝΕΓΓΥΣΤΟΥ
ΣΑΛΗΜΟΤΙΥΔΑ
ΤΑΠΟΛΛΑΗΝΕΚΕΙ·
ΚΑΙΠΑΡΕΓΕΝΟΝΤΟ
ΚΑΙΕΒΑΠΤΙΖΩΝ
ΞΦΤ

II

ΑΡΠΑΓΕΣ·ΑΔΙΚΟΙ·
ΜΟΙΧΟΙ·ΗΚΑΙΟ
ΣΟΥΤΟΣΟΤΕΛΩΝΗΣ·
ΝΗΣΤΕΥΩΔΙΣΤΟΥ
ΣΑΒΒΑΤΟΥ·ΑΠΟ
ΔΕΚΑΤΩΝΠΑΝΤΑ·
ΟΣΑΚΤΩΜΑΙ·ΚΣ
ΟΤΕΛΩΝΗΣΜΑΚΡΩ
ΘΕΝΕΣΤΩΣ·ΟΥΚΗ
ΘΕΛΕΝ·ΟΥΔΕ
ΤΟΥΣΟΦΘΑΛΜΟΥΣ
ΤΟΝΟΙΚΟΝΑΥΤΟΥ
ΗΓΑΡΕΚΕΙΝΟΣ·Ο
ΤΙΠΑΣΟΥ·ΩΝΕ
ΑΥΤΟΝΤΑΠΕΙΝΩ
ΘΗΣΕΤΑΙ·Ο ΔΕ
ΤΑΠΕΙΝΩΣΗ·ΕΑΥ
ΤΟΝ·Υ·ΩΘΗΣΕ

III

Ἀλλὰ φιλοπονώτερον τὴν προκειμένην τῆς προσευχῆς
ῥῆσιν κατανοήσωμεν. ὅπως γένοιτό τις καὶ ἡμῖν διὰ
τῆς τοῦ νοήματος θεωρίας. πρὸς τὸν ὑψηλὸν βίον χει
ραγωγία. ἐξετάσωμεν τοίνυν ποῖα μὲν ὀφειλήματα
ἐστὶν ἃ ὤφειλεν ἡ ἀνίνητη φύσις· ποῖα δὲ πάλιν ἐκεῖνα· ὧν
ἡμεῖς τῆς ἀφέσεως κύριοι· εἰκὸς γὰρ τοῦ ταῦτα γνῶναι,
γένοιτ' ἂν ἡμῖν τῆς ὑπερβολῆς τῶν θείων ἀγαθῶν
ἢ τῆς ἀραχμησὶ ἀπωλείας. καὶ ἐν τῇ τοῦ πρεσβυτέρου ἀνα
χωρήσει· καὶ ἐν τοῦ τιμίου πλούτου διαφορᾷ· καὶ ὅσα τοι

natur, continetque hiſtoriam Phariſæi & Publicani. Luc 18. 11. nimirum.

Ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοί· ἢ κὰ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι. κὰ ὁ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς, οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς. . . . τὸ οἶκον αὐτοῦ ἢ γὰρ ἐκεῖνος. ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται.

Raptores, injuſti, adulteri, velut etiam hic Publicanus. Jejuno bis in Sabbato: decimas do omnium quæ poſſideo. Et Publicanus a longe ſtans, nolebat nec oculos ſuos.... in domum ſuam magis quam ille: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Tertium ſpecimen, minutiore, ſed tamen unciali, charactere deſcriptum, prodit ex Codice mutilo RR. PP. S. Baſilii Romæ, eſtque cujuſdam S. Patris opus de Oratione: quod vulgaribus typis ita ſcribitur.

Ἀλλὰ φιλοπονώτερον τὴν προκειμένην τῆς προσευχῆς ῥῆσιν καταμοήσωμεν· ὅπως ἡμῖν γένοιτό τις κὰ ἡμῖν ἀφορμὴ τῆς τοῦ νοήματος θεωρίας πρὸς τὸν ὑψηλὸν βίον ἀναγωγία. ἐξετάσωμεν οὖν ποῖά μὲν ὀφλήματα ἐστὶν ἃ ὤφλεν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις· ποῖα δὲ πάλιν ἐκεῖνα, ὧν ἡμῖν ἡ ἀφέσεως κύριοι. ἐκ γὰρ τοῦτο γνῶναι, γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἡ ὑποβολὴς τῆς θείων ἀγαθῶν. . . . . ἡ ἡ δραχμῆς ἀπώλεια, κὰ ἡ ἡ τοῦ πατρὸς τραπέζης ἀναχώρησις, κὰ ἡ τοῦ πλούτου διαφορὰ, κὰ ὅσα τοι.

Sed propoſita orationis verba attentius conſideremus; ut ex ſententiæ ſpeculatione quidam nobis ad altiorem vitam ductus accedat. Diſquiramus igitur, quænam ſint humanæ naturæ debita: quænam rurſus ea quorum venia & remiſſio penes nos eſt. Ex hujuſmodi namque cognitione divinorum nobis bonorum præſtantia. . . . . Drachmæ jactura, receſſus a menſa patris, & pretioſarum divitiarum diverſitas.

Eodem porro characteris genere Bibliorum codex habetur apud Baſilianos; itemque alii Libri ejuſdem ævi & formæ.

CAPUT VII.

Specimen Græcum noni ſæculi apud Latinos, ex Pſalterio Monaſterii S. Michaëlis in Lotharingia, quod Sedulii Scotti manu exaratum fuit: exemplum ſcripturæ per κῶλα & κόμματα ex eodem Codice. Prophetiæ Externorum de adventu Chriſti ibidem. Specimen ex Gloſſario Laudunenſi Græco-Latino. Epiſtola Amanuenſis ad quemdam Abbatem.

Dum ſcriptioni veteri Græcæ explorandæ otium tererem, acceſſit ope viri docti D. Auguſtini Calmet, ſupra memorati, exemplum quoddam ex Codice manuſcripto Monaſterii S. Michaëlis Diœceſis Virdunenſis in Lotharingia: ubi Pſalterium habetur Græce deſcriptum a Sedulio Scotto; ut ad calcem libri legitur: Σεδύλιος Σκώτος ἐγὼ ἔγραψα. *Ego Sedulius Scottus ſcripſi.* Qui Sedulius, non ille quidem Cœlius Sedulius Scottus eſt, qui ſæculo quinto carmina quædam & alia opuſcula edidit; ſed alter Sedulius Scottus Hybernienſis, qui nono ſæculo floruit, de quo Hepidamus Monachus Sancti Galli, in Annalibus brevibus a Ducheſnio editis t. 3. hiſtoricorum Franciæ, hæc habet pag. 473. *Anno* 818. *Sedulius Scottus clarus habetur.* Hunc ipſum eſſe qui Codicem ſcripſit tum nomen cognomenque ſuadent, tum ætas manu-

ſcripti, qui noni ſæculi notam præfert tam in Græcis, quam in Latinis, quæ eadem manu poſt Pſalterium adjiciuntur, ut infra dicetur; tum etiam peritia Græcæ linguæ, quam in Commentariis ſuis in Epiſtolas Pauli, jamdiu editis, præfert Sedulius ille Scottus: nam frequenter ibi de lectione Græca, nec prorſus indoctè diſſerit: unde Commentarii pro illa ætate inter præſtantiores computandi ſunt.

Poſtea vero ipſe liber allatus nobis eſt a D. Sebaſtiano Mourot Monacho Benedictino Congregationis S. Vitoni: unde majores accuratioreſque notas excerpſimus. Fuit olim S. Nicolai de Prato Virdunenſi, ut ultimo folio legitur, *Iſte liber eſt beati Nicolai in Prato Virdunenſi*, quæ manus eſt xv. ſæculi. Ibidem ad imum paginæ hæc habentur.

Anno ſalutis Chriſtianæ 1503. *die prima Novembris, Apoſtolica ſede bis eodem anno per Alexandri VI. & Pii III. Romanorum Pontificum obitum Paſtore carente, liber hic Pſalmorum ex Bibliotheca Monaſterii Divi Nicolai de Prato extra muros Virdunenſes, mihi Johanni Colardo Præpoſito Beatæ Mariæ Magdalenæ, & Archidiacono de Vepria, Virdunenſium Eccleſiarum ejuſdem Sedis Apoſtolicæ Protonotario, precariò datus eſt: quem quidem reſtitui decima menſis Decembris* 1503. *anno primo Sanctiſſimi D. N. D. Julii Papæ II.*

Θεῷ χάρις: ἄμην.

Joan. Colardi.

Hoc porro Pſalterium charactere unciali deſcriptum eſt. Forma literarum aliquid peregrini olet, ut in aliis pene omnibus, qui a Latinis conſcripti ſunt, Græcis Codicibus obſervatur; ut ſupra annotavimus, cum de Bononienſi Lactantii Codice egimus. Etſi vero non ita perite exaratus ſit Codex, nihil ſtupendum in Latino ſcriba: nam ſi Græci Calligraphi ejuſdem ætatis frequentes vocalium commutationes; nempe τὸ αι in ε, τὸ η in ι, τὸ ει & οι in υ paſſim admittunt; quid mirum ſi Latinus ſcriba, αἰτῆται pro αἰτῆτε dicat, γλυκώσις pro γιγώσις & ſimilia: ſed tamen non ita frequenter ſenſum interturbat: quo videatur Græce non imperitum, ut illa ætate, fuiſſe Sedulium Scottum. Et advertas velim mutationes τὸ η & υ, quæ literæ frequenter occurrunt, rariores in ſpecimine eſſe, quam apud Græcos multos hujus ævi. In ſumma inter Latinos, qui ſæculo nono Græce utcumque calluiſſe feruntur, cum primis numerandus eſt Sedulius ille Scottus: quæ tamen non ſumma laus eſt.

Hic obſervandum eſt, poſt ſingulas voces puncta adſcribi, ut in multis vetuſtiſſimis inſcriptionibus; idque haud dubie factum, ne Lectores Latini, Græce minus periti, inter legendum hærerent, neu ſyllabas alterius vocis cum altera conjungerent. Quare ad finem linearum & verſiculorum puncta vulgo omittuntur, quia cum exemplar ſit στιχηδὸν ſcriptum, verſiculus ſemper cum linea deſinit. Accentus item cujuſvis generis uno puncto notantur, ut vides in ſpecimine: ſpiritus negliguntur. Accentus autem; acutum neinpe, gravem & circumflexum, uno puncto indiſcriminatim annotatos nuſpiam alias vidimus. Qui porro uſus accentuum fuerit in vocali pronuntiatione, & qua ratione ſyllabarum quantitatem & accentuum inflexionem veteres conciliaverint, nondum ita perſpicue explanatum eſt.

In ſpecimine autem habetur Pſalmus primus & poſtremus, ſcilicet centeſimus quinquageſimus, qui in Libris ſacris eſt ultimus: nam centeſimus quinquageſimus primus, qui ſuperadditus fuit, neque in Hebraïco, nec in vetuſtiſſimis olim Bibliis Græcis extabat. Hujus vero tres primi verſiculi in ſpecimine

SPECIMEN EX PSALTERIO SEDULII SCOTTI MANU GRÆCE SCRIPTO, IX. SÆCULI.

Μ ψαλτηριον ψαλμος τω δαδ πρωτος
μακαριος. ανηρ. ος. ουκ επορευθη. εν βουλη. ασεβων.
και. εν. οδω. αμαρτωλων. ουκ εστη.
και. επι κα θεδρα". λοιμων. ουκ εκαθισεν
αλλη. εν. το. μομω. κυ. το. θελημα. αυτου
και. εν. τω. μομω. αυτου. μελετησει. νυκτας. και. μυκτος
και. εσται. ως. το. ξυλον. το πεφυτευμενον
παρα τας. διεξοδους. των. υδατων
ο. τον. καρπον. αυτου. δωσει. εν. καιρω. αυτου
και. το. φυλλον. αυτου. ουκ. απορρυησεται
και. παντα. οσα. αν. ποιει. κατευοδωθησεται
Ουχ. ουτως. οι. ασεβεις. ουχ. ουτως
αλλ ως. ηχμους. ον. εκριπτη. ο. ανεμος. απο προσωπου. της. γης
δια τουτο. ουκ. αναστησονται. ασεβεις εν. κρισει
ουδε. οι. αμαρτωλοι. εν. βουλη. δικαιων
οτι. γεινωσκει. κς. οδον. δικαιων
και. οδος. ασεβων. απολειται

Ασ. ρμ. αλληλουια. αγε. αγε.
Αιμειται. τον κν. εν. τοις. αγιοις. αυτου
αιμειται. αυτον. εν. στερεωματι. δυναμεως. αυτου
αιμειται. αυτ. εν. ταις. δυναστειαις. αυτου
αιμειται. αυτον. κατα το. πληθος. της. μεγαλωσυνης. αυτου
αιμεται. αυτον. εν. ηχω. σαλπιγγος
αιμειται. αυτ. εν. ψαλτηριω. και. κιθαρα
αιμειται. αυτον. εν. τυμπανω και. χορω
αιμειται. αυτον. εν. χορδαις. οργανω
αιμειται. αυτον. εν κυμβαλοις. ευηχοις.. αιμειται. αυτ. εν. κυ
αλαλαγμου.. πασα. πνοη. αινεσατω. τον κν
Ουτος. ο. ψαλμος. ιδιογραφος. του. δαδ. κ. εξ. ο θεν. του. αριθμου
στεφανου. ο Μαχισεν. προς. τον γολιαδ.

Μικρος. ειμι. εν. τοις. αδελφοις. μου
και. νεωτερος. εν. τω. οικω. του. πατρος. μου
εποιμαινον. τα προβατα. του. πατρος. μου

... ευχας θω εγω αμαρτωλος γραψα.
σηδουλος. σκοττος. εγραψα.
(εγω)

habentur: cæteri novem ejuſdem ſuperadditi Pſalmi nullo diſpendio omittuntur in exemplo, licet in Codice habeantur. Poſt completum vero hunc poſtremum & ſupervacaneum Pſalmum, legitur qua forma vides in ſpecimine,

...βίχας Θεῷ ἐγὼ ἁμάρτωλὸς προσ̣ξ̣ο...
Σηδύλιος Σκώτος ἐγὼ ἔγραψα.

Hoc eſt.... *Vota Deo ego peccator.... ego Sedulius Scottus ſcripſi.*

Obſervatu dignum eſt, hunc Codicem, ut dixi, στιχηρῶς ſive cum verſiculorum diſtinctione ſcriptum eſſe. Etſi porro de verſiculorum priſca illa diviſione actum a nobis ſit in primo Libro, non ab re fuerit diſtinctionem illam vulgari characterum forma depingere, eodemque modo Latine vertere; ut ſi quis στίχων ejuſmodi memoriam apud veteres deprehendat, quod frequenter occurrit, ſtatim quid iis ſignificetur intelligat.

Ψαλτήριον. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ προφήτου.
Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν
Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη
Καὶ ἐν καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε
Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ
Καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός
Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον
Παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων
Ὃ τὸ καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ
Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται
Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται
Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως
Ἀλλ' ἢ ὡς * ὁ χοῦς, ὃν ἐκβάλλει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς
Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει
Οὐδὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων
Ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων
Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται

* in Codice è mendoſe.

Poſtremus vero Pſalmus, ſcilicet CL. ſic per verſiculos diſtinguitur.

Ρν'. Ἀλληλούια.
Αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ
Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ
Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ταῖς δυναστείαις αὐτοῦ
Αἰνεῖτε αὐτὸν κατὰ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσυνης αὐτοῦ
Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος
Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ
Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ
Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ
Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις
Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ
Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον.

in Mſſ. αἰνεῖται ubique.

Hæc illa vetus diſtinctio per verſus ſive per κῶλα & κόμματα erat, qua ad faciliorem lectionem utebantur antiqui; ita ut ſingulas periodi ſectiones a linea ducerent, & plerumque ſectiones illas ſeu verſiculos ad calcem operum enumerarent. Duos autem poſtremos verſiculos, quos brevioris ſpatii cauſa Sedulius Scottus conſequenter ſcripſerat, ut vides in ſchemate, a linea ſcripſimus pro veteri more.

Cæterum nota ſequens, Ἔστι ὁ ψαλμὸς ἰδιογράφος τοῦ Δαυὶδ, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ, ὅτε ἐμονομάχησε πρὸς τὸν Γολιάδ, ad ſubſequentem pſalmum ſuperadditum pertinet, & ita vertitur, *Hic Pſalmus propria Davidis manu ſcriptus, & extra numerum eſt : quando ſingulari certamine pugnavit cum Goliad.* Deinde ſequitur initium pſalmi ſuperadditi, Μικρὸς ἤμην &c. Pſalmi autem primus & ultimus ſic Latinè per verſiculos diſtinguuntur.

Pſalmus ipſi David 1.

Beatus vir qui non abiit in concilio impiorum
Et in via peccatorum non ſtetit
Et in cathedra peſtilentium non ſedit
Sed in lege Domini voluntas ejus
Et in lege ejus meditabitur die ac nocte
Et erit tamquam lignum plantatum
Secus decurſus aquarum
Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo
Et folium ejus non defluet
Et omnia quæcumque faciet proſperabuntur
Non ſic impii non ſic
Sed tamquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ
Ideo non reſurgent impii in judicio
Neque peccatores in concilio juſtorum
Quoniam novit Dominus viam juſtorum
Et iter impiorum peribit

Centeſimus-quinquageſimus ſic per verſiculos diſtribuitur.

CL. Alleluia.

Laudate Dominum in Sanctis ejus
Laudate eum in firmamento virtutis ejus
Laudate eum in virtutibus ejus
Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis ejus
Laudate eum in ſono tubæ
Laudate eum in pſalterio & cithara
Laudate eum in tympano & choro
Laudate eum in chordis & organo
Laudate eum in cymbalis beneſonantibus
Laudate eum in cymbalis jubilationis
Omnis ſpiritus laudet Dominum

Poſt Pſalterium ſequuntur Cantica ſcripturæ, nempe Canticum Exodi poſt tranſitum maris Rubri, Ἀσωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως, *Cantemus Domino, glorioſe :* Canticum Deuteronomii, Πρόσχες οὐρανὲ, καὶ λαλήσω, *Attende cælum & loquar :* Canticum Habacuc prophetæ, Κύριε ἐισακήκοα τὴν ἀκοήν σου, *Domine audivi auditum tuum :* Canticum Annæ Samuelis matris, Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν κυρίῳ, *Confirmatum eſt cor meum in Domino:* Cant. Heſaïæ, ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου, *De nocte vigilat ſpiritus meus :* Canticum trium puerorum, Εὐλογητὸς εἶ κύριε, *Benedictus es Domine ;* &, Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα, *Benedicite omnia opera :* Canticum Jonæ, Ἐβόησα ἐν θλίψει μου, *Exclamavi in preſſura mea.* Hæc omnia Græcè & Latinè ſecundum veterem verſionem Italam. Poſt ſequuntur Cantica novi Teſtamenti, *Magnificat, Benedictus*, &, *Nunc dimittis;* deinde, *Pater noſter*, & ſymbolum Nicænum, Græce & Latine omnia.

Quia vero vetus illa verſio Itala jamdiu maxima ſui parte periit, non abs

re erit hic primum Moysis Canticum Græce & Latine proferre prout habetur in Codice Sedulii Scotti: ubi Græca versio LXX. Interpretum στιχηρῶς sive per κῶλα & κόμματα scribitur; Latina autem versio vetus Itala per κῶλα item & κόμματα, sive per versiculos, e regione locatur.

Exod. 15. v. 1.

A. ᾠ δὴ τῷ (sic) ϵ ξόδυ.

Ἄσωμϵν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ μϵγαλωσηϛ (sic) δϵδόξασται (sic)
ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψϵν ϵἰς θάλασσαν
βοηθὸς καὶ ὑπϵρασπιστὴς ἐγένϵτό μοι ϵἰς σωτηρίαν (sic)
Οὗτος ὁ θϵός μου καὶ δοξάσω αὐτόν
Θϵὸς τοῦ πατρός μου, καὶ ὑψώσω αὐτόν
Κύριος συντρίβων πολέμους, κύριος ὄνομα αὐτῷ
ἅρματα Φαραὼ καὶ τὴν δυνάμιν αὐτοῦ ἔρριψϵν ϵἰς θάλασσαν
ἐπιλέκτους, ἐπιβάτας, τρισταξ (sic) κατεπόντισϵν ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ
πόντοι ϵκάλυψαν αὐτούς, κατέδυσαν ϵἰς βυθοὺς ὡσὶ λίθος
ἡ δϵξιά σου κύριϵ δϵδόξασται ἐν ἰσχύι,
ἡ δϵξιὰ τῶν χϵρῶν σου κύριϵ ἔθραυσϵν ἐχθρούς,
καὶ ἐν τῷ πλήθϵι τῆς δόξης σου συνέτριψας ἐχθρούς.
ἀπέστϵλας τὸν ὀργήν σου, καὶ κατέφαγϵν αὐτοὺς ὡς καλάμην,
καὶ διὰ πνϵύματος τοῦ θυμοῦ σου διέστη τὸ ὕδωρ
ἐπάγη ὡσὶ τεῖχος τὰ ὕδατα
ἐπάγη τὰ κύματα ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης
Εἶπϵν ὁ ἐχθρὸς διώξας καταλήψομαι
μϵρισῶ σκῦλα, ἐμπλήσω τὴν ψυχήν μου
ἀνϵλῶ τῇ μαχαίρᾳ μου, κυριϵύσϵι χϵίρ μου
* ἀπέστϵλας τὸ πνϵῦμά σου, καὶ ϵκάλυψαν αὐτοὺς θάλασσα
ἔδυσαν ὡσὶ μόλιβος ἐν ὕδατι σφοδρῷ
Τίς ὅμοιος σοι ἐν θϵοῖς κύριϵ; τίς ὅμοιος σοι
δϵδοξασμένος ἐν ἁγίοις, θαυμαστὸς ἐν δόξαις ποιῶν τέρατα
ἐξέτϵινας τὴν δϵξιάν σου καὶ κατέπιϵν αὐτοὺς ἡ γῆ
ὡδήγησας τῷ λαῷ σου τοῦτον, ὃν ἐλυτρώσω
προϵκάλϵσας ἐν τῇ ἰσχύι σου ϵἰς κατάλυμα ἅγιόν σου
ἤκουσαν ἔθνη καὶ ὠργίσθησαν
ὠδῖνϵς ἔλαβον κατοικοῦντας Φυλιστϵίμ
τότϵ ἐπτοήθησαν ἡγεμόνϵς Εδωμ
καὶ ἄρχοντϵς Μωαβιτῶν, ἔλαβϵν αὐτοὺς τρόμος
ἐπάχυνθησαν πάντϵς οἱ κατοικοῦντϵς Χαναάν
ἐπιπέσοι ἐπ' αὐτοὺς φόβος καὶ τρόμος ἐν μϵγάλῃ βραχίονός σου
ἀπολιθωθήτωσαν ἕως οὗ παρέλθῃ (sic) ὁ λαός σου κύριϵ
ἕως οὗ παρέλθῃ ὁ λαός σου κύριϵ
ὃν ἐκτήσω
ϵἰσαγαγὼν καταφύτϵυσον αὐτοὺς ϵἰς ὄρος κληρονομίας σου
ϵἰς ἕτοιμον κατοικητήριόν σου, ὃ κατϵργάσω κύριϵ
ἁγίασμα κύριϵ ὃ ἡτοίμασαν αἱ χϵῖρϵς σου
κύριος βασιλϵύων τὸν αἰῶνα καὶ ἐπὶ αἰῶνα καὶ ἔτι
ὅτι ϵἰσῆλθϵν ἵππος Φαραὼ σὺν ἅρμασι καὶ ἀναβάταις αὐτοῦ ϵἰς θάλασσαν
καὶ ἐπήγαγϵν ἐπ' αὐτοὺς ὁ κύριος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης
υἱοὶ δὲ Ισραὴλ ἐπορϵύθησαν διὰ ξηρᾶς ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης

* Mſ. ἀπέστϵλϵν.

Primum

Primum Canticum Exodi.

I. Cantemus Domino glorioſe enim magnificatus eſt,
equum & aſcenſorem projecit in mare;
Adjutor & protector factus eſt mihi in ſalutem.
Iſte Deus meus & glorificabo eum,
Deus Patris mei, & exaltabo eum.
Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt ei.
Currus Faraonis & exercitum ejus projecit in mare:
electos aſcenſores, ternos ſtantes, demerſit in Rubro mare,
Pelago cooperuit eos, devenerunt in profundum tamquam lapis.
II. Dextera tua, Domine, glorificata eſt in virtute,
dextera manus tua, Domine, confregit inimicos,
& per multitudinem gloriæ tuæ contribulaſti adverſarios.
Miſiſti iram tuam & comedit illos tamquam ſtipulam,
& per ſpiritum iræ tuæ diviſa eſt aqua.
Gelaverunt tamquam murus aquæ,
gelaverunt fluctus in medio mari.
III. Dixit inimicus, perſequens comprehendam,
partibor ſpolia, replebo animam meam:
interficiam gladio meo, dominabitur manus mea.
Miſiſti ſpiritum tuum & cooperuit eos mare,
deſcenderunt tamquam plumbum in aquam validiſſimam.
IV. Quis ſimilis tibi in diis, Domine, quis ſimilis tibi?
glorioſus in Sanctis, mirabilis in majeſtatibus, faciens prodigia:
Extendiſti dexteram tuam & devoravit eos terra,
gubernaſti populum tuum hunc, quem redemiſti.
Exhortatus es in virtute tua, in requie ſancta tua.
V. Audierunt gentes & iratæ ſunt,
dolores comprehenderunt habitantes Philiſtim,
Tunc feſtinaverunt duces Edom
& principes Moabitarum adprehendit illos tremor,
fluxerunt omnes habitantes Chanaan.
Cecidit ſuper eos timor & tremor, magnitudine brachii tui.
VI. Fiant tamquam lapis donec pertranſeat populus tuus, Domine,
uſque dum tranſeat populus tuus, Domine,
hunc quem adquiſiſti.
Inducens plantato eos in montem hæreditatis tuæ
in præparatam habitationem tuam, quam præparaſti, Domine,
ſanctificationem, Domine, quam paraverunt manus tuæ,
VII. Domine, qui regnas in æternum & in ſæculum & adhuc:
Quia introiit equitatus Faraonis cum curribus & aſcenſoribus in mare,
& adduxit ſuper eos Dominus aquas maris:
Filii autem Iſraël tranſierunt per ſiccum in medio mari.

Errata frequentia & mutationes vocalium obvias non expreſſimus in Græco textu : monuiſſe ſufficiat indiſcriminatim ε pro αι, & αι pro ε, ι pro ει & pro οι, ω pro ο, & viciſſim, & nonnumquam η & υ pro ι, ac e converſo, in hoc exemplari occurrere.

Hic ut longe prolixiores periodi texuntur; ſic etiam longiora κῶλα & κόμματα. Literis autem numericis, quales habentur ad marginem Latinæ verſionis, periodos annotaſſe puto Sedulium Scottum. Diviſiones autem iſtæ non ſemper recte poſitæ videntur : nec quadrant omnino cum aliis Scripturæ libris per κῶλα & κόμματα ſcriptis, quorum ſpecimina attulimus ſupra.

Verſio e regione Græci textûs LXX. Interpretum poſita, eſt vetus Itala, ut jam diximus. Ex illa autem verſione exſumtæ ſunt Antiphonæ multæ, Tractus, & aliæ partes Officii Eccleſiaſtici, ut etiam nunc in Eccleſia canuntur. Cujus rei conſpicuum exemplum habetur in verſiculo 26. hujus Cantici ſecundum veterem verſionem Italam, qui ſic habet : *Exhortatus es in virtute tua, in requie ſancta tua :* & feria quinta in Cœna Domini canitur pro Antiphona ad hoc Moyſis Canticum, mutato tamen illo, *in requie* : nam ibi legitur, *in refectione* : ac Antiphona ſic habet : *Exhortatus es in virtute tua & in refectione ſancta tua, Domine.* Hæc porro Antiphona ex ipſo Cantico pro more ſolito deſumta, ſecundum veterem Italam verſionem legitur, quia ſecundum eamdem verſionem, tunc in Eccleſia uſu receptam, totum Canticum in officio legebatur. Poſt invectam autem S. Hieronymi verſionem, Canticum quidem ut in eadem Hieronymi verſione erat, in officium inductum eſt; ſed priſca Antiphona ſecundum veterem Italam, ibidem relicta, hactenus canitur feria quinta in Cœna Domini. Quandonam autem ubique per Eccleſiam recepta fuerit S. Hieronymi verſio, non eſt præſentis inſtituti diſquirere. Sed non prætermittendum eſt, loco illius verſiculi, *Exhortatus es in virtute tua, in requie ſancta tua*, vel, *& in refectione ſancta tua;* in verſione S. Hieronymi legi, *Et portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculum ſanctum tuum.* Expreſſit autem ex Hebraïco נחלת בעזך אל-נוה קדשך. Vetus verſio hujus verſiculi, *Exhortatus es in virtute tua, in requie ſancta tua*, ex Græco pro more exprimitur, παρεκάλεσας ἐν τῇ ἰσχύϊ σου εἰς κατάλυμα ἅγιόν σου: qui locus ſic etiam verti poteſt, *Advocaſti in fortitudine tua in habitaculum ſanctum tuum.*

Ad calcem Codicis, ejuſdem Sedulii Scotti manu deſcripta ſunt teſtimonia & vaticinia Exterorum de Chriſto venturo; nempe Orphei, qui a Clemente Alexandrino, Θεολόγος, *Theologus* vocatur, Sibyllæ, Apollinis, Heſiodi, Mercurii Triſmegiſti : qualia multa a Juſtino Martyre, Clemente Alexandrino, Lactantio & aliis adferuntur. Inter ea vero, quæ Sedulius Scottus collegit, multa nondum edita ſunt: nec tamen hic edenda deſtinaveram; verum amicorum hortatui ceſſi, qui non prætermittenda cenſuere : quoniam etſi per ſe non tanti facienda videantur; in hoc tamen utilia, quod illuſtrandis veterum Patrum locis non parum conferant : & alioquin non tam prolixa ſunt, ut lectori faſtidium movere poſſint. Carmina Sibyllæ cum editis non ſemper conſentiunt : interdum etiam quæ in editis carmine exprimuntur, hic pedeſtri oratione jacent. Quare ut exſtant in hoc exemplari, non additis variis lectionibus, utpote nimiis, illa ſubjungimus. Cæterum quædam hic Arianiſmum olent, ab Ariano fortaſſe quopiam adjecta.

Orpheus dicit.

Πρωτόγονος Φαέθων τηλεμήκεος ἤερος υἱός.

Ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον, ὁ ὴ θεὸς εἷς.

Ὁ ὴ εἷς ὀνόματος οὐ προσδέομαι· ἔστι γὰρ ὁ ὢν αἰώνυμος.

Σιοὺς Deos, non Θεὺς : & concilium, non βυλὴ, sed βυλίας appellabant. *Sedul.*

Sibylla. Εἷς Θεὸς ὁ μόνος, ἄγχι τε ὑψιμέδης, ἀγήρατος.

Ἀλλὰ Θεὸς μόνος, εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν

Οὐρανὸν ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,

Καρποφόρον γαῖάν τε καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.

Αὐτὸν τ' μόνον ὄντα σέβεσθε, ἡγήτορα κόσμου.

Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη.

Μόνος γὰρ θεός εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς ἄλλος.

Apollo dicit. Αὐτοφυής, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀτυφέλικτος.

Ὄνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἔμπυρος αἰών.

Τοῦτο θεός· μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἀγγέλοι ἡμῖν.

Πάνσοφε, πανδίδακτε, πολύτροφε, καὶ δαῖμον.

Ἁρμονίη κόσμου, φαεσφόρε, πάνσοφε δαῖμον.

Δαίμονες οἱ φοιτῶσι περὶ χθόνα, καὶ περὶ πόντον,

Ἀκάμαντα δάμνανται ὑπὸ μάστιγος θεοῦ.

Αὐτοφυὴς, αὐτογενὴς, ἀγήρατος, ἀπήνη.

Sibylla. Οὐ δύναται ἀνδρὸς ἐκ μητρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.

Δαίμονας ἀψύχους, νεκύων εἴδωλα καμόντων,

Ὧν Κρήτη κεύχημα, πάρος ἡ δύσμορος ἔσται.

Orpheus. Πρῶτός τις μὲν ἄνασσεν ὑπὲρ χθονίων Κρόνος ἀνδρῶν.

Ἐκ δὲ Κρόνου γενετὸς αὐτὸς ἄναξ μέγας Ζεύς.

Sedulii Versio.

Principio genitus Phaëton longo aëre natus. *Qui & Phanes i. apparens* (sic)

Condidit immortalibus domum incorruptibilem. Deus autem unus : unus nominis non eget : est enim qui sine nomine est.

Unus Deus, qui solus est, usque ampliſſimus, increatus.

Sed Deus solus, unus eminentiſſimus, qui fecit

Cælum, solemque & stellas & lunam,

Frugiferam terramque, & aquæ tumores ponti.

Ipsum, qui solus est, colite, principem & creatorem mundi,

Qui solus est in sæculum & a sæculo factus permanet.

Solus enim Deus sum, & non est Deus alter.

Ex se ortus, indoctus (*i. nullo Doctore usus,*) sine matre, inexpugnabilis.

Nomen nec verbo capiendum, igneum sæculum.

Hoc Deus : modica autem Dei portio Angeli nos.

Omnia sapiens, omnia docte, qui per multa verteris, exaudi dæmon.

* Coaptatio mundifera totius, omnia sapiens dæmon. * *Concentus mundi, Lucifer, omnisapiens dæmon.*

Dæmones, qui pergunt circa terram & circa pontum,

Infesti domantur sub verbere Dei.

Ex se ortus, ex se genitus, non creatus, non factus.

Non potest viri ex feminibus & matrice Deus formatus esse.

Dæmones inanimes, cadaverum simulacra mortuorum,

Quorum Creta præ se feret sepulcra male peritura.

Primus quidem regnavit in terra Saturnus virorum.

Ex Saturno genitus ipse rex magnus omnia prospectans Jupiter.

Ζεὺς vel Ζιὼ, id est, Jupiter, quod fratribus jam occisis supervixerit. *Sedul.*

Sibylla. Ἑλλὰς ὃ τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν εἶ ἡγεμόνες.

Græcia autem quid confidis in viris esse rectores.

Τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοισι φορεῖζεις.

Cur autem dona inania mortuis adfers.

Θυὴς εἰδώλοις, τίς σε πλάνον ἐν φρεσὶ θῆκεν,

Hostias idolis celebras, quis tibi errorem in mente posuit:

Ταῦτα θέλῃ προλιπόντα θεοῦ μεγάλοιο προσώπου.

Ut hæc velis derelicta Dei magni facie.

Erichthonius dictus est ἀπὸ τ῀ ἐρίδος καὶ χθονός; id est, ex certamine & terra. *Sedul.*

Apollo. Καὶ κεφαλὰς Διΐδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φωτά.

Et capita Diti, & Patri mittite lumina, vel faces.

Ἄνθρωπον, id est, hominem, Græci appellant, quod sursum spectet. *Sedul.*

Sibylla. Εἰκὼν ἐπεὶ ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.

Quoniam homo imago mea rationem rectam habens.

Ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτιστὴς, ἀκραάντητος ὑπάρχων.

Qui solus est Deus conditor, creator, liber.

Αὐτὸς δ' ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε.

Ipse autem firmavit vultum formæ hominumque.

Αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πρώτων γλυκερῆς βιότοιο.

Ipse miscuit naturam hominum in propaginem vitæ.

Οἱ δὲ θεὸν πρόφρονες ἀληθινὸν ἀέναόν τε,

Qui autem Deum honorant verum æternumque,

Ζωὴν κληρονομοῦσι τῆς αἰῶνος χρόνον αὖθι.

Vitam hæreditario jure possident, sæculi tempus ipsi.

Οἰκεῶντες παράδεισον ὁμοίως ἐρικύδεα κῆπον.

Habitantes paradisum simul amœnissimum hortum.

Ἄνθρωπον πλασθέντα θεοῦ παλάμῃς ἔτεσιν, ὃν καὶ πλάνησιν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀνελθεῖν τῆς θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ.

Hominem fictum Dei manibus in annos: quem etiam seduxit vipera dolose, in fatum ascendere mortis, notionemque accipere boni & mali.

Hesiodus dicit:

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσιν ὑπὸ μεγάλου διὸς βουλὰς,

Hi quidem dæmones sunt, Jovis magni propter voluntatem:

Ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Boni terrestris custodes, mortalium hominum

Mercurius. Μία φυλακὴ εὐσέβεια· εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου, οὔτε δαίμων κακὸς, οὔτε εἱμαρμένη κακή. Θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ πάντος κακοῦ. Ὃ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν, εὐσέβεια. ἡ γὰρ εὐσέβεια γνῶσίς ἐστι τοῦ Θεοῦ.

Una custodia pietas: pium enim hominem nec dæmon malus, nec fatum tenet: Deus enim liberat pium ab omni malo. Quod enim unum & solum in hominibus est bonum, pietas: pietas enim scientia est Dei

Sibylla. Ἐπεὶ πλάνα πάντα ταῦτα ἐστὶν, ἅπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσιν κατ' ἦμαρ.

Quia errores omnia hæc sunt, quæ stulti viri scrutantur secundũ cor(l. *quotidie.*)

Hermes, qui & Mercurius & Trismegistus dicit:

Ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητὴς, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν. ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν. αἰσθητὸν δὲ

Dominus & omnium creator, quem Deum vocare censemus: quia secundum facit Deum visibilem & sensibilem; sensi-

φημι· οὐ διὰ τοῦτο αἰσθάνεται αὐτὸν. περὶ γὰρ τούτου, μὴ πότερον αἰσθεται. ἀλλὰ ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει καὶ νοῦν.

bilem autem aio, non quia sentit ipse. De hoc enim non est, utrum ipse sentiat; sed quia in sensus submittit & mentem.

Ὅτι οὖν τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἕνα· καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη, καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἡγίασέν τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον υἱόν.

Quoniam ergo eum fecit primum & solum & unum: bonus autem ei visus est, & pleniſſimus omnium bonorum, sanctificavitque & valde amavit quasi suum filium.

Sibylla. Πάντων τροφόν, κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμα κατέθετο καὶ ἡγητῆρα θεῶν πάντων ἐποίησε. Ἄλλον ἔδωκεν θεὸς πιστοῖς ἀνδράσιν γεραίρειν.

Omnium nutritorem, creatorem, qui dulcem spiritum omnibus adposuit, & principem deorum omniũ fecit. Alterũ dedit Deus fidelibus viris honorare. (*sic*)

Αὐτόν σε γίνωσκε θεὸν θεοῦ υἱὸν ἔοντα δημιουργόν, τῷ θεῷ σύμβουλον.

Ipsum tuum cognosce Deum, qui Dei Filius est, Dei consiliarium.

Mercurius. Αἴτιος δ' τούτου αἰτίου ἡ τοῦ θεαγενοῦς ἀγαθοῦ βούλησις. οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι.

Causa autem hujus causæ, quæ Deum provexit, divini boni voluntas. Cujus nomen non potest humano ore dici.

Ἔστι γάρ τις, ὦ τέκνον, ἀπόρρητος λόγος σοφίας, ὅσιος, περὶ τὸν μόνον κυρίον πάντων, καὶ προγινωσκόμενον θεόν, ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστιν.

Est enim aliquod, ô Fili, secretum verbum sapientiæ sanctum, de solo Domino omnium, &, qui ante mente capitur, Deo, quem dicere supra hominem est.

Apollo responsum de Christo.

Apollo. Θνητὸς εἰμὶ καὶ ἔμπνους, σοφὸς περατώσεσιν ἔργοις.

Mortali erat corpore, sapiens signis operum & monstris.

Ἀλλὰ ὑπὸ Χαλδαίοις δικασπολίεσιν ἁλωκώς.

Sed sub Chaldæis judicibus comprehensus.

Γόμφωσις σκληπτοῖσι πικρῷ αἰέπλησε τελευτῇ.

. . . . transfixus amarum recomplevit finem.

Sibylla. Ἀνθήσει δ' αἶθος καθαρὸν πάντα λόγῳ θεράπων, πᾶσάν τε νόσον θεραπεύων· νεκροῖς δὲ ἀνάστασις ἔσται καὶ χωλοῖς δρόμος ὠκύτατος, καὶ κωφὸς ἀκούσει, καὶ τυφλοὶ βλέψουσιν ἄλαλοί σοι λαλέοντες.

Floresset autem flos purus, omnia verbo agens, omnemque ægritudinem curans. Mortuorum autem resurrectio erit, & claudorum cursus velox, & surdus audiet, & cæci videbunt, & muti loquentur.

Ἐξ ἄρτων ἄμα πέντε, καὶ ἰχθύεσιν ἁλίοις,

Ex panibus autem quinque & piscibus marinis,

Ἀνδρῶν χιλιάδας ὁ ἐρήμῳ πέντε χορέσῃ,

Virorum millia in deserto quinque satiabit:

Καὶ τὰ περισσεύοντα λαβὼν κλάσματα, δώδεκα πληρώσῃ κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν.

Et quæ superfuerint tollens frusta, duodecim implebit qualos (*sic*) in spem populorum.

Τοὺς αἰέρσεις παύσῃ ὁ λόγῳ, στρώσῃ δὲ θάλασσαν μαινομένην, ὁ ποσὶν εἰρήνης πίστῃ τε πατήσας.

Ventos strabit verbo: sternet autem maria furentia, in pedibus pacis & fidei calcans.

Κύματα πατήσῃ, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσῃ,

Fluctus perambulabit, languorem hominum curabit:

Ζήσῃ τεθνεῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα πολλά.

Vivificabit mortuos, arcebit dolores multos:

Ἐκ δὲ μίης πηγῆς ἄρτος, κόρεσις ἔσται ἀνδράσιν.

Ex uno autem pane ſatietas erit viris.

Φήσουσι Σίβυλλάν μαινομένην, ψευστρίδα· ἐπὰν δὲ γένηται ἅπαντα, τότε μου μνήμην ποιήσονται, καὶ οὐκέτι με οὐδεὶς τὴν μαινομένην φήσει, τὴν θεοῦ μεγάλου προφῆτιν.

Dicent Sibyllam furioſam, mendacem: cum autem facta fuerint omnia, tunc mei memoriam facient, & nemo me adhuc furioſam dicet; ſed Dei magni profetin.

Οἰκτρός, ἄτιμος, ἄμορφος, οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει. Ἀλλ' ὅτε δὴ ταῦτα πάντα τελεσθῇ, ἅπερ εἶπον εἰς αὐτὸν, τότε πᾶς λύσεται νόμος.

Vilis, ignominioſus, informis, vilibus ſpem dabit. Sed cum hæc omnia perficientur, quæ dixi in ipſum, tota deſinet lex

Εἰς ἀνόμους χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕστερον ἥξει·

In manus iniquas & infidelium poſtea veniet:

Δώσουσι δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν αἰδήλοις,

Dabunt autem Deo palmas manibus inceſtis,

Καὶ στόμασι μιαροῖσιν πτύσματα φαρμακόεντα.

Et oribus prodigioſis ſpuent ſalivas venenatas.

Δώσει δ' εἰς μάστιγας ἁπλοῦς ἀγνὸν τότε νῶτον

Dabit autem hunc in verbera ſimplex & innocens dorſum

Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει μήτις ὀπιγνῷ ὅις λόγος, ἢ πόθεν ἦλθεν ἵν' ἐφημένοισι λαλήσῃ, καὶ στέφανον φορέσῃ τὸ ἀκάνθινον

Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat verbum, vel unde venit ut feſſis loquatur, & corona ſpinea coronetur

Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ εἰς δίψαν ὄξος ἔδωκεν. τὴν ἀφιλοξενίας *τοῦτον δείξουσι τράπεζαν. Αὐτὴ γὰρ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας, παίζοντα θνητοῖς νοήμασι, ἀλλ' ἀκάνθης ἔστεψας στέφανον, φοβερήν τε χολὴν ἐκέρασας. Ναοῦ δ' ἐσχίσθη τὸ πέτασμα, καὶ ἦμαρ μέσῳ νυξὶ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἐν τρισὶν ὥρῃσι· καὶ θάνατος μοῖραν τελέσῃ τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας, καὶ τότε ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἥξει, πρῶτος ἀναστάσεως κλῆσιν ἀρχὴν ὑποδείξας, τὴν ἰουδαίων μακαρίων θεῖον γένος οὐρανιώνων.

*vox dubia

Ex utraque autem pane ſatietas erit viris.

Dicent Sibyllam furioſam, mendacem: cum autem facta fuerint omnia, tunc mei memoriam facient, & nemo me adhuc furioſam dicet; ſed Dei magni profetin.

Vilis, ignominioſus, informis, vilibus ſpem dabit. Sed cum hæc omnia perficientur, quæ dixi in ipſum, tota deſinet lex

In manus iniquas & infidelium poſtea veniet:

Dabunt autem Deo palmas manibus inceſtis,

Et oribus prodigioſis ſpuent ſalivas venenatas.

Dabit autem hunc in verbera ſimplex & innocens dorſum

Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat verbum, vel unde venit ut feſſis loquatur, & corona ſpinea coronetur

In eſcam autem fel, & in ſiti acetum dederunt: inhumanitatis cum hanc menſam oſtendunt. Tu enim, ſtulta, Deum tuum non cognoviſti, ludentem humanis ſenſibus, ſed ſpinea coronaſti corona, horrendumque fel miſcuiſti. Templi autem ſcindetur velum, & die medio nox erit obſcura magna in tribus horis: & mors fatum finiet, tertium diem dormiens, & tunc a mortuis rediens in lucem veniet, primus reſurrectionis initium vocatis oſtendet, Judæorum beatorum divinum genus cæleſte.

Mercurius.

Καὶ ὁ αὐτὸς ἐξ ἑκατέρων φύσιων τῆς τε ἀθανάτου καὶ τῆς θνητῆς μίαν ἐποίει φύσιν τὸν τὸν αἰσθητὸν, τὴν μὲν ἀθάνατον, τὴν δὲ θνητὸν ποιήσας. καὶ τοῦτον φέρων ἐν μέσῳ τῆς θείας καὶ ἀθανάτου φύσεως, καὶ τῆς θνητῆς καὶ μεταβλητῆς ἵδρυσεν· ἵνα πάντα μὲν ὁρῶν, πάντα θαυμάζῃ.

Et hoc idem ex utraque natura immortalique & mortali, unam faciebat naturam hominis. Eumdemque in aliquo quidem immortalem, in aliquo autem mortalem faciens, & iſtum ferens in medio divinæ & immortalis naturæ, & mortalis mutabiliſque conſtituit; ut omnia quidem videns, omnia miretur.

Apollo dicit.

Ψυχὴ μὲν μέχρις οὗ δεσμὸς θεοῦ σῶμα κρατῆται,

Anima quidem quamdiu vinculis in corpore tenetur,

Φθαρτὰ νοῦσα πάθη θνητοῖς ἀλγηδόσιν εἴκει.

Corruptibiles passiones sentiens mortalibus cedit doloribus.

Ἡνίκα δ' ἀπάλυσιν βροτέιον μετὰ σῶμα μόραθον

Cum vero solutionem humanam post corpus corruptum

Ὠκίστην εὕρηται, εἰς αἰθέρα πᾶσα φορᾶται

Velocissimam invenerit, in æthera omnis fertur

*vox dubia Ἀγήρως οὖσα μηδὲ εἰς πάντ' * ἀατρὴς

Numquam senescens & manet in æternum sine pœna

Πρωτόγονος γὰρ τοῦτο θεία διέταξε σοφίη.

Primogenita: etenim hoc divina disposuit prudentia.

Sibylla. Σάλπιγξ οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει.

Tuba de cælo vocem luctuosam emittet.

Ἔσται κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀνθρώπων.

Erit mundus immundus pereuntibus hominibus.

Ἐπὴν δὲ ταῦτα γένηται, ὦ Ἀσκληπιέ, τότε ὁ κύριος καὶ πατὴρ, καὶ τὸ σοφὸν καὶ εἷς θεὸς δημιουργὸς, ἐπιβλέψας τοῖσι γινομένοις, καὶ τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει, τουτέστι τὸ ἀγαθὸν αἰτιείσας τῇ ἀταξίᾳ καὶ ἀνακαλεσάμενος τὴν πλάνην, καὶ τὴν κακίην ἐκκαθάρας, τῇ μὲν ὕδατι πολλῷ κατακλύσας, τῇ δὲ πυρὶ ὀξυτάτῳ ἀφανίσας· ἐνίοτε δὲ πολέμοις καὶ λοιμοῖς * ἐκπήσας ἠναγκάσθη ὅτι τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἀπεκατέστησε τὸν ἑαυτοῦ κόσμον

Cum autem hæc facta fuerint, Æsculapi, tunc Dominus & Pater & Deus, primique atque solius Dei Creator, respiciés facta & suam voluntatem; id est, bonitatem opponens disturbationi, & revocans errorem, atque malitiam purgans, alicubi quidem aqua multa deluens; alicubi autem igni velocissimo exurens; interdum autem bellis ac pestibus excitatis, reduxerit ad antiquum, & restituit suum myndum.

Sibylla. Ἥξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι.

Veniet & beatorum expugnare urbem & volens.

Καί κεν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπὶ τοῦτο

Et tunc aliquis a Deo Rex missus ad istum

Πάντας ὄλεσε βασιλῆας μεγάλους καὶ φῶτας ἀρίστους.

Omnes perdet reges magnos & viros potentes.

Εἶθ' οὕτως κρίσις ἔσται ὑπ' ἀφθίτου ἀνθρώποισιν.

Postea judicium erit ab incorruptibili hominibus.

Καὶ τότε ἀπὸ ἡλίοιο θεὸς πέμψει βασιλῆα,

Et tunc a solis ortu Deus mittet Regem,

Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.

Qui omnem terram compescat a bello malo.

Τὸ ζυγὸν ἡμῶν δούλων δυσβάστακτον ἐπ' αὐχέν.

Jugum nostræ servitutis intolerabile super colla positum tollet.

Καὶ θεσμοὺς ἀθέους λύσει δεσμούς τε βιαίους.

Et leges impias solvet vinculaque violenta.

Ὁπότ' ἦλθε πῦρ, ἔσται σκότος ἐν μέσῃ νυκτὶ μελαίνῃ· τείψουσι δὲ εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλοῦτον ἅπαντα. ἔργα δὲ χειρῶν ποιητὰ θεῶν κατακαυθήσονται.

Cum venerit ignis erunt tenebræ in media nocte obscura. Conterent autem homines simulacra & divitias omnes. Opera autem deorum humanis manibus facta exurentur.

Sequitur exemplum ex Glossario Græcolatino Bibliothecæ S. Mariæ Laudunensis, quæ vetustissimis Codicibus referta est. Est autem Glossarium istud in

INCIPIT GLOSSARIÜ GRECUM PER ORDINEM LIT....

ΑΒΑΚΟΫΤΟC	Inbacchatuſ
ΑΒΑΞ	abacuſ
ΑΒΑΡΗC	Non grauiſ
ΑΒΑΡΕC	Non graue
ΑΒΑCΚΑΝΤΟC	Infaſcinabiliſ
ΑΒΑCΚΑΝΤΟΝ	Infaſcinabile
ΑΒΑCΚΑΝΤΩC	Sine faſcino infaſcinate
ΑΒΑΤΟC	Inacceſſuſ inuia deuia
ΑΒΑΦΟC	Intinctuſ
ΑΒΕΒΙΟC	Infirmuſ incertuſ inſtabiliſ
ΑΒΕΒΑΙΟΤΗC	Infirmitaſ
ΑΒΕΛΤΕΡΟC	Infalſuſ abſurduſ
ΑΒΙΑCΤΟΝ	Inuiolatum
ΑΒΙΕC × l. ἄβιος	Sine uita
ΑΒΛΑΒΗC	Illæſuſ innoxiuſ innoceſ
ΑΒΛΑΒΕΙΑ	Innoxia innocentia
ΑΒῈΨΙΑ	Sollicitudo
ΑΒΟΫ̀ΛΟC	Incogitatꝯ inconſultuſ
ΑΒΟΫ̀ΛΙΑ	Inconſultum
ΑΒΟΫ̀ΛΩC	Inconſulte
ΑΒΡΟC	Glaber delicatuſ
ΑΒΡΟΧΙΑ	Siccitaſ
ΑΒΡΩΤΟΝ	Irroſum inaeſum
ΑΒΫ́CCΟC	Hoc profundum abyſſuſ

in charta membranacea nono ſæculo conſcriptum : ut periti omnes vel ex charactere Latino e regione poſito fateantur. Literæ Græcæ, unciales ſunt, non parum diſcrepantes ab iis, quæ in exemplaribus ejuſdem ævi Græcorum manu conſcriptis habentur. A initiale, ſic deſcriptum, ter obſervatur a principio : quam formam nuſquam vidimus in manuſcriptis Græcis, Græcorum manu exaratis ; ſed apud Latinos Librarios, qui Græce ſcriberent, non infrequens eſt : habeturque in Pſalterio Sedulii Scotti paſſim. In Græcis autem Græca manu exaratis Codicibus ſicubi exſtet, nondum incidit in manus ; licet hæc forma in marmoribus & nummis frequentiſſima, & fere unica ſit. B, oblongæ lineæ ſemper inſidet ſic . N primam lineam ab imo producit ita . Υ Græcum a Latinis ita vulgo ſcribitur addito puncto ſuperius. Cætera ſecundum uſum Græcorum, ut vides in ſchemate.

Initio Codicis præmittitur Epiſtola Amanuenſis ad Abbatem quemdam, his verbis :

Dilectiſſimo Abbati S. M. fideliſſimus amicus veram in Chriſto ſalutem.

Lectis Epiſtolæ veſtræ literis, amantiſſime Abba, per quas me ſuper quibuſdam quæſtiunculis conſulere voluiſtis, animadverti diligentiam efficacis ingenii veſtri nequaquam rerum temporalium tumultibus ſuccumbere ; ſed Scripturarum meditationibus laudabiliter inhærere. Atque idcirco dignum eſt ut pie pulſanti aperiam, imo ipſe per me pandere dignetur, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi : qui aperit, & nemo claudit : claudit, & nemo aperit. Splendor eſt lucis æternæ, ſpeculum ſine macula. Accipite igitur ἐρωτήσεων veſtrarum ſolutiones, quas de Græcorum fontibus haurire ſtuduimus, & vobis legendas ſine præjudicio altioris forte interpretationis tranſcripſimus.

Hunc igitur librum rogatu Abbatis edidit, & in fine, Græcæ linguæ ſyntaxin adornavit. Ut videas autem, quam ſtuderent ætate illa ii, qui Græce ſciebant, Latina carmina Græcis vocibus infercire ; etſi ſupra in Codice Murbacenſi idipſum occurrat, in hoc item carmine ad primi folii ſecundam paginem eadem manu conſcripto, deprehendes.

. . . . . DEO ET VITIIS.

Labitur heu nimium præſumpta ſuperbia vultus.
Tapinoſis ſurgit Chriſti ſolamine fulta.
*Gluttones generat * lapſis ellonis amica :*
Temperat hos juſtus jejuna mente politus.
Fornicor in multis lethali fraude peremptus :
*Me tamen evacuat felix * ἐγκράτεια totum.*
Servus avaritiæ cunctum deglutit & orbem :
Diſſipat & largus hanc peſtem face venuſta.
Ira furit nimium ſemper ſævire parata,
Quam vir pacificus patienter percutit ore.
Anxietas animi gignit ſuſpiria cordis :
Quæ Chriſti famuli ſedant placamine mentis.
Triſtitiæ jaculis plures turbantur in orbe,
Quos quoque ſolatur Chriſtus lætamine ſacro.
Devicit aſt alios Kenodoxia corde ſuperbo :
Hos reſtaurat ovans divini lectio verbi.

* λάψις a λάπτω. Ellonis pro Helluonis.

* ἐγκράτεια.

Pagina 2. habentur nomina eorum, qui Gloſſarium Laudunenſi Eccleſiæ obtulerunt, ſicque legitur, *Hunc librum dederunt Bernardus & Adelelmus Deo & Sanctæ Mariæ Laudunenſis Eccleſiæ. Si quis abſtulerit, offenſionem Dei & Sanctæ Mariæ incurrat.*

CAPUT VIII.

De Codice Regio operum S. Gregorii Nazianzeni, olim ad uſum Baſilii Macedonis Imperatoris. Tabula literarum initialium ſingularis formæ. Exemplum & deſcriptio Codicis Regii Dioſcoridiani in Ægypto ſcripti : item alterius Regii charactere unciali, ſed decimi ſæculi.

Codex Regius, num. 1809. membranaceus, ingentis molis, pulcritudine & magnificentia nulli concedit. Auro fulget undique in Tabellis depictis, quas ad quadraginta quinque numeravi, in literis item initialibus; maxime in titulis Orationum. Continet autem Gregorii Nazianzeni Orationes : deſcriptuſque fuit Baſilio Macedone imperante, ut liquet ex picturis, ubi Baſilius ipſe depingitur cum tota familia : ex carminibus item in fronte poſitis, ubi Baſilius, quaſi tum ſceptra tenens compellatur : necnon ex elegantia Codicis, qui vere Imperatoriam præfert magnificentiam, ad uſumque ipſius Baſilii & domus Auguſtæ fuiſſe plane videtur. Præeunt quinque prægrandes tabulæ depictæ, quæ totam paginam occupant, longe ampliores ſpecimine hic allato : nam in deſcriptis foliis per quam latæ margines undequaque vacuæ manent; in depictis vero, ad extremam uſque oram, paginæ occupantur. Hæ prægrandes Tabulæ depictæ, tribus in foliis continentur, quæ folia cum reliquis olim non hæſiſſe videntur : unde auguratur vir quidam doctus, & rei Librariæ veteris peritiſſimus, Codicem aliquantùm vetuſtiorem hiſce depictis Tabulis eſſe : & picturas iſtas Baſilium Macedonem cum familia exhibentes, poſtmodum huic exemplari adjunctas fuiſſe, cum ad hujus Imperatoris uſum Codex tranſlatus eſt; quamquam fatetur & ipſe Codicem ejuſdem circiter ætatis eſſe, & ad Baſilii ævum ex characteris forma commode reduci poſſe. Ego vero libentius credam totum Codicem cum præmiſſis Tabulis ad Baſilii uſum adornatum fuiſſe. Deinde vero priora illa tria folia a principio poſita, vel ex diuturno uſu, quia initio poſita frequentius evolverentur, avulſa fuiſſe; vel fortaſſe ab aliquo male feriato homine, ob elegantiam abſtracta, deinde vero reſtituta fuiſſe. Ut ut ſit, Codex noni prorſus ſæculi videtur eſſe.

De hoc Codice Billius in Monito ad Orationem LIII. ſic loquitur : *In Reginæ tamen Codice literis Capitalibus ſcripto, ac Gregorii noſtri antiquitatem propemodum æquante, inter germana ipſius opera numeratur. Id quod tanti apud me momenti eſt, ut, quanquam reclamante ſtylo, vix tamen hanc lucubrationem inter ψευδεπίγραφα numerare auderem : niſi Hieronymus omnem dubitationis anſam nobis eximeret, atque hunc fœtum vero ſuo parenti aſſereret.* Deinde adfert locum Hieronymi, qui hoc opus S. Gregorio Neocæſarienſi ſive Thaumaturgo adſcribit. Jam ad picturas veniatur.

In primi folii pagina ſecunda, (prima quippe vacat,) in fundo aureo

Christus sedens, non ineleganter pro illa ætate, repræsentatur, Evangeliorum librum apertum tenens ad hæc verba, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, *Pacem meam do vobis, &c.* quæ spectant ad familiam Augustam in proxima Tabella e regione depictam. Hæc prima pictura multis in locis erasa, in pulverem abiit.

In secundi folii pagina prima, fundo aureo, stat Augusta cum duobus hinc & inde filiis pariter stantibus. Supra caput Augustæ scribitur, Εὐδοκία Αὔγουστα, *Eudocia Augusta.* Qui stat a dextris filius ejus, inscribitur Αλέξανδρος Δεσπότης, erasis pene postremæ vocis literis; *Alexander Despotes;* a sinistris Λέων Δεσπότης, *Leo Despotes.* Eudocia vero & filii sinistra singuli globulum tenent, in signum Imperii. Circum Tabulam a quatuor partibus hi Iambi leguntur:

Εὐκληματοῦσθαι ἄμπελόν σε τῶν κλάδων
Βότρυς φέρουσαν τοὺς γαληνοὺς δεσπότας
Βασίλειος προῆξε Ρωμαίων ἄναξ
Μαθὼν προλάμπεις Εὐδοκίας φωσφόρους.

Id est,

Palmitibus ornatam Imperii tui vitem
Uvas ferentem, serenissimos nempe Despotas,
Basilius provexit Romanorum Imperator,
Cum splendida Eudociæ lumina edidicisset.

In secundi folii pagina 2. tertia Tabula in fundo cæruleo depicta crucem auream exhibet, cum hac inscriptione, vulgari more inter crucis ramos sic posita:

$$\frac{\overline{\text{IC}}\,|\,\overline{\text{XC}}}{\text{NH}\,|\,\text{KÂ}}$$

Ἰησοῦς χριστὸς νικᾷ, *Jesus Christus vincit*, ubi νικᾷ vulgari lapsu pro νικᾷ legitur.

In tertii folii pagina prima, quarta pictura habetur: ubi idipsum, quod in tertia, repræsentatur, nempe crux aurea in fundo cæruleo, & inscriptio ut supra.

In folii tertii pagina secunda, pictura quinta aureo fundo; aurum vero ita positum erat ut totam paginam occuparet, huic superinductus color fuit, quo ævi diuturnitate decidente, fundus tamen aureus mansit. Hic tres figuræ comparent, vetustate pene erasæ; ita ut plerumque tantillum priscæ delineationis vestigium supersit. In medio stat Imperator cum inscriptione superne posita, Βασίλειος Δεσπότης, *Basilius Despotes;* erat quippe Δεσπότης honoris titulus, non Imperatori tantum, sed Augustæ familiæ masculis proprius, ut δέσποινα feminis. A dextris Imperatoris, stat Helias vexillum tenens velo rubro, cum inscriptione, ὁ ἅγιος Ἠλίας, *Sanctus Helias.* A sinistris, Gabriel Angelus alatus Imperatorem coronans, cum inscriptione ὁ ἀρχιστράτηγος Γαβριήλ, *Princeps exercitus Gabriel.* Ab extremis quatuor lateribus hi quatuor Iambi exarantur, vetustate aliquot in locis erasi:

Το. . . . . ἐμφανῶς . . .
[νίκῃ] κατ' ἐχθρῶν Ἠλίας στρατάρχης·
Ὁ Γαβριὴλ ὁ τῶν χερουβὶμ προμηνύων,
Βασιλέα πίστει σε κόσμου προσκάτω.

ναστάσεως ἡμέρα· καὶ ἡ ἀρ
χὴ δεῖξις· καὶ λαμπρυν
θῶμεν τῇ πανηγύρει
καὶ ἀλλήλους περιπτύξω
μεθα· εἴπωμεν ἀδελ
φοὶ καὶ τοῖς μισοῦσιν ἡ
μᾶς· μηδέτι οἷς διήγά
πησαν τι πεποίηκ ὅσιν ἢ
πεπόνθ ασιν· συγχωρή
σωμεν πάντα τῇ ἀναστά
σει· δῶμεν συγγνώμην
ἀλλήλοις ἐγὼ τε ὁ τύραν
νηθεὶς τὴν καλὴν τυ
ραννίδα· τοῦτο γὰρ νῦν
προστίθημι· καὶ ὑμεῖς
οἱ καλῶς τυραννήσαντες
εἰ τίμοι μέμφησθε τῆς
βραδύτητος· ὡς τάχα γε
κρείττων αὐτῆ καὶ τι
μιωτέρα θ ὼ τῆς ἑτέ
ρων ταχύτητος
γαθὸν γὰρ καὶ ὑποχωρή
σαι θ ὼ τιμικρὸν· ὡς μὴ ὑ
σὶ σεκεῖνος τὸ παλαιὸν
καὶ ἕτερ ομίας ὕστερον· καὶ
προσδραμεῖν ἑτοίμως

καλοῦντι· ὡς ἀρωμεν τε
καὶ ἡσαΐας· μονονεὺ βοᾷ
ἀμφότερα· τὸ μὲν διὰ
τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν·
τὸ δὲ διὰ τὴν τοῦ καλοῦν
τος δύναμιν· μυστή
ριον ἐχρῆν με· μυστη
ρίῳ μικρὸν ὑπεχωρή
σα· ὅσον ἐμαυτὸν ἐπίσκε
ψασθαι· μυστηρίῳ καὶ
συνεισέρχομαι· καλὴν
ἐπαγόμενος τῆς ἐμῆς
δειλίας καὶ ἀσθενείας ἐπι
κουρον τὴν νῦν ἡμέραν·
ἵνα σήμερον ἐκ νεκρῶν
ἀναστὰς· καὶ μὲ καινοποι
ήσῃ τῷ πνι· καὶ τὸν
καινὸν ἐνδύσας ἄνθρω
πον δῷ τῇ καινῇ κτί
σει τοῖς κατὰ θ ν γεννω
μένοις πλάστην ἀγαθὸν
καὶ διδάσκαλον· χῶ καὶ
συννεκρούμενον προ
θύμως καὶ συνανιστά
μενον· χθὲς ὁ ἀμνὸς
ἐφάγετο· καὶ ἐχρίων
τὸ αἵματι τὰ τείχι σθη μεν·
ἡμέρον καθαρῶς ἐφύ
γομεν Αἰγυπτον καὶ
φαραὼ τὸν πικρὸν δε
σπότην καὶ τοὺς βαρεῖς
ἐπιστάτας· καὶ τοῦ πη
λοῦ καὶ τῆς πλινθείας
ἠλευθερώμεθα· καὶ

Id eſt:

. . . . . *conſpicuè*
Victoriam de inimicis Helias prædicit.
Gabriel autem gaudii prænuntius
Te, Baſili, coronat in mundi patronum.

Præter haſce figuras initio poſitas, aliæ numero quadraginta paſſim in hoc exemplari, pro materiæ qua de agitur ratione, ponuntur. In prima Tabula fol. 3. repræſentatur, primo Annuntiatio Beatæ V. Græcè ὁ χαιρετισμός; ad cujus latus eſt, Salutatio Eliſabethæ ſive ἀσπασμὸς, *amplexus*. Sub hac pictura in eadem Tabula eſt hiſtoria Jonæ & pœnitentia Regis Ninives & Ninivitarum. In ſecunda Tabula fol. 30. Crucifixio Domini, & ſub ea deſcenſus de Cruce, poſtea Sepultura & Reſurrectio. Ubi notandum quatuor clavos affigi Chriſti membris, binos manibus, totidem pedibus.

In tertia Tabula Martyrium duodecim Apoſtolorum: ubi Petrus crucifixus inverſo capite, decollatus Paulus, crucifixus Andreas. Reliqui eraſis nominibus omittuntur. In alia ubi de Baptiſmo agitur, repræſentatur homo nudus in piſcina ab infimis partibus demerſus, qui baptiſmum accipit per immerſionem; in alia, Juliani Auguſti in Chriſtianos carnificina; tum alibi Helenæ Conſtantini Matris imago: alibi Theodoſii Junioris Auguſti habetur repræſentatio. Quædam item Tabella, Conſtantinopolitanæ Synodi formam ordinemque Epiſcoporum exprimit; & alia bene multa, a quibus recenſendis ſupersedemus. Hæc porro poſtrema, quæ adtulimus, non ordine ut exſtant in Codice enarravimus; ſed permixtim, uti memoriæ ſeſe obtulerunt. Omnia autem pro rei dignitate perſequi longioris operæ eſſet: nam Tabulæ depictæ, in multas plerumque partes diſtinctæ, varia exhibent. Rem mittimus iis, qui Regiæ Bibliothecæ deſcribendæ operam navant. Cæterum in hoc Codice notulæ illæ ὡραῖον, ἡλιακὴν, σημάσας, & ſimiles, ad marginem auro & picturâ variâ delineantur: de quorum omnium ſiglis & ſignificationibus, fuſe agetur Libro 5. Specimen autem ſequens a primæ Gregorii Nazianzeni Orationis principio deſumtum eſt.

Exemplum autem ſic vulgari charactere legitur.

Τῦ ἁγίυ Γρηγορίυ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸ Πάσχα, καὶ εἰς τὴν βραδύτητα.

Ἀναστάσιος ἡμέρα, καὶ ἡ ἀρχὴ δόξα, καὶ λαμπρυνθῶμεν τῇ πανηγύρει, καὶ ἀλλήλοις περιπτυξώμεθα. εἴπωμεν ἀδελφοὶ καὶ τοῖς μισοῦσιν ἡμᾶς, μὴ ὅτι τοῖς δι' ἀγάπην τι πεποιηκόσιν ἢ πεπονθόσιν· συγχωρήσωμεν πάντα τῇ ἀναστάσει· δῶμεν συγνώμην ἀλλήλοις· ἐγώ τε ὁ τυραννηθεὶς τὴν κλῆσιν τυραννίδα· τοῦτο γὰρ νῦν προσθήσω· καὶ ὑμᾶς οἱ κλῆσιν τυραννήσαντες, εἴπερ μοι μέμφεσθε τῆς βραδύτητος· ὡς πάλαι γε λεγέτων αὐτὴν καὶ πρωτίστην θεῷ τῆς

Ex interpretatione Jacobi Billii.

Sancti Gregorii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani in Paſcha & in tarditatem.

Reſurrectionis dies, fauſtumque principium: proinde ob feſtum diem explendeſcamus, ac nos mutuo complectamur. Dicamus fratres his etiam, qui nos oderunt, nedum his, qui propter charitatem & benevolentiam aliquid fecerunt, vel paſſi ſunt: Reſurrectioni omnia condonemus: veniam alii aliis demus, tum ego qui laudabilem vim perpeſſus, (hoc enim nunc adjicio,) tum vos, qui laudabilem vim attuliſtis, ſi quid eſt quod mihi tarditatis cauſa ſuccenſeatis. Quam-

ἐκείνων παχύτητος.

Ἀγαθὸν γὰρ καὶ ὑποχωρῆσαι θεῷ τι μικρόν, ὡς Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ παλαιὸς καὶ Ἱερεμίας ὕστερον, καὶ προθύμως ἐπίμως καλοῦντι, ὡς Ἀαρών τε καὶ Ἡσαΐας· μόνον θύσεως ἀμφότερα· ὁ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ εἰκαίαν ἀσθένειαν, ὁ δὲ ἀφ' ἑτέρου τοῦ καλοῦντος δύναμιν. μυστήριον ἔχρισέ με, μυστηρίῳ μικρὸν ὑποχώρησα, ὅσον ἐμαυτὸν ἐπισκέψασθαι· μυστηρίῳ καὶ συμφέρομαι, καλλιῶ ἐπαγόμενος τῆς ἐμῆς δειλίας καὶ ἀσθενείας ὑπίκουρον τὴν ἡμέραν· ἣν ὁ σήμερον ἐκ νεκρῶν ἀναστάς, καμὲ καινοποιήσῃ τῷ πνεύματι· καὶ τὸν καινὸν ἐνδύσας ἄνθρωπον, δι' ἑαυτῆς καινῆς κτίσεως, πῶς οὐ θεὸν γνωσθήσομαι πλάσαντι ἀγαθὸν καὶ διδάσκαλον, ζωοποιῷ καὶ συνεκφοιτήσαντι προθύμως καὶ συναναστήσαντι. ζῶσι ὁ ἀμνὸς ἐφάγετο, καὶ ἐχρίοντο αἱ φλιαί, καὶ ἐθρήνησεν Αἴγυπτος τὸ πρωτοτόκια, καὶ ἡμᾶς παρῆλθεν ὁ ὀλεθρεύων, καὶ ἡ σφαγὶς φοβερὰ καὶ αἰδέσιμος, καὶ τῷ τιμίῳ αἵματι ἐπειχόμεθα.

Σήμερον καθαρῶς ἐφύγομεν Αἴγυπτον καὶ Φαραὼ τὸν πικρὸν δεσπότην, καὶ τοὺς βαρεῖς ὑπαίτους, καὶ τῆς πλινθείας καὶ τῆς πλινθείας ἠλευθερώμεθα. καὶ.

quam hæc fortaſſe apud Deum melior eſt, atque præſtantior, quam nonnullorum aliorum celeritas.

Bonum enim eſt & Deo ſeſe parumper ſubducere, ut Moſes ille olim, ac poſtea Jeremias, & rurſus ad vocantem prōpte atque impigre accurrere, quemadmodum Aaron & Eſaïas: modo utrumque pio animo fiat, alterum ob propriam imbecillitatem, alterum ob vocantis potentiam. Myſterium unxit me: myſterio pauliſper ceſſi, ut meipſum inſpicerem & explorarem: cum myſterio etiam ſimul introeo: præclarum timiditatis imbecillitatiſque meæ adjutorem, diem hunc mihi aſciſcens; ut qui hodierno die a mortuis ſurrexit, idem me quoque ſpiritu innovet, novoque homine induat, novæque creaturæ, hoc eſt, iis qui ſecundum Deum naſcuntur, fictorem bonum & magiſtrum donet, cum Chriſto, alacri animo, & morientem & reſurgentem. Heri agnus mactabatur, & poſtes ungebantur, luxitque primogenita Ægyptus, ac nos exterminator præteriit, (ſignaculum quippe terrori ipſi ac venerationi fuit,) pretioſoque ſanguine protecti ſumus.

Hodie Ægyptum omnino fugimus, & amarulentum illum dominum Pharaonem, & acerbos præfectos: ac luto & laterum confectione liberati ſumus.

Ab octavo jam ſæculo in Manuſcriptis Græcis obſervantur literæ prægrandes, initio operum & librorum, Calligraphorum arbitratu confictæ: ubi variis hominum, ſerpentum, avium, piſcium, &c. figuris, ſingulæ literæ repræſentantur: quarum pro ſpecimine Alphabetum in Tabula datur. Nec omittendum eſt, in aliquo Gregorii Nazianzeni exemplari manuſcripto, ad initium ſingularum Orationum literas hujuſmodi initiales depingi: in ſinguliſque Gregorium ipſum Nazianzenum exhiberi concionantis more, & ad marginem populi turbam auſcultantem adhibitis coloribus effingi. Nimirum ſinguli Calligraphi, qui pingendi peritia valerent, quæ animo conceperant in libris pro arbitrio delineabant, ut initiales illas literas efformarent.

Aliquando etiam, dum literas hujuſmodi delineant, figuras ad rem, qua de agitur, ſpectantes, ut poſſunt, effingunt; exempli cauſa libro 1. Joannis Chryſoſtomi de Sacerdotio, qui ſic init, ἐμοὶ μὲν πολλοὶ ἐγένοντο φίλοι, i. *Mihi quidem multi amici fuere*, ipſe Joannes Chryſoſtomus in prima perſona loquens in ſemicirculo depingitur calamum manu extendens, ut ſcribat, brachium autem cum calamo lineam tranſverſam τῦ ∈ efficit, & ſupra


A
B
Γ
Δ
Ε
Ζ
Η
Κ
Μ
Ν
Ο
Π
Ρ
Τ
Υ
Φ
Χ
Ω

ſcribitur, Ιω. ὁ χρυσόστομος, *Joannes Chryſoſtomus.* Homilia autem 39. ad Populum Antiochenum, quæ ſic inchoatur, ὀχ πολέμου χθὲς ἐπανήλθομεν, *Ex bello heri reverſi ſumus*, in circulo a dextra parte non clauſo, depingitur miles haſtam vibrans, cujus brachium cum haſta lineam tranſverſam τὸ ϵ deſcribit. H vero cur per duos homines adverſum ſtantes, qui hinc & inde arreptum manibus quidpiam trahunt, repræſentetur, nonniſi ex Calligraphi commento & arbitrio profectum videtur. Lib 6. de Sacerdotio, qui ſic init, καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα, ubi loquitur de pœnis inferni, ſerpens corpus convolvens caudamque ſurſum vibrans, ac hominem devorans, literam K exprimit, ut vides in ſchemate. M vero ſingulari modo depingitur in Homilia 60. Joan. Chryſoſtomi, quæ eſt contra Anomœos: ubi de vinculo amoris & igne caritatis initio loquens, ita orditur, μίαν ὑμῖν διελέχθημεν ἡμέραν. Ibi enim duo captivi, compedibus & vinculis conſtricti, hinc & inde alteram tibiam erigentes, vaſi in medio poſito & flammam emittenti imponunt: illoque ſitu literam M efficiunt. Literam O initio Homiliæ 28. quæ eſt de incomprehenſibili, ubi legitur, οἱ φιλόπονοι τῶν γεωργῶν; id eſt, *Studioſi agricolæ*, agricola circulum floridum claudens & arborem in medio poſitam emundans, una cum circulo repræſentat. Alibi autem litera Φ per palmam repræſentatur, quia φ in voce φοῖνιξ, quæ palmam ſignificat, prima eſt. Has porro initialium formas nempe duplicem ϵ, item, H, K, M, O, Φ, ex Codice Regio num. 1819. decimi ſæculi mutuati ſumus. B autem ex noſtro Sangermanenſi noni ſæculi. ϵ alterum cum extenſa manu ex Codice Baſilii Macedonis, de quo egimus hoc Capite. Alias ex aliis vetuſtis Codicibus. Hæc de literis initialibus ſatis ſuperque ſunto. Monendum tamen eſt, omnes quotquot in exemplo habentur, ex Codicibus noni vel decimi ſæculi exceptas fuiſſe: aliaſque multas nec minus ſingulares in Codicibus variæ ætatis reperiri, Calligraphorum, ut diximus, arbitratu concinnatas.

Specimen Codicis Regii Dioſcoridiani.

Inter præſtantiſſimos Regiæ Bibliothecæ Codices jure accenſendus ille Pedanii Dioſcoridis Anazarbenſis num. 2130. qui vetuſtate non multis Dioſcoridianorum exemplarium; depictarum ſtirpium arborumque elegantia nulli, concedit. Hac item in re inſignis, quod in Ægypto ſcriptus fuiſſe videatur & Ægyptiorum illo ævo formam exprimat: qua in regione, poſtquam in Arabum ditionem tranſierat, non ita frequens ſcriptio Græca fuiſſe videtur, ut ex paucitate Græcorum Codicum iſtinc delatorum conjectare licet: nam pauciſſimos ſane vidimus Ægyptiacos ſecundum vulgarem cæterorum Græcorum modum exaratos: ſed ut plurimum olent peregrinum. Ubi obſervandum eſt literarum Græcarum, quæ uſitatæ in Ægypto fuerunt, triplex genus deprehendi; primum videlicet Coptorum ſive Ægyptiorum, quo Copti, lingua quidem ſua primigenia; ſed Græcis characteribus ſcribunt: idque a Ptolemæorum temporibus. Priſcus enim character Ægyptiacus penitus obſolevit, neque veſtigium ejus ullum exſtat in libris Copticis: qui in variis Bibliothecis habentur; exceptis literis ſex, quæ ex veteri, ut videtur, ac germano Ægyptiorum alphabeto, literis Græcis, in uſum Ægyptiorum invectis, admixtæ ſunt. Alterum Græcè ſcribendi genus in Ægypto uſurpatum, eſt vulgare illud, quo Græci variæ ætatis uti ſolebant.

Erat

Erat autem ante Arabicam irruptionem Alexandria insignissima Græcæ scriptionis officina. Verum, ut in fine Libri primi dicebamus, postquam Arabes Ægyptum occuparunt, paulatim desiit illa Græcè scribendi frequentia; ita ut pauciſſimi Codices Græci, Græcorum more scripti, ex Ægypto in Bibliothecas nostras transmeaverint: inter quos insignis est Regius ille, a Leone Clerico scriptus anno 1001. Tertium Græcè scribendi genus in Ægypto usurpatum, aliquid peregrinitatis habet in forma characterum, ut in hoc, de quo agitur, Dioscoridiano Codice videre est, atque in altero Regio posterioris ævi, cujus specimen dabimus Libro sequenti. Hi vero postremi generis Codices Ægyptiaci, ad primum periti cujusvis adspectum peregrinitatem suam produnt: nam literæ singulæ nonnihil discriminis a consuetis Græcorum characteribus præferunt, ut in specimine vides. E præsertim singulari modo scribitur: reliquæ literæ mirum in modum deflexæ, a sinistra ad dexteram propendent. Cæterum Exemplar istud toto Libro primo, multisque hinc & inde partibus, mutilum est. In fine libri tertii legitur:

Πεδανίου Διοσκουρίδου Ἀναζαρβέως
περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγος γ'.
εὐτυχῶς χρῶ.

ΔΙΟΒ

Hoc est, *Pedanii Dioscoridis Anazarbensis de Hyle Iatrica, sive de materia & plantis ad medicinum aptis, liber tertius. Feliciter utere.* Ubi observes titulum in fine libri repeti, quod in plerisque aliis Codicibus occurrit, ut notavimus Libro 1. c. 5. Post εὐτυχῶς χρῶ, videtur Calligraphi nomen describi, ac legendum esse Διόδωρος, *Diodorus.*

Hîc accentus ac spiritus notantur, sed non tanta accuratione; ita ut plerumque negligantur: spiritus modo hac forma ⊦, modo illa ↄ c, delineantur: quæ rotunda accentuum forma, sæculo circiter nono invehi cœpit, ut uno calami ductu delinearentur, qui nonnisi duobus antea scribebantur; & notandum est, quando ad expeditius scribendum accentuum forma novata fuit, primo in anguli morem accentus exaratos fuisse sic ⌐ ⌐, deinde vero rotundos hoc modo ↄ c. Hoc porro Dioscoridis exemplar nono sæculo descriptum fuisse putatur.

Ad singulas plantas nomina Arabice scripta, sed recentiore manu, leguntur; item ad marginem aliæ Arabicæ notæ hinc & inde adscribuntur. Ad plantam illam, quæ *Thymbra* dicitur, ejusdem nomen Græco Coptico charactere exaratur; videlicet ⲛⲉⲙⲓⲱⲙ, ut habetur in specimine. Quæ vox, non Græca, sed Ægyptiaca est: ad alias item plantas nomen Ægyptiacum Græco Coptico charactere scriptum est: quo asseritur id, quod supra diximus, Codicem videlicet in Ægypto scriptum esse. Præter notas Arabicas & Copticas, quæ plantarum, ac interdum etiam morborum, quibus curandis aptæ sunt, exprimunt, habentur etiam eadem nomina Latine, sæpe plura ad singulas, quando pluribus significantur. Hæc porro Latina nomina ab annis circiter trecentis descripta sunt, cum videlicet Codex in Occidentem translatus est. Prima insuper manu marginales notæ frequenter habentur, nomina referentes plantarum atque morborum, de quibus agitur. Ad plantas item notatur interdum prima manu, qua in regione tales nascantur, quales depinguntur in Libro; sic fol. 31. hujus Codicis, ubi σαφύλινον ἄγειον describitur,

δε ταδ ὑτατῶι θυ
μωι ὁμοίως λαμ
βανομένη· καὶ
προστηνε νύγι
δι αι χρησιν ευθε
τος· γίνεται δὲ
καὶ σπαρτη θύμ
βρα κατα παντα
τὴν ἀγρίας λά
σεων· εὐχρηστο
τερα δε προσβρῶ
σιν· διατομὴν ε
πιτε τασθαι τηι
δριμυτητι· ~
ἕρπυλλος· ὁ μεντὶς
εστι κηπευτος·
σαμφουχίζων
τηι οσμῆι· καὶ ἰστε
φανωματικὸς· ωνομασται δε ἀπο τοῦ
ερπειν τε καὶ οτιαν αὐτοῦ μέρος θιγηι
τῆς γῆς ριζοβο
λεῖν· ἔχει δε
φύλλα καὶ κλω
νια ριγανωι ὅμ
φερει· πλὴν
λευκοτερα ἀπο
δε δαιμασιων
καθιεμενος· εὐ
αὐξέστερος γί
νεται· ὁ δε τὶς
ἐστιν ἀγριος· ὃς
καὶ ζυτὶς καλεῖ
ται· οὐκ ἔρπει
ἀλλ ὀρθος· κλω
νια ἀνιεὶς ἁπλᾶ·



ad figuram ejus legitur prima manu Αἰγυπτιακὸν, *Ægyptiacum*. Non infrequenter item ſub arboribus & plantis depinguntur homines morbis, quibus curandis illæ aptæ ſunt, laborantes. Cæterum Codex iſte Henrici ſecundi tempore in Bibliothecam Regiam allatus eſt.

Hic vero Dioſcoridianus Codex non alphabetico ordine deſcriptus eſt, ut Cæſareus & Neapolitanus ſupra memorati; ſed quo modo ab ipſo Dioſcoride primum editus fuerat: habita nempe plantarum, inter ſe aut forma aut virtute ſimilium, ratione. Alphabeticum quippe ordinem, ſummopere improbabat Dioſcorides, ut ſupra dictum eſt, nedum ipſe ſequutus ſit. Quare qui jam olim a priſcis temporibus Dioſcoridis Librum ordine alphabetico digeſſerunt, contra mentem auctoris feciſſe deprehenduntur. Quæ in ſpecimine autem habentur ſic vulgaribus typis edimus, reſumta paulo altius oratione, ut ſententia quadret.

Θύμβρα καὶ αὐτὴ γνώριμος, ὁμοιομερὴς ἐν λεπτογείοις καὶ τραχέσι τόποις, ὑσσία θύμῳ, ἐλάττων μέντοι καὶ ἀπαλωτέρα, φέρουσα στάχυν αὔλακος μεῖζον, ἔγχλωρον.

Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ θύμῳ ὁμοίως λαμβανομένη, καὶ πρὸς τὸν ἐν ὑγιείᾳ χρῆσιν εὔχρηστος. γίνεται δὲ καὶ ἀγρία θύμβρα, καὶ πόα τῆς ἀγελαίας ἐλάττων, εὐχρηστοτέρα δὲ πρὸς βρῶσιν διὰ τὸ μὴ ὑπερτείνεσθαι τῇ δριμύτητι.

Ἕρπυλλος, ὁ μέν τίς ἐστι κηπευτὸς, σαμψυχίζων τῇ ὀσμῇ, καὶ στεφανωματικός· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἕρπειν τε, καὶ ὅ, τι ἂν αὐτοῦ μέρος θίγῃ τῆς γῆς, ῥιζοβολεῖν. ἔχει δὲ φύλλα καὶ κλῶνια ὁμοιοειδῶ ἐμφερῆ, πλὴν λευκότερα, ἀπὸ δὲ ἀγριαστῶν καθιέμενος βλαστοξέστερος γίνεται· ὁ δέ τις ἐστὶν ἄγελος, ὃς καὶ ζυγὶς καλεῖται· οὐκ (sic) ἕρπων, ἀλλ' ὀρθὸς, κλῶνια λεπτὰ ἀνιεὶς πολλά.

Thymbra ſive Satureia, trivialis notitiæ, in tenui ſolo & aſperis locis gignitur, thymo ſimilis, minor tamen & tenerior, ſpicam ferens floribus plenam, coloris herbacei.

Thymo ſimilem virtutem habet, ſi ſimiliter accipiatur: quin etiam ſanis ſalubris eſt uſus. Eſt etiam thymbra, quæ ſeritur, ſilveſtri prorſus minor: quæ propter minorem acrimoniam eſui commodior eſt.

Serpillum, aliud quidem hortenſe eſt, Samſuchi odorem emittens, atque ad coronas adhiberi ſolet: cui a ſerpendo nomen inditum eſt; quoniam ſi qua ejus particula terram contingat, radices ibi demittit. Folia & ramos origani ſimiles habet, ſed candidiores: in ſepibus multo altius aſſurgit, aliud ſilveſtre eſt, & Zygis vocatur; qui non ſerpit; ſed rectus aſſurgens tenues ramulos emittit.

Capitula in Codice Regio aliâ, quàm in editis, ratione numerantur. Nam in editis, pleriſque ſaltem, numerus inchoatur in libris ſingulis; in manuſcripto autem Regio ab initio primi libri incipitur, & ad finem uſque continuatur; ita ut Serpylli Capitulum in editis numero 46. Libri tertii, hic trecenteſimus quinquageſimus numeretur. Capitula vero in ſectiones plerumque multas diſtinguuntur, ac ſectiones ſingulæ ad marginem notantur per literas numerales, α, β, γ, ut vides in ſpecimine. Puncta ad ſupremum literæ latus notantur ut plurimum, aliquando item ad imum pro minori diſtinctione: ſed nulla in his certa norma.

Specimen Codicis olim Illuſtriſſimi Abbatis de Camps, quem ipſe Ludovico Magno obtulit ad uſum Bibliothecæ Regiæ.

Codex quatuor Evangeliorum, cujus character uncialis nonum quidem ſæculum præfert : verum hoc ſcribendi genus in libris ad Chori, Liturgiæ, & Officii divini uſum deſtinatis, etiam decimo & undecimo ſæculo uſurpabatur, ut in pleriſque Italiæ Bibliothecis obſervavimus. Hic autem liber ad uſum Eccleſiæ deſcriptus fuit ; ut ex notis interlinearibus minio depictis deprehenditur, quæ ad cantum & inflexiones vocum depingi ſolebant : & cum variæ lectiones prima, ut videtur, manu exaratæ, uno ductu & continuatis literis deſcriptæ, decimi ſæculi notam præferant, hinc petenda ut æſtimo Codicis ætas. Variæ autem lectiones ſupra memoratæ habentur in Codice, fol. 106. & ſeqq. fol. 117. & ſeqq. fol. 121. &c.

Præmittitur diſtributio Evangeliorum per annum : hinc ſequitur Euſebii monitum in Canones Evangeliorum, poſtea ejuſdem Euſebii Canones, ſive



concordantiæ Evangeliorum, Hippolyti Chronologia Evangeliorum. Deinde quatuor Evangelia cum notis ad Canones remittentibus.

Obſervandum eſt in hoc Codice, ut in pleriſque aliis Græcis vetuſtioribus, in generationibus Matthæi, Joachim interponi Joſiam inter & Jechoniam hoc pacto, Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωαχεὶμ, Ἰωαχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Joachim vero in Vulgata noſtra non comparet.

Præit Evangelio Lucæ, (perinde atque initio Marci & Joannis,) ejuſdem Lucæ ſchema imperitæ manus, ubi tranſverſa legitur inſcriptio Ruthenica ſive Moſcovitica longe recentioris quàm Codex ætatis, quo innuitur in Moſcovitarum manus deveniſſe Codicem: ſub hæc autem ad Orientales Chriſtianos tranſmeaſſe videtur ex notis Arabicis, quæ ſubinde occurrunt.

Quæ in ſpecimine habentur, ſic vulgaribus typis eduntur cum Latina interpretatione.

Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον.

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ χριστοῦ υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ· Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ· Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς Θάμαρ· Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ· Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ· Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ· Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασσών· Ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών· Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ· Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὼβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ· Ὼβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί· Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαυὶδ τὸν βασιλέα· Δαυὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολόμωνα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου· Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ· Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά· Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά· Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ· Ἰωσαφὰτ δὲ....

Evangelium ſecundum Matthæum.

Liber generationis Jeſu Chriſti filii David, filii Abraham. Abraham genuit Iſaac: Iſaac autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Judam & fratres ejus: Judas autem genuit Phares & Zaram de Thamar: Phares autem genuit Eſrom: Eſrom autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab: Aminadab autem genuit Naaſſon: Naaſſon autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab: Booz autem genuit Obed ex Ruth: Obed autem genuit Jeſſæ: Jeſſæ autem genuit David regem: David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ: Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam: Abia autem genuit Aſa: Aſa autem genuit Joſaphat: Joſaphat autem....

PALÆOGRAPHIA GRÆCA.

LIBER QUARTUS.

DE CHARACTERIBUS LIGATIS, sive ductu calami conjunctis.

CAPUT PRIMUM.

Characteres ligati ex Tachygraphorum literis & actis ad Libros emanasse putantur : de Literarum singularum conjunctionibus. Tachygraphiæ exemplum ex Diplomate San-Dionysiano. Characteres mixti noni ac decimi sæculi ex Codicibus Florentino ac Bononiensi. Exempla tria noni sæculi charactere ligato ; nimirum ex duobus Colbertinis & uno Basiliano.

HACTENUS de charactere unciali, ut vocant, egimus, necnon de variis mutationibus, quæ a quarto ad decimum usque sæculum in literas Græcas unciales Librorum advectæ sunt. Illæ vero leves & exiguæ reputentur, si conferantur cum aliis, quæ octavo, ut citius, vel nono, ut tardius, sæculo accesserunt : quo tempore literas colligandi, atque uno ductu binas ternas vel plures exarandi consuetudo invecta est. Id autem ex Tachygraphis sive Notariis ad Calligraphos emanasse prorsus videtur. Siquidem Tachygraphorum ductus priscæ inventionis esse, & ad priora Ecclesiæ sæcula revocari perspicuis exemplis commonstravimus Libro primo & secundo. Nam Origenis tempore jam frequentatum ac receptum Tachygraphiæ usum fuisse demonstratum est Lib. 1. & Tachygraphorum ductus vel in nummis observari ostendimus in fine Libri secundi, ubi diphthongum ϑ, sic scriptam, in nummis Volusiani reperiri experti diximus, aliasque Tachygraphorum formas notavimus. Calligraphi autem, ut expeditius scriptura curreret, Tachygraphorum ductus sero tandem adoptarunt ; importuna quippe illa ad singulas lite-

ras intermiſſio, ſcriptionem nimium morabatur : nam quantavis diligentia ſcriberetur, ad ſingulas literas ceſſare opus erat & curſum intercipere : hinc ex diuturniore labore minor quæſtus obveniebat : quamobrem Tachygraphorum, ut ductus ; ita & celeritatem imitari cœpere Calligraphi : nihil enim aliud curabant, quam ut breviore opera majus lucrum accederet.

Quod autem nono id ſæculo, vel ſaltem haud diu ante, contigerit, non levibus conjecturis colligi poſſe cenſemus. Nam libri unciali charactere deſcripti, oblongis illis ſcilicet ac deflexis literis, de quibus ſupra, ingenti numero deprehenduntur, & quidem ad ævum uſque Baſilii Macedonis ; quorum nullus quem viderim, vel annum vel notam ætatis præfert, nono ſæculo poſteriorem, exceptis dumtaxat libris choralibus ; ligatorum vero characterum, qui uncialibus ſucceſſerunt, formæ variæ, quæ in manuſcriptis conſpiciuntur, notam ætatis habent ; non in omnibus quidem libris, ſed in aliquot tamen, quorum ope ætatem aliorum æſtimare licet. At nullum Codicem charactere ligato vidimus, qui notam præferret nono ſæculo antiquiorem.

Obſervandum porro eſt literas unciales, quarum uſus poſt nonum ſæculum paulatim obſolevit, ſæpe tamen poſtea uſurpatas fuiſſe pro titulis Librorum, capitum, & articulorum, neque ita multos eſſe Codices x. vel xi. ſæculi, ubi hæc currenti, ut aiunt, calamo ſcribantur : interdum item notæ marginales Manuſcriptorum etiam medii ævi, unciali charactere delineantur. Libri vero ad Chorum & Officium Eccleſiaſticum deputati, ubi notæ multæ ſunt ad modulationem & inflexionem vocum, etiam decimo & fortaſſe poſterioribus ſæculis, charactere unciali deſcripti fuerunt ; ut paulo ante dictum eſt.

Cum igitur priſtina illa ſcribendi ratio Librarios admodum retardaret ; nam præterquam quod multæ literæ pluribus disjunctiſque calami ductibus exarabantur, ad ſingulas literas, ut dixi, ductum interpellare aliumque reſumere neceſſe erat ; levandi laboris & expeditioris operæ inducendæ cauſa, Calligraphi exemplo Tachygraphorum cum literas uno ductu ſcribere, tum eaſdem cum præcedentibus & ſubſequentibus copulare cœperunt : nam invectæ a Tachygraphis formæ ad colligationem aptæ erant, ut ſubſequens literarum omnium recenſio declarabit.

A, ſic in veteribus Tabulis marmoreis æneiſque triplici ductu ſcribitur : in libris Græca manu ſcriptis numquam habetur, in libris autem unciali charactere deſcriptis ſic ⍲ duplici depingitur : in recentioribus a nono ſæculo unico ductu exaratur α, ita ut etiam cum præcedenti & ſubſequenti litera jungatur, ut in καὶ, quæ vox uno nec intermiſſo calami motu ſcribitur. ⍲ item hac forma frequenter uſurpatur, & cum ſequenti ſæpe, cum præcedenti raro, litera connectitur ; idque variis modis, ut advertere quiſque poſſit in ſequentibus exemplis.

B, duplici ſaltem calami ductu antea ſcriptum, ſic uno depingitur ϐ & β, & aliquando cum præcedenti litera continuatur, imo etiam frequentiſſime ita ω, ut per caudam infimam cum ſequenti litera fere ſemper copuletur. Poſtrema forma prov a Librariis ſæpe habita fuit, & magnam errandi materiam præbuit.

Γ, frequenter ſervata priſca forma cum ſequenti litera continuatur : vel ſic ſcriptum γ, cum antecedenti & ſequenti per bina cornua jungitur. In hac

postrema forma sæpe varietates occurrunt, quæ facilius inter legendum observentur a quoque, quam hic exprimantur.

Δ, sic a nono sæculo scriptum occurrit , & per infimum angulum sequenti copulatur; vel uno ductu sic frequentius , & per lineam reductam cum sequenti litera plerumque continuatur; idque innumeris pene modis.

E, triplici saltem ductu sæpe scriptum in vetustioribus Tabulis, in Græcis Codicibus hac forma nusquam occurrit, in iis scilicet, qui Græca manu scripti sunt. Deinde sic, ϵ, exaratur in marmoribus & nummis sub Imperio Romano: & in Codicibus unciali charactere scriptis eadem forma delineatur. Sed ævo posteriori quatuor saltem formas habet, , ϵ, , . Prior forma cum antecedenti linea sæpe conjungitur ut in ; secunda per mediam lineam cum sequenti; tertia per mediam item lineam utrinque copulatur, quarta superne semper scribitur, & cum sequenti litera continuatur; sed longe diversis ductibus.

Z, sic mutatur ζ & , prior forma interdum ab initio copulatur cum præcedenti; altera secus: utraque autem raro cum posteriore litera jungitur.

H, triplici ductu olim scriptum, sic exaratur uno η, quæ forma utrinque, sed non ita frequenter, continuatur: alia item ejus forma inducta est , qua utrinque copulatur, ut in : scribitur etiam minuscula forma sic .

Θ, hac duplici figura delineatur, θ & . Prima forma per mediam lineam præcedenti & sequenti literæ jungitur, postrema cum sequenti frequentissime, cum præcedenti item: sed præcipue post σ, ut in , , , quæ frequenter occurrunt. Forma autem postrema in Tachygraphorum actis, antequam ligatus character in libris usurparetur, adhibita fuit: habetur enim in Epistola Constantini Copronymi mox adferenda; sed in libris nono ac ineunte decimo sæculo, charactere ligato scriptis, nondum observabis; sic enim semper scribitur θ, ut infra dicetur.

I, cum antecedenti sæpissime copulatur, cum sequenti rarius.

K, triplici, vel saltem duplici intermisso calami motu scriptum, uno item exaratur sic κ, & cum præcedenti ac sequenti litera jungitur; vel sic , & per inferiorem extremam lineam sæpe jungitur cum sequenti; per priorem item aliquando cum præcedenti.

Λ, sic duplici ductu scribitur, unico sic , ac per priorem lineam cum præcedenti litera continuatur, vel ab altera parte hoc modo cum sequenti: sic autem scriptum λ, per posteriorem cum sequenti. In hac item litera nonnumquam ductus singulares occurrunt.

M, mutata forma sic scriptum habetur , ut per lineolas infimas utrinque sæpe copuletur: item sic delineatur μ, & tunc per posteriorem sæpe cum sequenti linea jungitur; aliquando item cum præcedenti per priorem.

N, sic ν & sic per primam lineam jungitur interdum: vel etiam in fine ductus sic continuatur .

Ξ, mutata prisca forma sic scribitur ξ, & superne continuatur interdum cum præcedenti litera.

O, retentâ formâ copulatur cum præcedenti sic , , , &c.

Π, sic scribitur π & ϖ, & secundum utramque formam cum præcedenti & cum sequenti jungitur.

P, secundum hanc formam copulatur cum præcedenti, & reducta lineola sic cum sequenti, , &c.

Σ, vel C, ſic ſcribitur rarius uno ductu ; frequentius vero ſic σ, & cum ſubſequente litera perſæpe copulatur, formatum eſt autem σ ex C, reductâ inferiore linea donec ad ſuperiorem pertingeret. Notandum eſt formam C, nullatenus mutatam, a Calligraphis ſæpe, etiam infimis ſæculis, uſurpari, maxime autem in fine vocum.

T, per lineam ſupremam utrinque jungitur : ſcribitur etiam ϒ, & tunc a medio cum præcedenti ſic copulatur στ. Aliæ ſingulariores ejus literæ formæ nonnumquam occurrunt in manuſcriptis exemplaribus : exempli cauſa cum duplex eſt ut in πλάττω, ſecundum τ demittitur uno ductu. Vide libro ſeq.

ϒ, ſic ſcribitur υ, & cum præcedenti jungitur, ut in ϖω, cum ſequenti item continuatur ſic ωω, & θυ.

Φ, ab ima linea cum ſequenti continuatur, a ſuprema item ſed rarius jungitur.

X, per utrumque ſupremum cornu ex utraque parte copulatur ; formamque ſemper eamdem retinet.

Ψ, quoque per tranſverſam lineam, rectam aliquando, ſic †, utrinque conjungitur.

Ω in hanc formam ω mutatum, raro cum ſequenti, cum præcedenti litera ſæpius jungitur. Sæpe etiam ſic clauſum undique ſcribitur ∞, & cum præcedenti litera interdum continuatur ; cum ſequenti rariſſime.

Hæc leviter perſtrinximus : cæteras vero literarum copulationes formaſque non vulgares, in exemplis poſtmodum ſubjiciendis Lectori benevolo explorandas mittimus. Omnes enim literarum copulationes repræſentare, humanæ facultatis non eſſet. Toto autem Libro quinto abbreviationum varia genera recenſebimus. Obſervandum eſt, literas non modo binas aut ternas ; ſed etiam quaternas, quinas, ſenas ; imo plures plerumque uno ductu deſcribi. Quinetiam perſæpe priorem vocem cum poſteriore vel integra, vel cum ſyllaba ejus tantum, copulari, ut in ſubjiciendis ſpeciminibus animadvertas.

Quandoquidem ex Tachygraphorum literis & actis characterum copulationes alioſque invectos calami ductus emanaſſe putamus ; haud abs re erit Tachygraphiæ exemplum hic proferre, ex Archivo San-Dionyſiano depromtum, haud ita pridem editum a D. Joanne Mabillonio noſtro in Supplemento ad rem Diplomaticam. Eſt autem papyreum & mire lacerum ab initio & a lateribus, ita ut vix divinando aliquid expiſcari, & qua de re agatur intelligere poſſimus. Ex ſubſcriptione vero in cinnabari deſcripta arguitur eſſe Epiſtolam Imperatoris cujuſdam Conſtantinopolitani ad Regem Francorum ſui ævi. Ex iis porro quæ ſuperſunt, hæc ſolummodo legi aut ſuppleri poſſe videntur.

. . . . ων ὅπ ἐν τῷ ταξιδίῳ πύτῳ δ. . . .
ε. ε. . α γλυέως. . . . . α καὶ. . . .
[Εἰς δόξαν] αὐτῦ τῦ φιλανθρώπου. . .
. . . . ειω ἡ ἀγάπη τῆς ἡμετέρας ἐκ [κῦ]
[βασιλείας] ἐφανερωθῇ ὑμῖν καὶ ἕσπαμ. . . .
τῆς ἐκ θεοῦ βασιλείας ἡμ[ῶν] . .
. . . . [ἠγ]απημένοι ἡμῶν τέκνου. . . .
. . . .[ὅπ]ως, καὶ ὁ θεὸς δοξάζ[ηται]. . .
. . . . Εἰς τὰ πέρατα τῶν χριστιανῶν. . .
[ἀπεκ]απάσασις φαίνῃ, καὶ οἱ [ἐχθροὶ]. . .

. . . [ἀπ]όλωνται, καὶ οἱ φίλοι σώζονται.
. [ἡ χάρις] τοῦ θυ καὶ ἡ εἰρήνη αὐτοῦ κ. . .
. . . . ἔστω μεθ' ὑμῶν καὶ μεθ' ὅ. . .
. . . . ἁρμόδιόν σοι ἐστὶν, καὶ ὑποτα[γῆναι] [vel ἑπομε]
. . εἰρήν[ην] τῶν προσδηλωθέντι [καὶ]
[φιλοχρι]στῳ ἡμῶν τέκνῳ τῶν Ρηγ. . .
. . . . σαυτῷ ἐκλιάθης καὶ ὅτι το. . .
. . . . σαυτῷ τῷδε τῷ δημιουργήσα[ντος.

Ταξιδίῳ legitur prima linea, licet enim τα & δίῳ solummodo perspicue appareant, & in medio vocis literæ paulum erasæ deletæque sint; at ex infimis ductibus certum est ξ post τα sequi; & ex altero ductu superne delineato, non minus conspicuum est δ postea haberi, quo posito, nonnisi ταξιδίῳ legi potest: ταξίδιον autem, vox medio Græcitatis ævo frequentissima, est expeditio militaris, de qua vero agatur, mox conjectando dicemus. Vox φιλόχριστος in tertia linea pro Christo Salvatore apud Græcos mediæ & infimæ ætatis passim usu venit. Ad quemdam Francorum Regem Epistolam mitti non dubium est: nec minus certum videtur eumdem Francorum Regem tunc bellum gessisse cum alio Rege, cujus nomen, perinde atque Regis Francorum, injuria temporum excidit: nam hortatur Francorum Regem Imperator, ut cum illo alio Rege pacem habeat. Siquidem duas postremas syllabas, δίφ, esse partem vocis εἰρηνδίφ, non dubito, ac ita sensus omnino quadrat. Quod ad nomen Imperatoris, omnino videtur *Constantinus* esse: desinit enim in *tinus*, nam lineola ante *n* quæ videtur *m* efficere, ductu currentis calami superaddita putatur, & aliunde nullius Imperatoris Constantinopolitani nomen in *timus* desinit; & quod magis urgeat alterius *t* formam etsi laceram in præcedenti syllaba vides, quo posito, non potest nisi Constantinus exprimi. Si vero literæ Latinæ peregrinum olent, quid mirum, cum sint a peregrinæ linguæ Principe exaratæ? Lacinias autem illas Epistolæ, Latine sic interpretamur.

. . . . quia in hac expeditione militari . .
. . . fieri. . . . . &
. . in gloriam ipsius Servatoris . . . . .
. . . . . dilectio Majestatis ex
Deo nostræ expandatur in vos & sit . .
. . . Majestatis in Deo nostræ . . .
. . dilecti filii nostri [Regis] . . .
. . . ut Deus glorificetur . . . .
. . in finibus Christianorum . . . .
. . . restitutio adveniat, & inimici
pereant, & amici serventur . . . .
Gratia Dei & pax ejus & . . . .
. . sit vobiscum & . . . . .
. . convenit & consentaneum est tibi
pacem habere cum prædicto &
Christi amante filio nostro Rege
. . . . creatus es . . . . .
. . . . . a creatore
[Const]antinus.

Quis ſit ille Conſtantinus jam diſquirendum. Certum quidem videtur, ut diximus, eum Epiſtolam mittere ad Regem Francorum, qui tunc contra alium Regem bellum gerebat, & de pace inter ambos concilianda agere. Mihi hiſtoriam octavi & noni ſæculi percurrenti videtur, vix poſſe in alium, quam in Conſtantinum Copronymum, conjecturam cadere. Nam cum Aiſtulphus Langobardorum rex Ravennam & Exarchatum aliaſque Italicas civitates vi cepiſſet, & jam Romæ infeſtus immineret; Pipinus Francorum rex hortatu Stephani ſummi Pontificis, opem implorantis, ſuperatis Alpibus Aiſtulphi copias fudit, ipſumque Ticini mœnibus incluſum & obſeſſum, ad reſtituendas Romano Pontifici urbes compulit. Tum Conſtantinus Copronymus Exarchatu a Langobardis ſpoliatus, miſſis oratoribus ad Pipinum regem, ablatas urbes repoſcebat, & oblatis muneribus, ut optata aſſequeretur Pipinum lenire ſtudebat. Verum fruſtra ceſſit legatio, ut ignorat nemo. Duplex vero fuit Pipini in Italiam expeditio, & quidem pari exitu utraque: nam cum Aiſtulphus primo victus & obſeſſus, ad memoratas pacis conditiones acceſſiſſet; reverſo deinde in Galliam Pipino, reſtitutas urbes denuo cepit, & Romæ iterum formidoloſus erat. Verum Pipinus Alpes iterum tranſgreſſus, victum denuo atque obſeſſum Aiſtulphum ad prima fœdera ſervanda coegit. Crederem autem Conſtantinum Copronymum, qui ante adventum Pipini in Italiam, amice cum Aiſtulpho de reſtituendis ſibi Exarchatus urbibus egerat, dum primam contra Aiſtulphum expeditionem Pipinus ageret, ac cum nondum ita fractæ Aiſtulphi vires eſſent, ad utrumque Epiſtolam miſiſſe, & pacem inter ambos componere conatum eſſe, ea ſcilicet conditione, ut Ravenna & aliæ urbes ſibi reſtituerentur; & quidem amice ſtatim utrumque per literas alloquutum eſſe, quia ab utroque ſibi metueret. Nam poſt ſecundam Pipini in Italiam expeditionem, acciſis Aiſtulphi rebus, cum Pipino ſolum de reſtituendis urbibus egit, miſſis ad eum legationibus, ut narrant illius ævi Hiſtorici pene omnes. Hæc porro conjectando dicimus: ut ut vero ſit de aliis, quæ in hac lacera ſcriptura ſignificari opinamur, arbitror Imperatorem, qui ſubſcribit, eſſe Conſtantinum quemdam, atque, ut videtur, Copronymum, ipſumque de quadam expeditione militari verba facere, necnon de componenda pace inter Francorum regem & alium pariter regem, ut ex ſupra dictis colligitur. Haſce tamen conjecturas noſtras eruditiorum examini permittimus.

Subſcriptio autem altera, quæ ſub nomine & ſubſcriptione Conſtantini exprimitur in Tabula, ipſique fere ſimilis eſt, ex Diplomate quodam Caroli Calvi, in gratiam Monaſterii S. Cornelii Compendienſis dato, exſumta fuit. Is enim cum Auguſti & Imperatoris titulum accepiſſet, Græcanico ritu Dalmaticatus incedebat, in cinnabari, perinde atque Imperatores Conſtantinopolitani, Diplomatibus ſubſcribebat: in Diplomate autem Compendienſi, de re Diplomatica p. 405. Poſt ſignum Karoli Calvi in cinnabari, & Hludovici Regis, ſequitur ſubſcriptio Audacri Notarii hoc pacto: *Audacher Notarius ad vicem Gauzlini recognovit & ſubſcripſit.* Cui poſtremo ſigno ſuperſcribitur nomen Imperatoris Græci, qua forma vides in Tabula: ſubſcriptioni hujus Diplomatis ita ſimile, ut vel ex ipſo, vel ex altero Conſtantinopolitano, exſcriptum videatur.

Character etſi longis & prælatis linearum ductibus eleganter exaratus, a vulgari, quæ nono & decimo ſæculo in uſu erat, ſcribendi forma ligata non

deflectit. Accentus & ſpiritus nulli habentur : nam Tachygraphi celeritati ſtudentes, quidquid moras adferre poterat reſecabant. Has porro Tachygraphorum & Notariorum formas omnes, imitati poſtea ſunt Calligraphi : ita ut modo hunc, modo alium ductum adoptarent. Hinc eſt quod litera θ, quæ in hoc diplomate duobus modis exprimitur, nempe θ & ϑ, in manuſcriptis libris, qui nono, & uſque ad medium fere decimi ſæculi, exarati ſunt, ſecundum priorem ſolum formam θ, occurrat; in iis ſcilicet, quos hactenus vidimus & evolvimus.

Subſcriptio ſive nomen Imperatoris Latine ſcribitur, perinde atque in Monetis ejuſdem ævi : ubi Leonis Iſauri, Conſtantini Copronymi, & ſequentium Imperatorum nomina, itemque inſcriptiones in poſtica parte, Latine plerumque ſcribebantur. Qua de re vide Cangium in familiis Byzantinis. Sed ille Latinæ linguæ uſus tam in numiſmatibus, quam in ſubſcriptionibus & Bullis Imperatorum, ſenſim poſtea obſolevit; ita tamen ut in nummis etſi verba Græca ſint, literæ etiam Latinæ Græcis intermixtæ habeantur, ut in fine Libri ſecundi diximus. Ex ſubſcriptionibus vero alteram in Cinnabari ſcriptam vidimus; nempe Irenes conjugis Alexii Comneni, quæ tota Græce ſcripta eſt : de illa autem inferius agetur.

Librarii igitur cum Tachygraphorum formas adoptarunt, non ſtatim omnes omnium literarum in manuſcriptos libros advexerunt; ſed primum aliquot literas & conjunctiones, deinde paulatim omnes ad exemplum Notariorum ſcripſiſſe videntur. Quamobrem Codices aliquot noni circiter ſæculi vidimus partim ligato partim unciali charactere exaratos, ex quibus ſpecimina duo hic adferemus.

Primum, ex inſigni Codice Plutarchi deſumtum eſt, in Bibliotheca Monaſterii S. Mariæ Benedictinorum Florentiæ, noni, ut putamus, ſæculi : ubi characteres partim unciales partim ligati & cohærentes ſunt, elegantiſſime depicti. Interpunctio ſingularis eſt : major enim duobus punctis, media puncto ad ſupremum literæ latus, minima virgulis deſignatur. Exemplum porro decerpſi ex initio vitæ Sertorii.

Sic autem vulgaribus typis legitur,

Θαυμαστὸν μὲν ἴσως οὐκ ἔστιν, ὁ ἀπείρῳ τοῦ χρόνῳ ἡ τύχης ἄλλοτε ἄλλως ῥεύσης, ἐπὶ ταυτὰ συμπτώματα πολλάκις καταφέρειν τὸ αὐτόματον· εἶτα γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀποτελουμένων ἀριθμῶν τὸ πλῆθος, ἄφθονον ἔχει τὴν ἀποτελουμένων ὁμοιότητος χορηγὸν ἡ τύχη πρὸς τὴν ὕλης ἀπειρίαν· εἶτ' οὐκ ποτὲ ἀριθμῶν ἀριθμῷ ἐμπλέκεται τὰ παραδείγματα. . . .

Stupendum fortaſſe non eſt, ſi tempore immenſo, alias aliter fluente fortuna, in caſus ſæpe eoſdem forte recidatur. Nam ſi finitus non eſt accidentium numerus, largam habet fortuna ſimilitudinis eorum, quæ accidunt, ſuppeditatricem materiæ affluentiam; ſin ex numeris quibuſdam finitis res connectantur.

Altera pars vitarum Plutarchi in eadem Bibliotheca, eademque manu deſcripta, olim fuit. Verum anno 1455. cum Cardinalis Beſſarion eam mutuo accepiſſet, & dato Chirographo, ſe redditurum pollicitus eſſet, fidem non liberavit. Chirographum vero in fronte Codicis exaratum, ſic habet :

Alium librum Plutarchi de vitis Antiquorum triginta, mihi Beſſarioni Cardinali præſtatum per venerabiles Religioſos de Abbatia Florentina, dedi tranſcribendum Preſbytero Joanni Græco de Candia, cognomine Roſſo, qui portavit eum ſecum Venetias ibidem tranſcribendum 21. Febr. 1455. ſi quid mihi accidet, ibi quæratur.

Verisimile est illam Plutarchi partem in Bibliotheca S. Marci latere, & cum aliis a Bessarione undequaque collectis Codicibus honorifice tumulari. Joannes autem Rossus Presbyter Cretensis innumeros prope Codices scripsit, ut diximus Libro primo in notis Calligraphorum ad annum 1457.

Secundum specimen mixto charactere, unciali videlicet & ligato, prodit ex Codice Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononiæ, eleganter scripto, qui characteres ad dexteram reclinatos præfert : estque S. Basilii excerptum. Spiritus vel angularem vel rotundam in formam describuntur : unde opinor esse decimi sæculi, & paulum ætate inferiorem quatuor aliis in hac Tabula expressis, & binis prioribus Tabulæ sequentis. Cui conjecturæ suffragari videtur hæc forma τῦ ϑ, quam in Codicibus noni sæculi nondum observavi. At licet eum sequentibus jam adferendis ætate inferiorem habeam, quia tamen unciales cum ligatis mixtos characteres habet, Codici Plutarchi subnectendum duxi. Specimen autem desumtum est ab initio Homiliæ S. Basilii in Psalm. 28. & vulgari charactere sic habet.

Ἐξω τῆς ἁγίας αὐλῆς οὐ χρὴ προσκυνῆσι τῷ κυρίῳ· ἀλλ' ἔνδον ἡμᾶς μόνους τυτέστι μὴ ἐκβαίνειν τῦ συρήματος τ ἐκκλησίας, καὶ καθ' ἑαυτὸν καταρχὰς τῆς ἀποστασιαγωγῆς καὶ σχισμάτων, τ ὀφείλοντα ἀληθινῶς τῷ θεῷ λατρεύειν· οὐ γὰρ πρέπει. ὥσπερ γὰρ εἴκοι τις ἑαυτὸν κατασκευάζει τῦ κυρίου, τῦ ἡμέτερ. . .

Extra sanctam aulam non oportet adorare Dominum; sed intra illam; id est, non licet egredi quemquam a cœtu Ecclesiæ, ac seorsim illegitimi conventus & schismatum initium facere; eum nempe qui Deo verum cultum præstare debet : non enim convenit. Quemadmodum enim quivis sese Dei domum efficit, cum. . . .

His specimina tria subjungimus, notata III. IV. V. nono sæculo descripta, ut in primo indicatur. Putamus tamen hoc characterum genus etiam ineunte decimo sæculo in usu fuisse : hîc autem a charactere unciali penitus receditur, ut & in sequentibus exemplis.

Tertium igitur specimen prodit ex Codice Colbertino, numero 340. complectente vitas Sanctorum mensium Maii, Junii, Julii & Augusti : non ut a Simeone Metaphraste editæ sunt; sed quales erant antequam iis Metaphrastes manum admoveret; nugis scilicet, fabulis & portentosis narrationibus refertæ. Simeon quippe easdem vitas elegantiorem in formam redegit, prodigia bene multa, quæ mendaces Græculi commenti fuerant, passim resecuit; ita tamen ut quantum satis superque erat retineret. Id ego expertus dico, collatis non semel iis, quæ nono sæculo conscriptæ fuerant, cum aliis inferioris ævi, quæ ex Metaphrastæ officina prodierant.

Descriptus est porro Codex anno mundi secundùm Græcorum computum 6398. nempe Christi 890. ut ex nota infra ponenda liquebit. Nullumque vidi paris vetustatis Codicem, qui annum diserte præferret.

In fine libri & nomen auctoris & annus mensisque notantur hoc pacto.

Μιχαὴλ σῶτερ δημιουργὲ τῶν ὅλων,
Ταῖς τ ἀχράντ δίκταις ἠθέκω,
Τῦ ἐμπόνως γράψαντος Ἀναστασίῳ
Τὸν βίβλον ἣνπερ ταῖν χερσῖν μου νῦν φέρω·
Καὶ πάξον αὐτὸν ἐν δικαίων τῇ στάσῃ,
Πολλῶν παθῶν ἀμπλακημάτων λύσιν.

Et interjecto ſpatio,

Ἐ παυσι χειρὸς δημιουργεῖν σαββάτῳ,
Καμοῦ ὁ παύσας τοὺς πόνους ἐν σαββάτῳ.

Μηνὶ Ἀπριλλίῳ ἰνδικτίονος η'. ἔτους ,ϛτϟη'.

Id eſt :

Memento, ſervator, Creator univerſorum,
Precibus intemeratæ Deiparæ,
Anaſtaſii, qui cum labore ſcripſit
Librum, quem manibus fero meis:
Et ipſum in ſtatione beatorum conſtitue,
Conceſſâ multorum erratorum remiſſione.

Et interjecto ſpatio,

Chriſtus finem fecit creandi Sabbato,
Et meis item laboribus finem adfert Sabbato.

Menſe Aprili, Indictione octava, anno 6398.

More Græcorum annum mundi notat, qui eſt Chriſti 890. Quæ in exemplo feruntur vulgaribus typis edimus cum Latina verſione.

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου πανευδόξου Κηρύκου.

Martyrium ſancti & glorioſiſſimi Ceryci.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ, καὶ συνεπισκόπῳ Ζωσίμῳ ἐπισκόπῳ Θεόδωρος ἐλέει θεοῦ ἐπίσκοπος, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Dilecto fratri, comminiſtro & Coëpiſcopo Zoſimo Epiſcopo, Theodorus miſeratione divina Epiſcopus, in Domino ſalutem.

Ἐπειδὴ τῷ καλῷ σπέρματι ἐἰωθεν ἐπισπείρειν ὁ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐχθρὸς τὰ ζιζάνια, δεῖ ὅστις τῆς ἐκκλησίας ἐφίμους ἐπαγρύπνως φυλάττειν αἱ ἐπίμικτον πάσης ἀκαθάρτου ἐπινοίας τῆς τῆς θεοσεβείας σπόρον· ὅπως βλαστάνων καὶ καρπὸν θεῖον αὐξάνων, πολυφόρον ἀποδιδοῖ τῷ κυρίῳ τὸν καρπὸν, πρέφοντα τοῖς τῶν ὁσιωμένων, καὶ τοῖς ἴχνεσι τῶν ἁγίων ἐπακολουθεῖν ἐσπουδακότων ψυχάς.

Quia bono ſemini zizania ſuperſerere ſolet inimicus humanæ naturæ, Eccleſiæ alumnos decet advigilare, ut nulla impura excogitatione permixtum piæ religionis ſemen conſervent: adeo ut pullulans & ſecundum Deum creſcens, copioſum Domino fructum reddat, qui piorum, eorumque qui veſtigiis Sanctorum inſiſtere curant, animabus alimentum impertiat.

Quartum ſpecimen excerptum eſt ex Codice Colbertino, num. 1511. qui videtur eadem manu exaratus: eſt item Menæum ubi vitæ SS. & conciones pro ſolemnitatibus. Sic porro vulgari charactere ſcribitur.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ χρυσορρήμονος λόγος εἰς τὴν ἁγίαν παρασκευήν.

S. Patris noſtri Joannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantipolitani, ſermo in S. Paraſceven.

Ἐπέστη τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἡ πανήγυρις· ἔλαμψεν ἡ ἑσπέρα ἡ πάσης ἡμέρας φωτεινοτέρα· τί γὰρ ἐν τῇ παρούσῃ ἑσπέρᾳ οὐ γέγονε φοβερὸν καὶ παράδοξον θέαμα; ὁ δεσπότης συνεδείπνησε δούλοις, μυστηρίων αὐτοῖς ἤνοιξε παράδεισον· δέδωκεν αὐτοῖς βρῶμα, τὴν ἀναμάρτητον καὶ ἄχραντον αὐτοῦ σάρκα.

Adeſt ſacrorum myſteriorum celebritas: effulſit veſpera quovis die ſplendidior. Quid enim in hac veſpera non horrendum, non ſtupendum eſt? Dominus cum ſervis cœnavit, paradiſum myſteriorum ipſis aperuit, impeccabilem & immaculatam carnem ſuam in cibum dedit.

I

Θαυμαστὸν μὲν ἴσως οὐδὲν ἐστὶν ὃν ἀπείρων τὸ χρόνῳ τῆς τύχης, ἄμοιρος ἄμμος ῥοῦσης. ὅσοι ταὐτὰ συμπτώματα πολλαῖς ἰδέαις ἁπαφθῆναι τὸ αὐτόματον εἰ τόγε ἀρ' οὐδεμίαν τῶν ὑποκειμένων ὁρισμὸν ὂν τὸ πλῆθος. ἄφθονον ὄχει τῆς τῶν ἀποτόμων ὁμοιότητος χορηγὸν ἡ τύχη τὴν τῆς ὕβρεως ἀπειρίαν εἰ νῦν κτῶν ὁρισμόνων ἀριθμῶν ὑμπλῶσαι τὸ πράγματος πο . . . . . τύχη δὲ δυνάμει ὃς καὶ.

. . . . . ὑμριζόντων . . . . ὄτει . . . . . .

II

Ἐξω τῆς ἁγίας φυλῆς οἰκεῖν προσκυνεῖν δοκοῦσαν ἐνδοξότερον ὁμολογοῦντες τοῦτο μὴ ἐκβαίνειν τῷ ὁρίσματος τῆς ἐκκλησίας καὶ καθέξειν καὶ ταχεῖν παρασυναγωγῆς καὶ χριμάδων. τὸν ὀφειλόντα ἀληθινῶς τῷ θῷ λατρεύειν. οὐ γὰρ προσῆκεν. ὡς περ δὲ οἰκὸν πρέσβυν κατασκευάζειν τοῦ κυ. τοῦ γονέσθαι ξ, ψ, †

III

† μαρτύριον τοῦ ἁγίου παν ενδόξου κηρυκος

Τὴν θάλασσαν τῷ ἀδελφῷ συμφορτηγοῦσι σωσθῆσαι μόνῳ ἴσασι μόνῳ. θοῦδωρος ὁ θεὸς ὤφθη σὺν ὅλῳ τῷ χαίρειν. ἀνθρώπων τὰ λαῷ σπέρματι ἄνθρωπον σὺν ἀφέλκυστον φύσεως ἄχθος ταῖς ἁμαρτίαις. δοῦναι τοῖς τῆς ὁμιλήσασι τροφίμοις ὄμβριν ψυχῆς φυλάττειν. ἀγωνίμητον πάσης ἀναιμάκτου θεραπείας τοῖς τῆς ὁδοῦ ἀνθρώποις ἀποροῦσι. ὅπως ἡμᾶς ἁγνὰς ἱλασταῖς τὸν τῆς ἁγίας πρόφορον ταπεινώσεως ὁμόψυχον τοῖς ἴχνεσι τῶν ἁλῶν ἀναλογοῦν θεῖν ἄνοιδα λιόπων τυχάς.

IV

† τὸ νεναγιοις πρς ημων ιωαν

μη νου ἀρ επισ ιωνς τανιν ου

ρ̄ ϗ ϗ ἐις τὴν ἁγίαν παρα

σκευήν.

πάσῃ τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἡ παρθένος ὁ σταυρὸς ἡ πασῶν ἡμέρας φωτὸς μοτὸς αὐτὴ γὰρ ὁ τὴν παρθένον σταυρὸν ὑγρὸν ὁμοφρίλιστον τὸ πράδοξον πρᾶγμα. ὁδηγοῦντος σωθῆναι πρὸς μυστηρίων αὐτοῖς ἡμῖν ὁδὸν ῥᾴδιον. δόδωκεν αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἁγίου χρῶμα τοῦ αὐτὸ σάρκιον.

V

ἁμπρὰ μὲν ἡ τοῦ πάσχα παρήγυρις λαμπρὸς δὲ λαὸς παρὼν σύλλογος πανλαιὰς λαὶ λαμπὸς πρὸς ἁγίασμα τοσοῦτον δὲ ἁγ. . . . οὐχοῦτως ἁμαρτήσειν αὐτὴν ἡ γλυκὺ πανεργοποιΐαν. οὐδοῦτως αὐτὴ ὁμόλιμα ἀνθρώπου ἐργάσαιτο. οὐδοῦ

Advertas autem titulum ſecus jacere in aliis Codicibus, nimirum εἰς τὴν ἁγίαν πέμπτην; id eſt, *In ſanctam Feriam quintam.* In Vaticano Codice & in Cryptaferratenſi, Chryſoſtomi nomen præfert ut in hoc Colbertino, in Ottoboniano autem dicitur Procli Conſtantinopolitani.

Quintum ſpecimen duo fragmenta habet, excerpta ex Codice quodam RR. PP. S. Baſilii Romæ, eadem prorſus ſcripturæ forma.

Primum fragmentum ſic vulgari modo ſcribitur, λαμπρὰ μὲν ἡ τοῦ πάσχα πανήγυρις, λαμπρὸς ὁ καὶ ὁ πρῶτος σύλλογος παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης μυστήριον· ποσοῦτον δὲ ἔχει; id eſt, *Splendida quidem Paſchatis ſolemnitas: ſplendidus hic cœtus, veteris & novi Teſtamenti myſterium complectitur. Tantum autem....* Secundum fragmentum ita legitur: οὐχ οὕτως ἐβάρησεν αὐτὸν ἡ γιγάντων πυργοποιία, οὐδ' οὕτως αὐτὸν ἐμόλυναν ἀθεμιτουργήσαντες Σοδομῖται· οὐδ' οὕτως οἱ τὰ εἴδωλα πλάσαντες ἐξ αὐτῆς, οὐ τὸ αἷμα Ζαχαρίου καὶ Ἄβελ ἐκχυθέν; id eſt, *Non ita aggravavit eam a gigantibus ſuſcepta turris ſtructura, nec ita illam deturparunt ſceleſti illi Sodomitæ; neque illi ex ſuis qui idola effinxerunt; non ſanguis Zachariæ & Abel effuſus.*

Eodem prorſus characteris genere ſcriptus eſt item Codex Regius 1953. ab Excellentiſſimo Archiepiſcopo Rhemenſi Mauritio Tellerio Bibliothecæ Regiæ dono oblatus, complectens Homilias Joan. Chryſoſtomi in Joannem, exaratus & ipſe nono ſæculo. In fine autem ſupplementum habetur altera manu, x. videlicet ſæculi.

CAPUT II.

Specimina characterum noni & decimi ſæculi ex Codice Regio & altero San-Germanenſi, de vitis Sanctorum ante Metaphraſten. Specimen aliud ex Codice Regio, qui anno Chriſti 914. ſcriptus eſt.

AD nonum item ſæculum vel ad initium decimi pertinet Codex Regius numero 1962. membranaceus, cujus character ad ſiniſtram reclinatur. Atramentum priſco mutato colore flavum rutilumque eſt & pene ad minium accedit: accentus priſca ſæpe forma depinguntur, ſcilicet ˥ & ˩ quod in Codicibus noni & decimi ineuntis ſæculi frequenter obſervatur; in poſterioris ævi rarius. Puncta ad ſupremum ultimæ literæ latus ad majorem & ad mediam diſtinctionem vulgo ponuntur, ad infimum item latus aliquando pro media interpunctione: pro minore virgulæ. Litera α quando cum ſequenti non copulatur ſic depingitur ⍺; ita ut ⍺ι legi videatur: quod in pleriſque iſtius ævi exemplaribus animadvertimus. Prima majuſcula O, per piſcem exprimitur: idque non tantum in hoc Codice; ſed etiam in aliis vetuſtis exemplaribus. Cæterarum vero initialium literarum Tabulam ſupra dedimus. In iſto autem Codice Regio, habentur Homiliæ Chryſoſtomi in Pſalmos. In ſpecimine hæc vulgari forma ſic ſcribuntur.

Τῶ αὐτῶ ἑρμηνεία εἰς τὸν ϛ'. ψαλμόν.
Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.
Οὗτον ἀκούσῃς θυμὸν καὶ ὀργήν, μηδὲν ἀνθρώπινον ὑποπτεύσῃς· συγκαταβάσεως

Ejuſdem interpretatio Pſalmi ſexti.
Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.
Cum furorem & iram audis, ne quid humanum ſuſpiceris: nam adtempera-

γνώ

γὰρ ὅτι τὰ ῥήματα καὶ γὰρ ὃ θεῖον ἀπαθὲς τούτων ἀπήλλακται· διαλέγεται δὲ ὥστε καταψαῦσαι τῆς τῶν παχυτέρων διανοίας. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ὅταν βαρβάροις διαλεγώμεθα, τῇ ἐκείνων χρώμεθα γλώττῃ· καὶ ὅταν παιδίον φθεγξώμεθα, συμψελλίζομεν, κἂν μυριάκις ὦμεν σοφοί.

rationis verba sunt: divinum quippe numen his omnibus immune est. Sic autem sermocinatur ut ad rudiorum animas pertingat. Quandoquidem & nos cum barbaros alloquimur, eorum utimur lingua; & cum puerum compellamus, quantavis sapientia præditi, cum illo balbutimus.

Secundum specimen excerptum est ex Codice nostro San-Germanensi, quem annis abhinc octodecim, Damasco huc translatum, emi a Franciscano. In cujus initio Arabica nota recens habetur, ubi dicitur eo libro contineri vitas Sanctorum & Homilias quasdam Chrysostomi: & vere ibi vitæ Sanctorum mensis Augusti habentur cum quibusdam Chrysostomi & aliorum Homiliis. Codex nono sæculo, vel ineunte decimo, scriptus est, antequam Symeon Metaphrastes vitis Sanctorum manum admovisset, ut opinamur, redegisseque in elegantiorem formam: qui quod pristinas illas alium in sermonem transtulerit, Metaphrastes dictus est. Id vero præstit sse dicitur ineunte decimo sæculo, sub Leone Philosopho. Antiquiores autem illæ Sanctorum vitæ multùm discrepant ab editis a Symeone: portentosis quippe narrationibus & fabulis refertæ sunt, utpote a Græculis consarcinatæ: iis tamen exceptis, quæ ab æqualibus, aut discipulis Sanctorum, de quibus agitur, descriptæ sunt; ut v. g. SS. Pachomii, Euthymii, Sabæ & aliorum: in quibus deligendis judicio est opus. Nam secus quàm multi æstimant, Symeon Metaphrastes multa nimium περιττὰ resecuit, ut, iis sublatis, credibiliora quæ referebantur essent; exempli causa, in hoc, de quo agitur, Codice, præit Inventio S. Stephani initio mutila, ubi hæc leguntur, a Metaphraste alio prorsus modo enarrata.

Καὶ ἐχάρη λίαν ὁ βασιλεύς, καὶ μεταπεμψάμενος Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον, λέγει αὐτῷ· ἄπελθε εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τοῦ πλήθους τοῦ λαοῦ· κἀγὼ ἀποστέλλω τὸ βουκολάριον, καὶ φέρετέ μοι τὸ γλωσσόκομον εἰς τὸ παλάτιον. ἀπῆλθεν οὖν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ πᾶς ὁ λαὸς μετὰ κηρῶν στιβάδων. ὁ δὲ ἐπίσκοπος καταλαβὼν εἰς τὸ πλοῖον, εὗρεν τὸ γλωσσόκομον· καὶ ὑπαγεῖς ἐπὶ τὸν κηρὸν, ἐσπούδαζεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ παλάτιον. αἱ δὲ μοῦλαι οὐκέτι ἠθέλησαν ὑπὸ ἀγγέλων βιαίως· καὶ ἐλθόντες ἐν τόπῳ ὑπολεγομένῳ Κωνσταντιαναῖς, ἔστησαν, καὶ οὐκέτι μεταβαίνειν ἴσχυον. ἔτυπτον οὖν τὰ ζῶα. μία δὲ ἐξ αὐτῶν, ἀγγελικῇ δυνάμει, ἀνθρωπίνῃ φωνῇ ἐλάλησεν ὅτι πρὸς τοὺς τοῦ λαοῦ λέγουσα· τί τύπτετε τοὺς ἐμοὺς ἡμῶν. ὧδε δεῖ αὐτὸν καταπαυθῆναι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ· καὶ μὴ κάμητε ὅλως· εἰ δὲ μή, σημεῖα καὶ τέρατα ὄψεσθε ἐνδεῖ.

Et gavisus est admodum Imperator, & accersitum Eusebium Episcopum sic alloquitur, Vade ad naviculam cum multitudine populi: egoque mittam Bourichárium, sive plaustrum: urnamque ad me in Palatium deferte. Abiit igitur Episcopus, omnisque populus cum cereis confluxit. Episcopus vero conscensa navi, urnam reperit, qua plaustro imposita, contendebat in Palatium ingredi. Mulæ autem processerunt, vehementer ab Angelis pertractæ: ac cum pervenissent ad locum Cōstantianis dictum, substiterunt, nec ultra progredi valebant. Ictibus porro jumenta tundebant. Verum ex mulabus una, impellente vi Angelica, humana voce loquuta est, hæc præsenti populo dicens: Cur oculos nostros tunditis: hic & in loco hoc deponatur oportet. Ne ultra defatigemini: sin minus signa & prodigia videbitis.

I

τοῦ ἁγίου ἑρμηνεία
εἰς τὸν ϛ΄ ψαλμόν
Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγ
ξῃς με· μηδὲ τῇ ὀργῇ
σου παιδεύσῃς με·

τὰς ἀκουούσης θυμοῦ καὶ
ὀργῆς· μηδὲν ἁμαρτά
νομεν ὑποπτεύσῃς· συγ
κατανεύσωσι γὰρ τοῖς
ῥήμασιν. καὶ γὰρ τὸ θεῖον
ἀνωτάμπτων τούτων ἀποκλά
ψαι· διαλήψεται δὲ ὅτας
καθαύτας θαυτῆς τὸ μετα
χυτέρων διανοίας· ὅσῳ καὶ
ἡμεῖς ὅτ' ἂν μαρμάροις διαλ
λεγώμεθα, τὴν ὄκειμαν χρώ
μεθα γλώττην· καὶ μετρί
ως ἐπιβλώσκομεν, σὺν
ἐλλιζόμεθα· κἂν μυριάκις ἐσ
ὦμεν σοφοί.

II

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου
Μύρωνος·

Στοὺς τρίτου ἀριθμοῦ τοὺς
ὄρθρους ἀπὸ πατρὸς τῆς ἀ
χαΐας, ἐν ᾧ ἄθλησις δρόμου
καὶ γυμνασίαν πολλὴν προ
τοῦ σθένους τῶν ἐλλήνων·
ἡμέρᾳ δὲ δεκάτῃ δι' ἃ ἐπέβη δι
ὠθουσῶν. τὰ γενέθλια
ἐπέβλεπτο παρὰ τῶν χρι
στιανῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ·
τοῦτ' ἔστιν, ἱερεῖος καὶ ἐπὶ
φανῆς αὐτοῦ καὶ στασιάρχαι
γενέσεσι φωτεινῆς οὖν
καὶ φιλολαμπρούσης οὔσης
τῆς πανηγύρεως τῶν χρι
στιανῶν.

III

ὅτι ἀναλόγως τῇ τριαδικῇ διαθέσει κέχρηται ὁ παιδα
γωγὸς ἀνθρωπίνοις καὶ χριστότητι·

Τοίνυν ἵνα δείξωμεν προδιϊσχυριζόμενον. ἐὰν ὁμολογῶμεν ἄλλο, τὸν παιδα
γωγὸν ἡμῶν τὸν υἱὸν ἴσον τῷ πατρὶ θεῷ προτυπώ
σασθαι καὶ τὸν θεὸν χριστὸν παιδαγωγῆσαι ἄνθρωπον· ἔστι δὲ ὁ χαρα
κτηρισμός· οὐ φθορὸς ἄρα αὐτοῦ· οὐδὲ θνητὸς ὁμοίως
ὑπὸ χριστότητος· ὑπολείπεται δὲ ἄμφω καὶ χαρα κτη
ρίζεσθαι, τὰς θνητὰς αὐτὰς θεότητος δωρήσασθαι· καὶ μοι
δοκεῖ ἀπόστολος οὗτος πλάσαι μὲν τὸν αὐτοῦ θνητόν· ἀρᾶσθαι
γῆς αὐτὸν ὕδατι· ἀνῆψεν δὲ πνεύματι· παιδαγωγῆσαι δὲ
ῥήμασι, ζωῆς θεοσημείαις πίστεως· ἁγίαις ὑποθήκαις κατα
θεώσας· ἵνα δὴ τὸν γενητὸν ἀπὸ ἀρχῆς καὶ ἕως τοῦ παραυτίκα μέλ
λοντα πλάσασα, θεὸν προσκαλέσασα αὐτόν· θεότητι τιμῶν θεότητα·
μάλματα πλάσει φωτεινά· ποιήσωμεν αὐτὸν κατ'
εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν

Hujuſmodi narrationes & portentorum hiſtorias Symeon Metaphraſtes aut reſecuit, aut quibuſdam demtis credibiliores reddere ſtuduit.

Vitæ autem Sanctorum a Symeone Metaphraſte concinnatæ, ſtatim atque ab auctore emiſſæ ſunt, ſexcenties exſcriptæ, per totam Græcam Eccleſiam pervulgatæ ac receptæ ſunt. Nam Codices innumeri hujuſmodi habentur, quorum maxima pars decimo vel undecimo ſæculo exſcripta fuit. In una autem Bibliotheca Colbertina ad octoginta fere numerantur. Inde eſt quod ſi qui vetuſtiores & ante Metaphraſten adornatas Sanctorum vitas complectantur, ii vel nono, vel ineunte decimo ſæculo ut plurimum exarati ſint. Metaphraſtes vero ineunte decimo ſæculo opus ſuum edidit: quo publicato, antiquiores illæ Sanctorum vitæ obſoleverunt apud Græcos. Excerptum autem noſtrum vulgari forma ſic habet:

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μύρωνος.

Ἔτους τρίτου ἀνθυπατεύοντος Ἀντιπάτρου τῆς Ἀχαΐας, ἦν ἄθλησις δρόμων, καὶ γυμνασία πολλὴ πρὸς τοὺς θεοὺς τῶν Ἑλλήνων· ἡμερῶν δὲ δεκαπέντε διελθουσῶν, τὰ γενέθλια ἐπετελοῦντο τοῦ κατὰ σάρκα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τουτέστιν ἡ σωτήριος καὶ ἐπιφανὴς αὐτοῦ κατὰ σάρκα γένησις. Φωτεινὴς οὖν καὶ φιλοκάλλιστος οὔσης τῆς συνάξεως τῶν χριστιανῶν.

Martyrium S. Myronis.

Anno tertio Proconſulatus Antipatri in Achaia, erant certamina decurſionum, & ludi multi in honorem numinum Græcorum. Exactis vero quindecim diebus, Salvatoris N. J. C. natalitia a Chriſtianis celebrabantur; ſive ſalutaris ejus & conſpicuus ſecundum carnem ortus. Cum ergo ſplendidus plæclaruſque eſſet Chriſtianorum conventus.

Eximiæ notæ eſt Codex Regius, num. 2271. unde tertium hujuſce Tabulæ exemplum prodiit. In eo autem continentur Clementis Alexandrini προτρεπτικὸς πρὸς Ἕλληνας, id eſt, *Admonitio ad Græcos*: Pædagogi tres libri: Juſtini Martyris Epiſtola ad Zenam & Serenum: ejuſdem Juſtini admonitio ad Græcos: Euſebii Pamphili Præparationis Evangelicæ libri quinque: Athenagoræ Philoſophi legatio pro Chriſtianis: ejuſdem de Reſurrectione: Euſebii Pamphili contra Philoſtratum & Hieroclem. Codex annum & Calligraphi ſive Notarii nomen in fine præfert his verbis: ἐγράφη χεὶ Βαανὶς Νοταρίου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας ἔτει κόσμου ϛυκβ'. Hoc eſt: *Scriptus eſt manu Baanis, Notarii Aretæ Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, anno mundi* 6422. *id eſt, Chriſti* 914. Quidam perperam legerunt, Βαανὶς νότου, *Baanis noti*, decepti a Græculo infimi ævi, qui hanc primigeniam notam eadem in pagina exſcripſit: & quia ΝΟ̄ ſcribitur, νότου exaratum æſtimavit. Sed νοταρίου haud dubie legendum; ut exemplis multis declaratur in Notis Calligraphorum, Libro 1. hujus Palæographiæ: ubi Notariorum manu exaratos multos Codices diſcimus: qui Notarii officii ſui nomen ſic non ſemel exprimunt. In hoc Codice litera θ, ſic ſemper ſcribitur, numquam vero ϑ: quæ poſtrema forma a Tachygraphis jamdiu recepta, quippe quæ pluries repetatur in Diplomate Conſtantini, ut putatur, Copronymi ſupra, circa medium decimi ſæculi in Libris manuſcriptis adhibita fuiſſe videtur: nam in Codicibus nono & ineunte decimo ſæculo conſcriptis non obſervatur; ſed ſemper θ ſcribitur; in iis ſcilicet Codicibus illius ævi, quos hactenus inſpeximus. Spiritus plerumque priſca forma notantur ſic ⊦ : nonnumquam ſic ⌋ ⌊ ut nono ſæculo, ac etiam decimo ſcribuntur; verum infrequentius verſus finem decimi.

In marginibus paſſim ſcholia habentur, partim prima manu charactere unciali deſcripta, partim ſecunda manu, charactere ligato & currenti. In fine Librorum ſive operum ſingulorum titulus repetitur; exempli cauſa in fine primi libri Pædagogi Clementis Alexandrini, unde Exemplum tertium Tabulæ ſequentis mutuati ſumus, ita legitur: Κλήμεντος παιδαγωγοῦ τῶν εἰς τέλος ὁ α'. i. *Clementis Pædagogi trium librorum primus.* Poſtea ſubjungitur ibidem libri ſecundi titulus hoc pacto: τὰ ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τοῦ παιδαγωγοῦ. κεφ. α'. πῶς χρεὶ χρᾶσθαι ἐδωδαῖς αἱρετέον: hoc eſt, *Eorum quæ in ſecundo libro Pædagogi continentur Caput primum, quomodo cibis utendum ſit.* Obſervatu porro dignum eſt, in fine trium priorum Librorum de Præparatione Evangelica, verſiculos uniuſcujuſque libri numerari; in fine primi videlicet, Εὐαγγελικῆς προπαιδεύσεως α'. στίχοις ἀφιγ'. i. *Evangelicæ Præparationis liber primus verſiculos habet*, 1553. In fine ſecundi: Εὐαγγελικῆς προπαιδεύσεως β'. στίχοις αυπγ'. i. *Evangelicæ Præparationis liber ſecundus verſiculos habet* 1483. In fine tertii: Εὐαγγελικῆς προπαιδεύσεως γ'. στίχοις αωνή. i. *Evangelicæ præparationis liber tertius verſiculos habet* 1858. Quo declarari videtur Euſebii Libros de Præparatione στιχηρὰς, ſive per verſiculos, primitus ſcriptos fuiſſe. In reliquis autem duobus libris verſiculorum numerus ad calcem non aſſignatur.

Notæ Calligraphorum in margine annotantur; videlicet ⌽ pro ὡραῖον, *ſpecioſum*, ſive *elegans*: σημ. pro σημείωσαι, *obſerva*: ⌘ pro χρυσίον, *aureum.* Quibus notis, quædam de ſuo plerumque adjicit Scholiaſtes; exempli cauſa fol. 63. ὡραῖον δι' ὅλου, *locus elegans per totum*, ubi literæ ad perpendiculum poſitæ toti loco eleganter ſcripto reſpondent. Fol. autem 65. eodem modo ac ſitu legitur ad marg. χρυσίον καὶ ἡδὺ τὸ χωρίον. i. *Aureus & ſuavis locus.* Fol. 74. ὡραῖον δι' ὅλου τὸ χωρίον, *Locus in toto elegans.* Fol. 97. ὡραῖον ἄγαν τὸ χωρίον καὶ τῇ φράσει ἐξιωθισμένον. *Locus admodum elegans, & dictione floridus.* Ad tertium autem Pædagogi Clementis Alexandrini librum fol. 141. notatur, ἰατρικῇ θεωρίᾳ ἐξιώθησαι τὸ χωρίον. i. *Medicinali contemplatione, quaſi floribus conſperſus eſt locus.* Paucis vero interpoſitis fol. 142. ubi Clemens mulieres proprio ſibi labore veſtitum parantes ſummopere laudat, Byzantias mulieres ita cavillatur Scholiaſtes, ταῦτα τῶν Βυζαντίων περιττὸς λῆρος, i. *Hæc Byzantiis mulieribus pro ſupervacaneis nugis habentur.*

Hic Iota ſubſcriptum, ut vocant, una ſerie adſcribitur in fine vocum, ut in exemplo vides. In fine libri, folia duo integra exercitii & animi cauſa unciali charactere deſcripſit Baanes, poſtquam ſupradicta omnia notamque anni abſolverat. Qui character uncialis, hoc circiter tempore deſiit. A nono enim ſæculo nullum vidimus Codicem unciali charactere deſcriptum, ut ſupra dictum eſt, exceptis tamen libris Choralibus. Exemplum autem hujus Codicis in Tabula allatum, ſic vulgaribus typis edimus.

Ex Libro primo Pædagogi Clementis Alexandrini.

Οὐ ἀναλόγως τῇ πατρικῇ διαθέσει κέχρηται ὁ παιδαγωγὸς αὐστηρίᾳ καὶ χρηστότητι.

Quod Pædagogus, ut eſt paterno affectui conſentaneum, ſeveritate & benignitate utatur.

Τούτων ἤδη προδιηυτρεπισμένων, ἑπόμενον ἂν εἴη, τὸν παιδαγωγὸν ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν βίον ἡμῖν τὸν ἀληθινὸν καταστησάσθαι, καὶ τὸν ἐν χριστῷ παιδαγωγὸν ἀνθρωπον. ἔστι δὲ ὁ χαρακτηρισμὸς

His jam peractis, conſequens fuerit, ut pædagogus noſter Jeſus vitam nobis veram deſignet, & eum, qui in Chriſto eſt, hominem more pædagogi inſtituat. Eſt autem character ejus, neque ad-

ὐ φοβερὸς ἄγαν αὐτὸ, οὐδὲ ἔκλυτος χρηστότητος· ἀντέλλεται ὃ ἅμα καὶ χαρακτηρίζεται τὰς ἐντολὰς αὐτὰς ἐκτελεῖν διδάσκων· καί μοι δοκεῖ αὐτὸς οὗτος πλάσαι μὲν τὸν ἄνθρωπον ἐκ χοός, ἀναζωπυρῆσαι δ' ὕδατι, αὐξῆσαι δὲ πνεύματι, παιδαγωγῆσαι δὲ ῥήμασι, εἰς υἱοθεσίαν καὶ σωτηρίαν ἁγίαις ἐντολαῖς κατευθύνων· ἵνα δὲ τὸν γηγενῆ εἰς ἅγιον καὶ ἐπουράνιον μεταπλάσας ἐκ παχυσαρκίας ἄνθρωπον, ἐκείνῳ τῷ θείᾳ μάλιστα πληρώσῃ φωνῇ· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν.

modum formidabilis, neque præ benignitate uſque adeo diſſolutus. Simul autem præcipit,& præcepta hujuſmodi characteribus conſignat, ut perfici poſſint. Ac mihi quidem is ipſe videtur hominem finxiſſe ex pulvere : aqua vero regeneraſſe:ſpiritu auxiſſe:verbo autem pædagogi inſtar inſtituiſſe, ad filiorum adoptionem & ſalutem ſanctis præceptis dirigens,ut cum terrigenam in ſanctum & cæleſtem hominem transformaſſet, divinam illam & cæleſtem vocem maximè impleret: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã.*

In Bibliotheca Regia habetur Codex num. 2290. ſcriptus anno Chriſti 942. complectens opera S. Joannis Chryſoſtomi de Sacerdotio, & alia S. Baſil. Nota ſic habet : ἐπληρώθη σὺν θεῷ τὰ εἰς τὸν Ησαΐαν τοῦ ἁγίου Βασιλείου μηνὶ Μαΐῳ γ' ἡμέρᾳ τρίτῃ ἰνδ. ιε. ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ϛΥΝ. *Abſolutum eſt cum Deo opus S. Baſilii in Heſaïam, menſis Maii die tertia, feria* 3. *Indict.* 15. *anno a creatione mundi* 6450. *id eſt, Chriſti* 942. Ibi θ ſic ſemper ſcribitur & numquam ϑ: ſed poſtea hoc vertente ſæculo ϑ paſſim reperitur. Quidam tamen Calligraphi in fine decimi ſæculi; imo etiam undecimo & duodecimo ſæculo, unicâ illâ forma θ utuntur : verum id in Evangeliorum libris tantum hactenus obſervavi : cum videlicet accuratius & elegantius ſcribere ſtudent, fortaſſeque in aliis pari accuratione deſcriptis poſtea deprehendetur. Hujus Codicis Regii apographum exſtat in Bibliotheca RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni; ſed recens & in Occidente factum : ibi etiam nota anni exſcripta fuit,non addita recentioris manus nota, contra morem Græcorum Calligraphorum, qui, ut diximus, quando Codicis, ad cujus fidem apographa ſua edebant, notam temporis & Calligraphi nomen exſcribebant, ſuam itidem notam adjiciebant ; idque in omnibus quos vidimus in Græcia ſcriptis Codicibus alicujus vetuſtatis. Hic autem recentior Codex in Europa decimo-ſexto ſæculo ſcriptus eſt, aut ad ſummum in fine decimi-quinti.

CAPUT III.

Specimina varia decimi ſæculi ex Codicibus Regiis, Florentinis & uno Baſiliano : item ſpecimina duo ſcripturæ abbreviatæ decimi ſæculi ex Codice Baſilianorum, & ex altero Regio.

HOc in Capite octo ſpecimina characteris decimi ſæculi damus : quorum quædam notam ætatis diſerte ferunt. Duo autem poſtrema ſpecimina ſcriptionis abbreviatæ, ad decimum item ſæculum pertinent : primum quippe anni 986. notam habet : alterum ejuſdem circiter ætatis eſt. Jam de ſingulis pertractandum.

Primum ſpecimen prodit ex Codice Regio 2919. membranaceo, qui decimo ſæculo ſcriptus videtur : nam in aliquot ejuſdem formæ Codices incidi,

anni notam ferentes, qui omnes eodem ſæculo exarati ſunt. Hic Dativo ι adſcribitur, ut in ὑποτολῇ, quod in aliquot exemplaribus obſervatur; in pluribus omittitur. Accentus non ita accurate ubique notantur; ſed haud raro negliguntur, & ſpiritus ſimiliter, qui priſca forma plerumque deſcribuntur. Locus in ſpecimine ſic habet.

Ιουστῖνος Ζηνᾶ καὶ Σερήνῳ τοῖς ἀδελφοῖς χαίρειν. περὶ μὲν τῆς παρὰ τισιν ἀλογίστου παιδείας, μαθησιώς τε ἀνωφελοῦς καὶ παραδόσεων ἀνθρώπων κληρονομητίσης κατὰ τὰ ὅμοια τοῖς Φαρισαίοις νοούντων τε καὶ πραττόντων, ἐν τῇ πρὸς Πάπαν ὑποτολῇ μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐξεθέμην· ἵνα μὴ πάνυ μεμπτικὸς εἶναι δόξαιμι· παρέχοιμι δὲ καὶ λαβὰς σωτηρίας τοῖς βουλομένοις ὠφελεῖσθαι.

Juſtinus Zenæ & Sereno fratribus ſalutem. De abſurda ſecundum quorumdam propoſitum diſciplina, deque inutili doctrina, quæ ſecundum traditionem hominum accipitur ab iis, qui paria Phariſæis cogitant & agunt, in Epiſtola ad Papam omni accuratione tractavi. Ne vero nimius arguendo comperiar, ſed ſalutis occaſionem præbeam iis, qui recte agere cupiunt.

Secundum ſpecimen ex Codice Regio, num. 2363. mutuati ſumus, ubi Theodoreti Commentarii in Pſalmos. Excerptum eſt autem ex interpretatione Pſalmi LXXXVIII. Hîc accentus & ſpiritus ſæpe negliguntur, ut in præmiſſo ſpecimine. Spiritus frequenter priſco more depinguntur. Scriptionis ætas ſe ſtatim ſuis notis indiciiſque prodit; cum maxime exemplar ipſum conſpicitur. Quantalibet enim cura ſpecimina edantur, in iis omnia vetuſtatis ſigna ſemper refundere non ita facile eſt, ut enarratur in Præliminaribus.

Locus porro in exemplo allatus vulgari more ſcriptus ſic habet.

Ὁ μακάριος Δαυὶδ σηκοὺς τετιμημένους ὁρᾷ τοὺς ψευδωνύμους Θεούς, μόνην δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν κιβωτὸν ἀγέραστον διαμενούσαν. ὑπέσχετο δὲ θεῖον οἰκοδομήσειν νεών. ταύτην αὐτοῦ τὴν γνώμην ἀποδεξάμενος ὁ Θεὸς, καὶ καλὸν ἐπαγγελίαν ἀμείβεται, καὶ ὑπισχνεῖται ἐκ τοῦ ὀσφύος αὐτοῦ λογικὸν αὐτῷ καταστήσειν νεών, καὶ διὰ τούτου τοῦ ἀπόντων ἀνθρώπων πραγματεύεσθαι σωτηρίαν, καὶ ἀτελεύτητον αὐτῷ παρέξειν τὴν βασιλείαν. ταῦτας δὲ τὰς.

Beatus David falſos deos Templis honoratos videns, ſolam vero Dei arcam ſine honore manere, divinum ſe Templum excitaturum eſſe promiſit. Quam ejus mentem acceptam habens Deus, præclara promiſſione remunerat, ſpondetque ex ejus lumbis rationabile ſibi templum ſtructurum eſſe, & per hoc omnium hominum ſalutem operaturum, ac regnum ei ſine fine largiturum.

Tertium ſpecimen prodit ex Codice Regio, num. 2436. egregiæ notæ, in charta bombycina deſcripto. Nam, ut Libro primo diximus, charta bombycina jam decimo ſæculo in uſu erat: cui rei fidem facit hic Codex, decimo ſæculo, ut ex charactere liquidum videtur, exaratus. An vero decimum etiam ſæculum chartæ bombycinæ uſus præceſſerit, ignoratur. Præter hunc autem Codicem alii non pauci bombycini variis in Bibliothecis habentur, ejuſdem ſæculi notam ferentes. Continet hic Codex catenam in Canticum Canticorum initio mutilam; Procopii Chriſtiani Sophiſtæ Eclogarum ad interpretationem Proverbiorum Salomonis Epitomen, unde ſpecimen deſumſimus: quod opus an editum fuerit ignoro; Eccleſiaſtis librum cum interpretatione marginali; librum Sapientiæ in fine mutilum. Scripturæ verba, ut ſtatim internoſcantur, & a Commentariis variorum diſtinguantur, paulo majore charactere ſcripta ſunt, ut vides in ſpecimine, ac præterea flavo tenuiſſimoque colore tinguntur: quod etiam frequenter obſervatur in aliis vetuſtis Exem-

plaribus Græcis: ubi ad distinctionem, tituli & Scripturæ sacræ, verba cùm Commentariis explanantur, flavo colore illini solent, quando iidem tituli & Scripturæ verba atramento, non minio, exarata sunt. Exemplum continet Prologum Procopii Sophistæ in catenam Proverbiorum, & vulgari charactere sic habet.

Προκοπίου χριστιανοῦ σοφιστοῦ τῶν εἰς τὰς παροιμίας Σολομῶντος ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομή.

Τρεῖς εἰσι τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος αἱ πραγματεῖαι· ἀλλ' ἡ μὲν παροιμία, παιδεύσεώς ἐστι ἠθῶν, καὶ παθῶν ἐπανορθώσεως, καὶ τῶν πρακτέων ὑποθήκη πυκνή. ὁ δὲ

Procopii Christiani Sophistæ Eclogarum ad interpretationem Proverbiorum Salomonis Epitome.

Sapientissimi Salomonis tria sunt opera: at Proverbium quidem, est morum institutio, affectuum emendatio, rerumque agendarum multiplex ar-

I

Ιουστῖνος ζηνᾶι καὶ σερήνωι τοῖς ἀδελφοῖς χαίρειν:— σὺν λιλὶ τῶν καταπεμπομένων ἀμοιβαίων παιδείας μαθημάτων ὅσον τὸ ἀνωφελὲς καὶ παράδοξον ἀνωμολογημένον εἰσῆλθεν. ὑπὸ δὲ τὰ ὅμοια τοῖς φαρισαίοις μοναὶ τοιαῦται ἐγένοντο. ἵνα τὴν πρὸς πάντας ἴσην καὶ μετρίαν ἀκριβάσῃ διάθεσιν· ἵνα δὲ μὴ τὰν μεταποιεῖσθαι δόξαν. παρέχομεν δὲ ἡμᾶς αὐτοὺς τοῖς μονομυθίοις διηγήμασι.

II

Ὁ μακάριος δαὶδ ἐν ἑνὶ ψαλμῷ οὐσιῶν ὁρῶν τὸ ἰσόθεον λαὸν ὑμνοῦντα θεόν. μόνην δὲ τοῦ θεοῦ τὴν ἐκκλησίαν τὸν φέραφον ἁγαμὲν ὄντα. ὑπολαβὼν γὰρ θεῖον οἰκοδομήσειν μέγαν· ταύτην αὐτοῦ τὴν γραφὴν ἀπολαβὼν ἄμβροσιον ὄθεν· τὴν ἐκκλησίαν ἐπαγγελίαν ἀμφιβόλως ὑποσχήσεται εἰς τὴν σοφίαν αὐτοῦ λαμπρὸν ἐπὶ τὸ κατασκευάσαι μέγαν· ἐξαίρετον τὴν ἀπαρτισμὸν τῶν ἁγίων πραγματείας ὁρίζων· ἐπιτελεῖν ἐν αὐτῷ παρέξειν τὴν κατάληψιν. ταῦτα δὲ τὰ

III

προκοπίου χριστιανοῦ σοφιστοῦ· τῶν εἰς τὰς παροιμίας σολομῶντος· ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν, ἐπιτομή:—

Τρεῖς εἰσὶ τοῦ σοφωτάτου σολομῶντος αἱ πραγματεῖαι· ἀλλ' ἡ μὲν παροιμία· παιδεύσεώς ἐστιν ἠθῶν καὶ παθῶν ἐπανορθώσεως· καὶ τῶν πρακτέων ὑποθήκη καὶ πυκνή· ὁ δὲ ἔκκλησιαστὴς· φυσιολογίας ἀπομέμηνεν· ἀπὸ καλύπτει τοῦ παραπετάσματος τὸ μάταιον· τὸ δὲ ἆσμα τῶν ἀσμάτων· τὸν τρόπον ὑπὸ δεῖκνυσι τῆς τῶν ψυχῶν ἑνώσεως· ὃν ἐπιμανῶς νυμφίου καὶ νύμφης πρὸς τὸν τῶν λόγων τῆς ψυχῆς θεληδόν οἰκέσεως:—

Ἐκκλησιαστὴς, φυσιολογίας ἀπόμυθος, ἀποκαλύπτει τὸν πρόσκαιρον βίον ὁ μάταιον· ὁ δὲ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων, τὸν τρόπον ὑποδείκνυσι τῆς τῶν ψυχῶν τελειότητος, ὡς σχήματι νυμφίου καὶ νύμφης πρὸς τὸν Θεὸν λόγον τῆς ψυχῆς περιέχον οἰκείωσιν.

gumentum. Ecclesiastes vero, rerum naturalium narrationi insistens, præsentis vitæ vanitatem aperit. Canticum autem Canticorum, perfectionis animarum modum subindicat, in figura sponsi & sponsæ, animæ cum Deo Verbo familiaritatem complectens.

Quartum specimen, quod est in altera Tabula primum, ex Codice Laurentiano desumtum, decimi item sæculi, est initium Topographiæ Christianæ, auctore Cosma Monacho: quam nuper, ad fidem ejusdem Codicis & Vaticani vetustioris, edidimus: ubi spiritus prisca forma plerumque describuntur. Quæ in specimine feruntur sic vulgaribus typis legimus.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, τῆς μιᾶς τρισυποστάτου καὶ προσκυνητῆς θεότητος, τῆς ὁμοουσίου καὶ ζωαρχικῆς τριάδος· τοῦ ἑνὸς θεοῦ, παρ' οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθεν εἰς ἡμᾶς κατέβη· ἀνοίγω τὰ μογιλάλα καὶ βραδύγλωσσα χείλη, ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ πάλαι ἐγὼ, πεποιθὼς . . . .

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, unius in trina hypostasi adorandæ deitatis, consubstantialis, quæ vitæ principium est, Trinitatis, unius Dei, a quo omne datum optimum & omne donum perfectum desuper ad nos descendit; balbutientia & tardiloqua labia mea aperio, ego peccator & miser, confisus. . . .

De insigni Manuscripto, unde quintum, quod est in Tabula secundum, specimen prodit, hanc notam accipe.

Codex Regius membranaceus, num. 3424. parvæ molis, elegantissime exaratus, quatuor Evangelia complectitur. Initio præmittitur Index capitum Evangelii S. Matthæi aureo charactere. Post sequitur S. Matthæi imago peritissime in fundo aureo depicta; ita ut doctorum judicio priscam elegantiam æmuletur. Deinde Eusebiani Canones, aureo charactere descripti, picturis egregie exornantur. Init postea Evangelium S. Matthæi: cujus primum folium altera manu duodecimi sæculi suppletum est, eademque item manu septimum folium exaratur, & alteri primæ manûs, quod perierat, substituitur. Literæ majusculæ & notæ marginales omnes auro illitæ sunt. Ad singulos Evangelistas par ornatus deprehenditur. Præit videlicet Index aureis literis: depingitur postea Evangelistæ cujuslibet effigies, & perite quidem, sed nulla Matthæi imagini comparanda. Ante Evangelium Lucæ, in vacuis foliis describitur recentiore manu Canon Paschalis ab anno mundi 6670. ad annum 6712. hoc est ab anno Christi 1162. ad 1204. Hæc igitur scripta sunt anno 1162. ut ad sequentes annos tum Quadragesimæ initia, tum Paschatis dies, prænuntiarentur.

In fine altera manu legitur, ἐγράφη Νικηφόρου βασιλεύοντος ἰνδ. ϛ. *Scriptus est Nicephoro imperante, Indictione septima.* His subjicitur hæc nota Latina decimiquinti, ut videtur, sæculi. *Regnavit hic Nicephorus anno Domini octingentesimo, tempore Caroli magni.* Verum non advertit qui hæc subjecit, Indictionem septimam in Nicephorum hunc cadere non posse. Siquidem Imperium arripuit ille anno 802. Indictione undecima: periit vero anno 811. Indictione quarta. Atqui ut nemo nescit, a quinta-decima Indictione ad primam semper recurrimus, neque potest inter undecimam Indictionem, & quartam Cycli subsequentis, septima Indictio reperiri. Hic Nicephorus fuerit alius,

Phocas

Phocas cognominatus, qui iniit anno 961. Indictione quarta : obiitque anno 969. Indictione decima-tertia : atque adeo Indictio illa ſeptima, in annum 964. cadat oportet, quo ſcriptus eſt hic Codex. Et alioquin characteris forma hanc ætatem præfert, nec referri poteſt ad Nicephorum Stauracii patrem, qui ineunte nono ſæculo imperavit. In hoc Codice habetur Epiſtola Euſebii ad Carpianum, aureo charactere eleganter exarata. Specimen autem ex Matth. 6. 24. ſic legitur :

Ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται καὶ τὸ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ Μαμωνᾷ. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν· μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, καὶ τί πίητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν τί ἐνδύσησθε· οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος ; ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά. οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν ; τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα ; καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε ;

Aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire & Mamonæ. Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis & bibatis, neque corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum ? Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea : & Pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis ? Quis autem veſtrum cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum ? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis ?

Specimen VI. quod eſt in Tabula tertium, excerptum eſt ex Codice Bibliothecæ B. Mariæ Benedictinorum Florentiæ, ubi Acta Apoſtolorum & Epiſtolæ S. Pauli : qui deſcriptus eſt manu Theophylacti Preſbyteri & in lege Doctoris, ut fertur in nota ad annum 984. quam inde excerptam edidimus Libro primo : & hic iterum proferimus : ἐγράφη αὕτη ἡ βίβλος ἰνδ. ιβ. ἔτει ϛυϛβ'. διὰ χειρὸς Θεοφυλάκτου πρεσβυτέρου καὶ νομοδιδασκάλου. Hoc eſt : *Scriptus eſt hic liber, Indictione* 12. *anno* 6492. *id eſt, Chriſti* 984. *manu Theophylacti Preſbyteri & in lege Doctoris.* Hac vero characterum forma ſæculo item undecimo paſſim ſcriptitatum eſt. Specimen eſt initium Epiſtolæ ad Romanos, atque ita legitur :

Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ χριστοῦ, κλητὸς Ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν.

Paulus ſervus Jeſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Evangelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis ſanctis de Filio ſuo, qui factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctitatis ex reſurrectione mortuorum, Jeſu Chriſti Domini noſtri, per quem accepimus gratiam.

In ſeptimo ſpecimine exhibetur ſcriptura abbreviata ſub finem decimi ſæculi, ex Codice RR. PP. S. Baſilii Romæ & ex ſimili eademque, ut videtur, manu ſcripto Cryptæ-Ferratæ, ubi notatur annus mundi 6494. id eſt, Chriſti 986. Abbreviationum genus admodum ſingulare eſt : quæ autem in exemplo feruntur ita legas.

IV

Ἐν ὀνόματι τοῦ πρὸ· Καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου
πνεύματος· τῆς μιᾶς τρισυποστάτου καὶ προ-
κοσμητῆς θεότητος· τῆς ὁμοουσίου καὶ
ζωαρχικῆς τριάδος· τοῦ ἑνὸς θεοῦ· παν-
ρεύ πᾶσαν δόσιν σωτηρίαν· καὶ παῖ δόρημα
τέλειον, ἄνωθεν κατερχόμενον· ἀποίφ
τὰ μομιλάλα καὶ μεγαδήλωσας χέλη,
ὁ ἁγιασμὸς καὶ τὰ λοιπά· πᾶσι τοῖς θεοσ ξϕ†

V

λιόηδος ἁμῶν θεός ἐστι καὶ τοῦ ἐξ ἡμῶν καὶ
ταφρομήσει· Οὐδὲ μία σθένος θεοδε
λευειν καὶ μαμωνᾶ διὰ τοῖς πολε
πονεῖν· μὴ μερίμνατε λιτυχεῖν ὑ
μῶν τί φάγητε· καὶ τί πίητε· μὴ
δὲ τῷ σώματι ὑμῶν· τί γὰρ δύναται
οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς
καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος·
Ἐμπλέπατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ·
ὅτι οὐ πείρουσιν οὐδὲ θερίζουσι·
οὐδὲ σωρεύουσιν εἰς ἀποθήκας
καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει
αὐτά· οὐχὶ μεῖς μᾶλλον διαφέρε
τε αὐτῶν τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μερι
μνῶν δύναται προσθεῖναι τῇ
ἡλικίᾳ αὐτοῦ πῆχυν ἕνα καὶ
περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε·

VI

Παῦλος δοῦλος ἰῦ χῦ· κλη
τὸς ἀπόστολος· ἀφωρι
σμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ
ὃ προεπηγγείλατο διὰ
τῶν προφητῶν αὐτοῦ
ἐν γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ
υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου
ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ
σάρκα· τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ
θεοῦ ἐν δυνάμει· κατὰ πνεῦμα
ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως
νεκρῶν ἰῦ χῦ τοῦ κυ ἡμῶν· δι' οὗ
ἐλάβομεν χάριν ζ †

Τῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου λόγος εἰς ἕβδομον ψαλμὸν τοῦ Δαυὶδ, ὃν (sic) ἦσε τῷ κυρίῳ ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ιεμινί. *Hæc vox varie ſcribitur infra.*

Sancti Patris noſtri Baſilii ſermo in ſeptimum Pſalmum David, quem cecinit Domino pro verbis Chuſi filii Jemini.

Δοκεῖ πως ἀναλόγως ἔχειν πρὸς τὸν ὑπὲρ τοῖς βασιλείαις ἱστορίαν ἔνθα τὰ περὶ τοῦ Δαυὶδ ἀναγέγραπται, ἡ ὑπιγραφὴ τοῦ ἑβδόμου ψαλμοῦ. ὁ μὲν γὰρ Χουσὶ ἀρχέτερος μὲν τοῦ Δαυὶδ, υἱὸς δὲ Ἀεργὶ ἱστορεῖται· ἐνταῦθα δὲ Χουσὶ υἱὸς Ιεμινεί. ἔστι δὲ ὅτε οὗτος, ὅτε ἄλλος τις τῶν ἐκεῖ φερομένων υἱὸς Ιεμινεί. μήποτε οὖν ἐπειδὴ μεγάλου ἀριστείου καὶ ἀνδραγάθημα ἐν τοῖς περὶ τὴν φιλίας σημασμοῦ ἐπεδείξατο· παρεχωρήσας μὲν δῆθεν.

Inſcriptio ſeptimi Pſalmi oppoſita videtur iis, quæ in Libris Regnorum de Davide narrantur. Illic enim Chuſi princeps quidem amicorum David dicitur, ſed filius Arachi vocatur: hîc vero Chuſi filius Jemini. At neque hic, neque alius quiſpiam eorum, qui ibi memorantur, filius Jemini eſt. Num fortaſſe quia magnum ſtrenuumque facinus ex amicitiæ modo exhibuit, &c.

In Bibliotheca Laurentiana habetur Codex eodem ſæculo, eodem characteris genere, iiſdem cum abbreviationibus exaratus.

Octavum ſpecimen prodit ex Codice Regio 1886. x. ſæculi, membranaceo, eleganter deſcripto, in quo abbreviationes frequentiſſimæ, complectente expoſitiones in Acta Apoſtolorum & in Epiſtolas Pauli: ubi omnia, maxime ſub initium, auro fulgent. In hujus frontiſpicio hi Iambi leguntur aureo charactere unciali.

Ἔσφυζον (sic) εἶχον ἄφετον πάλαι πόθον
Οὓς, πλάσα πάντων, οὐχ ὅλη χαρᾷ φύσις
Λόγοις χαράξαι σῶν μαθητῶν καὶ φίλων,
Ἐν παγκάλῳ δὴ καὶ δέσμης πτυκίῳ·
Ἔχει τε τύπους φῶς, πνοιὼ, βίου κλέος·
Ἕλκει τὸ πόθου ἦ νιν κατ' ἀξίαν,
Ἐκπαιδεύει, σὺ τὸς, πάντα χοῦ καλλωπίσας·
Καὶ τοῦτο πεφύτευκα τῇ τεχνουργίᾳ·
Ὡς φᾶσα γὰρ τις πτώσεως εὕρω (sic) τινὰς τύπους
Ἐφ' οὓς μετελθεῖν βούλεται πόνου δίκα,

Ad marg. ſic in Cod. Alias Πάνα.

VII

VIII

Ὡς ἔνδεια πρὶν ταύτην προσσχών (sic) ἐμπίρως·
Ad marg. sic in Cod. Ὅλος Πίνδ. Τοῖς σὺν πίνακι προσφυῶς γεγραμμένοις·
Αλλ' ὦ βλύσας ἄβυσσον σοφῶν λόγων,
Ὡς σὺ χρήσης ῥοῦσασθαι σῶν μυστῶν γλώσσης,
Ψυχὴν ἐμὴν ἄπυρον σὺ χαίρῳ δίψης·
Εἴης ποτίζων χαρὰν ἄμβροτον πόμα,
Ὅτι σὺς μαθητὰς εἶπας σκπίνειν ποτε.

Alii ſequuntur Iambi, quos non intereſt adferre. In margine autem vides, vel manu ipſius Scribæ ludentis, vel manu alterius cavillantis, bis ſcriptum, ὅλος Πίνδαρος, *Totus Pindarus.* At certe hi Iambi nihil habent cum Pindaro affinitatis. Senſus eſt.

Innatum habui jam olim ingens deſiderium,
Quos, ô Conditor omnium, tota rerum natura non capit,
Sermones Diſcipulorum & amicorum tuorum exarandi,
In pulcherrimo ſcilicet ac ſplendido Libro:
Ipſoſque habendi in lucem, reſpirationem & vitæ gloriam,
Jam vero condigne deſiderio finem impoſui,
Exornans ipſum intus, foris, ubique.
Illudque item artificio addidi:
Totus Pindarus. *Ut enim quivis facillime loca inveniat,*
(Quæ vult adire) ſine labore:
Primum ceu rectæ normæ mentem perite adhibeat,
Totus Pindarus. *Iis quæ in Tabula appoſite ſcripta ſunt.*
Verum, tu qui divinorum ſermonum abyſſum manare feciſti,
Quæ ex Myſtarum tuarum lingua quaſi ex fonte effluxit;
Animam meam arentem in tempore judicii
Novo immortalique potu recrees,
Qui dixiſti Diſcipulos tuos tunc bibituros eſſe.

Specimina vero iſthæc abbreviationum non ita prolixa dedimus: quia item in fine hujuſce operis abbreviationum ſylvam congeſſimus, legendis vel difficillimis exemplaribus peropportunam. Specimen vulgaribus literis ita ſcribitur.

Διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας. πύτοις δὲ ἐδόξασα διὰ τῶν χαρισμάτων τῆς υἱοθεσίας. τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; ὡσὶ ἔλεγε· πύτων οὕτως ὄντων, μηδεὶς λοιπὸν περὶ τῆς ὧδε πειρασμῶν, ἢ κινδύνων λόγον ποιείσθω· τί γὰρ ἔνι εἰπεῖν περὶ τηλικαύτης ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ; τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; ποῖα; ὅτι προώρισεν, ὅτι ἐκάλεσεν, ὅτι ἐδικαίωσεν, ὅτι ἐδόξασε; πρὸς τοσαύτην ἀφθονίαν εὐεργεσιῶν τί ἐροῦμεν; οὐδὲ εὐχαρίστων φησὶ λόγων εὑποροῦμεν, μήτι γε ἔργων ἀμοιβῆς· τοσαύτη ἐστὶν ἄφατος αὐτοῦ ἡ περὶ ἡμῶν χάρις. εἶτα ὥσπερ πόρισμα λαβὼν ἐπιφέρει, φησὶ, εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; οὐδείς· κἂν γὰρ

Per lavacri regenerationem. Hos vero gloria affeci per chariſmata adoptionis. Quid ergo ad hæc dicemus? ac ſi diceret, Cum hæc ita ſe habeant, nemo de tentationibus aut periculis hujus vitæ verba faciat. Quid enim fari liceat de tanta Dei bonitate? Quid ad hæc? qualia dicemus? quod prædeſtinaverit, quod vocaverit, quod juſtificaverit, quod glorificaverit? Ad tantam beneficiorum copiam quid dicemus? Ne quidem verba ad gratiarum actionem nobis ſuppetunt, nedum operibus vicem referamus: tanta, tam ineffabilis eſt ejus erga nos gratia. Deinde, quaſi hinc ſumta occaſione, ait, Si Deus pro nobis, quis con-

τινες βλάπτειν ἐπιχειρήσωσιν, οὐ βλάψουσιν, ἀλλ' ὠφελήσουσι. πόθεν δὲ δῆλον, εἰ ὄντως ἡμῖν ὁ Θεός;

tra nos? Nemo. Licet enim quidam nos lædere conentur, non revera lædent, sed juvabunt. Undenam autem palam est Deum pro nobis esse?

CAPUT V.

De Κρυπτογραφία, *sive de Alphabetis arcanis Græcorum, & eorum usu. Exemplum ex Codice Basiliano. De commixtione Literarum arcanarum varii generis.*

ETSI de notis omnibus singularibus, deque abbreviationibus & signis, quæ ad varias disciplinas & artes pertinent, & in Cryptographia sive arcana scriptura censentur, toto Libro quinto acturi simus; illud tamen Cryptographiæ genus, quod a decimo sæculo a Calligraphis passim in Codicibus cujusvis generis usurpatur, hic repræsentare & explanare visum est: quia sic frequentatum occurrit ubique, ut cum vulgari scriptura locum habere mereatur.

Alphabeta arcana; id est, ad ea significanda, quæ nonnisi a peritis intelligi possent, jamdiu in usu fuerunt apud Græcos: in Manuscriptis enim undecimi & sequentium sæculorum non infrequenter occurrunt. Duplici autem modo arcana & occulta, quæ non omnibus aperta essent, exarabant; primo per commutationem literarum vulgaris formæ: cujusmodi est Alphabetum secundum in Tabula sequenti, ubi θ pro α ponitur, & sic cætera: hoc porro arcane scribendi genus frequentius usurpabatur; Secundo per literas diversæ admodum ac novatæ figuræ: qualia sunt Alphabeta tertium & sextum infra.

Hæc autem Alphabeta exscripsimus ex Codice Monasterii B. Mariæ Florentiæ, complectente Libros omnes novi Testamenti: deindeque Synaxarium & breve Menologium. In fine vero legitur, χρὶ ἀμαρτωλοῦ καὶ ἐλαχίστου Μάρκου, ἐν ἔτει ϛωμ. μίῳ Δεκεμβρίῳ κή. ἡμέρᾳ β'. Id est, *Manu peccatoris & vilissimi Marci, anno* (*mundi*) 6840. (*id est, Christi* 1332.) *mensis Decembris* 28. *feria secunda.* Eodem in folio pagina sequenti legitur, Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν ἀλφαβητῶν, *Initium cum Deo Alphabetorum.* Hinc subjiciuntur Alphabeta, ut hic depingi curavimus.

Primum Alphabetum vulgare est. Secundum est Alphabetum arcanum per commutationem literarum vulgarium; verbi gratiâ, θ pro α, ν pro ϛ, ζ pro γ, &c. ut vides in Tabula.

Tertium Alphabetum est item arcanum, commutata literarum figura, ut in Tabula observatur.

Quartum & quintum Alphabetum, a vulgari literarum uncialium forma parum recedunt. In his autem, maxime in quinto, literæ A, E, Σ, Ω, hac forma depinguntur: quæ in aliis vetustis Græcis Græca manu scriptis Codicibus, nusquam observatæ nobis sunt; sed earum formarum loco scribitur, λ, ϵ, C, ω, ut plerumque diximus. In manuscriptis autem Græcis Latina manu scriptis, hæ formæ A, E, nonnumquam reperiuntur, in iisdem vero reliquæ literæ, ut a Calligraphis Græcis, scribuntur. Formam tamen Ξ, numquam, ne in arcanis quidem literis, vidi; sed in Tabulis solum veteribus,

tum æneis tum marmoreis, atque in numiſmatibus; in libris autem varie ſcribitur, ut ſupra videas Lib. 3. Monendum porro eſt, etſi litera A, hac formâ, in Codicibus Græcis Græca manu ſcriptis, aliquantæ vetuſtatis, non exſtet; aliam tamen ejus formam eſſe non abſimilem, quæ Librorum, & Capitum initio uſurpatur, nempe , quæ item in marmoribus & inſcriptionibus infimi ævi interdum occurrit; ſed in literis inciſis cujuſvis ætatis frequentius A habetur.

Sextum Alphabetum, inter arcana haud dubie computandum, peregrinas omnino literarum figuras habet. In hoc ſcripturæ genere ſemper accentus & ſpiritus vulgari forma ſcribuntur, cujuſcumque tandem modi literæ arcanæ ſint.

Secundum Alphabetum, quod uti diximus frequentius uſurpatum comperimus, in fine Librorum adhibetur ab Amanuenſibus, ad quaſdam ſententias pro arbitrio conſcribendas: ubi arcani plerumque nulla ratio.

Quæ prima occurrit nobis nota hujuſmodi, anno 1001. in Ægypto data fuit: habeturque in Codice Regio 2910. membranaceo: ubi Athanaſii quæſtiones & alia; in fine autem ſic legitur,

Ἐμαθες κτιν αἰνῶν τὸν αἰνέσαντα, φίλε,
Μέμνησο τοῦ γεγράψαντος ἐν τῷ βιβλίῳ.

ἐζρθ'φϛ τοῦ νεαλῶ σεληνιακῶ κυϛλῳ ἐν υσάθ αἰζχνλχ, ἔτους κόσμου ,ϛφθ'. ἰνδ. ιγ. Poſtrema vero ſic leguntur: ἐγράφη δι' χειρὸς Λέοντος κληρικοῦ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου, ἔτους κόσμου ,ϛφθ'. ἰνδ. ιγ'. Totum ſic interpretamur:

Dum propoſitam lectionem laudabis, amice,
Memento ejus, qui librum ſcripſit.

Scriptus eſt manu Leonis Clerici in Regione Ægypti, anno mundi 6509. *Chriſti nempe* 1001. *Indictione decima-tertia.*



Aliquot huic ſimiles notas adtulimus in notis Calligraphorum Libro primo ordine Chronologico poſitis : quæ notæ ut plurimum aut Calligraphi nomen, aut alia quædam leviora exprimunt. Rem tamen perinſignem in Codice quodam RR. PP. S. Baſilii Romæ deprehendi, ubi exſtant Aſcetica & Quæſtiones S. Baſilii. Ad calcem autem hæc leguntur, ſine Calligraphi nomine.

Επληρώθη ἡ πρῶτα βίβλος τῶν ἀσκητικῶν τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου μηνὶ Αὐγούστῳ, ἡ. ἡμέρᾳ. γ'. ὥρᾳ ια'. τοῦ ϛχιγ' ἔτους, ἰνδικτιῶνος ιγ'. τοῦ σὺν αὐτῷ, ὅτε ὁ ἁγιώτατος πάπας Πασχάλιος σιγίλλιον ἐλευθερείας ἐποίησε τῷ θ'τ'ζ'λ'ψθ'ψλχ (id eſt, ἁγιοπάτου) πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομαίου εἰς τὴν ἁγίαν αὐτοῦ μονὴν τὴν ὑποφαγίαν ῥοτόχων, τὴν καλουμένην βλυλιζθ'ψβ. (id eſt, Ροχωνάτη) ὃν αὐτὸς ἐκ βάθρων ἀνήγειρε καὶ αἰφνιδίμησεν εἰς ὠφέλειαν πολλῶν ψυχῶν καὶ δόξαν Θεοῦ. τοῦ αὐτοῦ δὲ σὺν αὐτῷ ἀναχωρήσας ὁ Βαιμουώδης εἰς Καλαβρίαν φεύγων ἐπ κλαυσάκλ θορυβ'λχ. ἔπ ψλ'ψε τὲ ἔχθρον θ'ιθ'κθχωζι β' θ'ζ'θ ξλιβ' οχψθσαεξ'ωθ ἐπ νεζθῶν ξθοθζ'ζ'νον κθ'νχ ζθ'θ ἐκλοχλ'θπεζ θ'χψβι' Νζπλ'οθλω λ' λθοθζ'ζ'νλω πθζ' Θλχιεπίσκοπος ξεψθ' ψβῶ ζενεθῶ θ'χψλχ̃. Hæc porro poſtrema charactere vulgari ita leguntur : τοῦ αὐτοῦ δὲ σὺν αὐτῷ ἀναχωρήσας ὁ Βαιμουώδης εἰς Καλαβρίαν φεύγων ἐκ προσώπου Ἀλεξίου, ἔκοπτε δὲ ὄρεν αἰάπαυσιν ἡ ἁγία μονὴ, λυτρωθεῖσα ἐκ χειρῶν Μαλαϊνῶν. πάνυ γὰρ ἐπολυόρκει, (lege ἐπολιόρκει) αὐτὴν Νικόλαος ὁ Μαλαΐνος ὁ ἀρχιεπίσκοπος μετὰ τοῦ γένους αὐτοῦ.

Horum interpretatio hæc eſt.

Abſolutus eſt hic liber Aſceticorum ſancti Patris noſtri Baſilii, menſis Auguſti octavo die, feria tertia, hora undecima, anni 6613. (nempe a creatione mundi; Chriſti vero 1105.) Indictione decima-tertia. Eodem anno, quo ſanctiſſimus Papa Paſchalis ſigillum libertatis fecit ſanctiſſimo Patri noſtro Bartholomæo, pro ſancto ejus Monaſterio ſanctiſſimæ Deiparæ, quod vocatur Rochoniate, quodque ipſe a fundamentis excitavit & reſtauravit, ad utilitatem animarum multarum, & ad Dei gloriam. Eodem autem ipſo anno reverſus eſt Bæmundis in Calabriam, fugiens a facie Alexii: tunc autem requiem invenit ſanctum Monaſterium, ereptum e manibus Malæinorum. Admodum enim obſidebat illud Nicolaus Malæinus Archiepiſcopus cum cognatione ſua.

Sub hæc autem in Codice hæc leguntur.

Δόξα τῷ πληρωτῇ τῶν καλῶν
Gloria bonorum perfectori.

Et poſtea:

Εἰς β' ἤρξε τὸ ἁγίου πνεύματος, καὶ εἰς γ'
Ἔλαβε πέρας τοῦ μηνὸς Αὐγούστου ἡ.

Id eſt:

Feria ſecunda ſancti Spiritus, ſive Pentecoſtes, *incœptus eſt liber*,
Et finem habuit feria tertia, menſis Auguſti die octava.

Paſchalis hic memoratus, eſt II. hujus nominis. Monaſterium Rochoniatæ eſt in Archiepiſcopatu Roſcianenſi in Calabria. Quæ de Boëmundo ait, videlicet fugiſſe illum a facie Alexii Comneni, arcanis literis ſcribuntur metu ejuſdem Boëmundi. Quod dicit vero Boëmundum pulſum fuiſſe ab Alexio Comneno, id itidem narrat Anna Comnena in Alexiade, quia ut iſte Græcus, Græcorum rebus nimium ſtudebat : nam ut hiſtorici Latini narrant, Boëmundus Alexii copias male accepit, ipſique clades intulit. Arcano item charactere ſcribuntur, quæ de Malæinis & de Nicolao Malæino Roſciani

Archiepiſcopo narrantur, videlicet Monaſterium Rochoniatæ injurias acceſſe obſeſſumque fuiſſe ab Archiepiſcopo ſuaque cognatione: qui Archiepiſcopus Nicolaus Malæinus, a Ferdinando Ughello in Italia ſacra inter Archiepiſcopos Roſcianenſes omiſſus eſt. Nicolai vero Malæini & alterius ejuſdem familiæ, Leonis ſcilicet Malæini, viri primarii, mentio habetur infra in Diplomatibus Neapolitanis. Alphabetum autem illud arcanum ex commutatione literarum, cum vulgari Alphabeto ſic confertur,

α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω.
θ η ζ τ ε γ β α ζ π ο ξ ν μ λ κ δ ω ψ χ φ υ τ σ.

Hoc arcanum Alphabeti genus in aliis item exemplaribus adhibetur: ut in Codice Colbertino, num. 3607. ubi Deſcriptio Conſtantinopolis ſub Alexio Comneno, & Origenis de Oratione fragmentum, in fine legitur: ✝ ἐψλχ̃ ψλν ψλ' ωθϑζν' ἐδθύλαζν τζθ υζϑλὼ ἐξλχ̃ ζενθτζλχ ζ'ἐϑλξλν'θυλχ ψλχ̃ κθυνθ'. Hæc Græcobarbara ita leguntur vulgari charactere, prima litera ε' poſitâ pro ἐτελφώϑη, ut liquidum eſt: ἐτελειώϑη τὸν (ſic) ὃ βαρὺν (l. βιβλάειν) ἐσαχθὴν ἀφ' χερὸς ἐμοῦ Γενναδίυ ἱερομονάχου τῷ Παχνά, Id eſt: *Completus eſt hic libellus, compactus manu mea Genadii Hieromonachi cognomine Pachna.* Εσάχθην ex σαχόω vel σαχέω, quæ vox apud Græcos infimi ævi libros compingere ſignificat. In Codice vero ejuſdem Bibliothecæ, num. 993. ad calcem legitur, τλ'μθ αεσ̃ ψσ̃ τλ'νψ ψλ' ψέολω. Id eſt, δόξα Θεῷ πᾶ δόντι ὃ τέλος, *Gloria Deo qui finem dedit.* Alia ſimilia bene multa proferre poſſemus: ſed hæc ad ſpecimen ſatis ſunto, cum maxime jam plurima Libro primo Cryptographiæ ſpecimina dederimus. Monendum tamen eſt, alias ſubinde uſurpari ab Amanuenſibus literarum commutationes, plerumque ſine accentibus ac ſpiritibus, quas utpote breviſſimas hactenus legere non potuimus. Sic in Codice Laurentiano bombycino, a trecentis circiter annis exarato, in fine legitur, ὃ βιβλίον τοῦτο ἱερέως Μαυρὴλ, ψδα σρν απτκστυπλ. In Regio autem num. 1877. hæc feruntur ad calcem, ſed non primâ manu: ωαν ΦΦπυσρβωτΦδβακδρωπεσθνΦΦκχ. In Codice autem quodam Orationum S. Baſilii & Gregorii Nazianzeni, qui XI. ſæculo conſcriptus eſt, in fine habetur ψ'ε ψ' ψ'ΦΦ: quod qua ratione legi debeat ignoramus. Sane tam brevium clauſularum, quæ a ludentibus Calligraphis, pro arbitrio cujuſque mutatis literis, confictæ ſunt, lectionem fruſtra a quovis tentandam eſſe arbitror.

Aliud item arcanum ſcribendi genus apud Calligraphos obſervatur: ubi ſcilicet vulgares literas inverſas depingunt; arcanas vero variis ex Alphabetis deſumtas commiſcent; ita ut nonniſi ex mutua omnium Alphabetorum collatione, hac ratione ſcripta legi poſſint. Hujus ſcripturæ exemplum ſingulare jam Libro primo protulimus ad annum 1509. hic vero repetere juvat. In Codice Colbertino, num. 591. bombycino, ubi Menæum Græcorum menſis Septembris, in fine legitur: φύλαττε τειὰς τοὶς ἐμοὶς τῆς δακτύλοις, τοὶς χειρα-φόβας τ̃ δίλτον ταύτιν, ὁ πατὴρ, κὴ ὁ υἱὸς, κὴ ὃ ἅγιον πνεῦμα· γένοιτο ἡ ξύσμα κὴ ληξότητα (ſic) ὑπὸ χερὸς καμοῦ Παύλου ἱερέως τ̃ χαεῖν κὴ τ̃ σωφροσύνην τῆς οἰκουμένης ὁν πόλει Ἄλσος· κὴ οἱ ἀναγινώσκοντες αὐτιν, εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ τ̃ κύριον δι' τῶν πολλῶν μου σφαλμάτων.

Γέγονε δὲ πάλιν ὑπὸ ἐξόδου κὴ στωμυλομῆς τῆς πολυθρυλικωτάτου κὴ ἀγχινουσάτου ὑπφαλιοτάτου κυρεο (ſic) Κυριακῶ ἱερέα· ὃς ὁ γλυκύτατος Παπασιανὸς, κὴ ἔμπαλι Φοίνικος· κὴ ὅπου αὖ θέλει πᾶσθαι αὐτὸ (ſic) ἀφαμοίωσις ψυχικῆς.



ϡφ'θ χριστ.

Hæc literis arcanis ſcripta ſic leguntur, ἐτελειώθη ἡ ἡμέρα σαββάτῳ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἐγχρονίας ϡφ'θ χριστ. Græcobarbaram ſubſcriptionem ita vertimus: *Serva, Trinitas, tres digitos meos, quibus hunc librum ſcripſi, Pater, Fili, & Spiritus ſancte. Hæc porro ſcriptio abſoluta fuit manu mea Pauli* ἱερέως, *ſeu Sacerdotis, tum gratiâ, tum cognomento: qui habito in urbe Halſus. Qui hunc legeritis precamini pro me Dominum ad remiſſionem delictorum meorum. Exaratus autem fuit ſumtibus nobiliſſimi & ingenioſiſſimi temperantiſſimique viri Domini Cyriaci Sacerdotis, cujus pater eſt Papaſtianus cognomine Phœnix.*

Completus eſt autem die Sabbati, menſe Auguſto, anno Chriſti 1509.

Prima vox in arcanis tribus lineis, ſcilicet ἐτελειώθη, inverſis literis ſcribitur, ut vides; ſecunda ἡ, abbreviatione vulgari depingitur additis duobus punctis: articulus ἡ, ex tertio Alphabeto, ut ſupra, deſumitur: quarta vox ἅλπος primam literam ξ pro ἁ habet, quod in nullo Alphabeto obſervatur, ſecundam, é vulgarem, retinet cum accentu, quod ſemper obſervatur in Cryptographia per literarum commutationem facta; poſtea epiſemon ϡ literam λ numero tertiam exprimit, exemplo ſingulari, & ſimiliter tota ſyllaba πος, ductu non communi delineatur. In voce σαββάτῳ, σ cum vulgari forma retinetur; ut frequenter obſerves in ſpeciminibus Libro primo, ubi interdum Calligraphi vulgares literas ſervant. α, linea punctis ſuperne & inferne notata deſignatur, ut frequentiſſime occurrit in Mſſ. Græcis. Duplex ϛ ſequens, ex tertio & ſexto Alphabeto paulum mutata forma deſumitur. Duæ ſequentes voces τοῦ Αὐγούστου ad ſecundi Alphabeti normam deſcriptæ ſunt. μηνὸς primam literam per ξ deſcriptam habet ſingulari forma; id curantibus Calligraphis, ut Lectorem etiam Cryptographiæ gnarum exercitarent: ſecunda litera ϛ pro η ex ſecundo Alphabeto deſumitur, ſyllaba νός vulgari forma unciali ſcribitur. In voce ἐγχρονίας, ε inverſum ſcribitur, γ lapſu graphico omiſſum eſt, χ ex tertio Alphabeto cum modico diſcrimine, & poſtea ſimiliter in voce χριστ. ϡ pro ρ ſcribitur ex ſecundo Alphabeto, λ pro ο: ſed ν illo modo effictum non occurrit in Alphabetis arcanis, ι vulgari forma, α per lineam cum punctis duobus, ſed ſupra poſitis: σ vulgari modo. In nota anni ϡφ'θ, prima & ſecunda litera ex ſecundo Alphabeto ſumitur: media ex tertio, nonnihil variante figurâ. Atque ita omnes Cryptographiæ modos in hac ſubſcriptione uſurpaſſe videtur Paulus Calligraphus. Hæc de Cryptographia.

Præter illas vero formas, & mutationes, quas ad certas regulas quodammodo reduxerant Calligraphi. Aliæ item nec paucæ obſervantur, quæ pro arbitrio a nonnullis ſive ludentibus, ſive aliud agentibus, excogitatæ ſunt, neque tamen ad publicum uſum emanaſſe videntur. Quas omnes in ſequenti Libro delineabimus, quotquot ſcilicet ad manum venerunt: ubi etiam notas artium & diſciplinarum omnium cum explicatione proferemus, chara-

cteres item alios, ac nominum propriorum abbreviationes omnes, quæ ad notitiam venerunt, cum monocondiliis aliisque omnibus abbreviationum generibus.

CAPUT V.

Specimina Characterum undecimi ſæculi ex Codicibus Illuſtriſſimi Abbatis Dominici Paſſionei. Item ex Cod. olim Monaſterii S. Dionyſii, in Gallia deſcripto, cum Alphabeto Norvagico indidem. Ex altero quoque Regio exemplum. De Codice quodam & de Bibliotheca Eudociæ Auguſtæ Macrembolitiſſæ.

Prima Tabula ſpecimina ſeptem exhibet ex Bibliotheca Illuſtriſſimi nobiſque amiciſſimi viri Dominici Paſſionei: qui annos viginti-quatuor vix emenſus, incredibili fulget rerum diſciplinarumque notitia, Græcis Latiniſque literis adprime eruditus, Bibliothecamque numeroſam Manuſcriptorum editorumque exemplarium comparavit, librorum delectu cum paucis numerandam. Literatorum commodis ſic advigilans, ut quæ vel penes ſe habet, vel amicorum ope nanciſci poteſt, quibuſvis literariæ rei operam dantibus nec rogatus offerat. Specimina vero qualia ille tranſmitti curavit hic proferimus.

Primum prodit ex Codice Homiliarum S. Joannis Chryſoſtomi; eſtque decimi ſæculi, ut ex forma characteris æſtimatur. Spiritus priſco more notantur. Codex notam habet LL in exemplo tranſmiſſo.

Secundum ex Cod. Homiliarum ejuſdem in Matthæum: eſtque undecimi ſæculi, ut videtur. Codex notatur H.

Tertium ex Cod. novi Teſtamenti, ejuſdem circiter ævi, qui notatur B.

Quartum ex Cod. Chryſoſtomi in Matthæum, ejuſdem, ut videtur, ætatis, qui notatur C.

Quintum ex Cod. Homiliarum Joan. Chryſoſt. ejuſdem, ut putatur, ævi, qui notatur V.

Sextum ex Codice S. Gregorii Nyſſeni ejuſdem ætatis, ut creditur. Cod. notatur I.

Septimum ex Cod. Eclogarum S. Joan. Chryſoſtomi paris ætatis. Codex notatur FF.

Primum exemplum ex Homilia quadam Chryſoſtomi, ita legitur: μηδὲν τούτων ἀνεξέταστον ἀφεῖναι· ἀλλὰ πάντα διερευνησάμενον ἀκριβῶς, καταλλήλως τὰ πρὸς ἑαυτὸν προσάγειν τὸν ἱερώμενον, ἵνα. Hoc eſt, *Nihil horum ſine examine relinquere; ſed omnibus accurate perpenſis, congruenter ſua proferre conſecratum hominem, ut.*

Secundum exemplum ex Homiliis Chryſoſtomi in Matthæum, ſic vulgaribus typis edimus: Ἂς γυναῖκας ποιῶσι· καὶ πρεσβύτους γυμνάσαντες ὅτι δεῖ παλαίστρας ἄγωσιν ὅτι δεῖ καὶ ἀνθρώπων, καὶ λαθραίους. Id eſt, *Mulieres faciant, & virgines prius in palæſtra exercitatas, in conſpectum hominum agant, & occultos. . . .*

Tertium exemplum ex Evangelio Matthæi, ſic habet: πᾶ]σαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες, καὶ ἀπὸ Δαυὶδ ἕως τῆ μετοι[κεσίας. Id eſt, *Omnes igitur generationes ab Abraham uſque ad David, generationes quatuordecim, & a David uſque ad tranſmigrationem.*

Quartum ſpecimen ex altero Chryſoſtomi Codice in Matthæum : Ὁ δὲ Μάρκος φησίν, ὅτι καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν, ἐλάλει, (pro ἐλάλει) αὐτοῖς τὸν λόγον ἐν παραβολαῖς. Εἶτα δῆλος αὐτὸν χειροτονοῦντα (l. χειροτονοῦντα.) Id eſt : *Marcus autem ait, quod quemadmodum audire poſſent, loqueretur ipſis ſermonem in parabolis.* . . . .

Quintum ſpecimen ex Homiliis Chryſoſtomi ſic habet, Μωσῆς μὲν πέντε βιβλία συγγράψας, οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ τέθεικεν, οὐδὲ οἱ μετ' ἐκεῖνον. Id eſt, *Moyſes quinque Libros ſcribens, nuſquam nomen ſuum poſuit : neque qui poſt.* . .

Sextum ſpecimen ex Gregorio Nyſſ. ſic habet :-πουμάμῳ γὰρ αὐτῷ τότε νύκτα περὶ τὸν λόγου τῆς πίστεως, ἢ πέμπτη- ob brevitatem interpretari non poſſumus.

Septimum ex Codice Eclogarum S. Joannis Chryſoſtomi ſic legitur - ξύλμον. Εἰ γὰρ τὸν ἄρχοντα ἔκφυον, τὸν μήτε Θεοῦ φοβούμενον, μήτε ἀνθρώπους αἰσχυνό-



μᾶλλον ἐπίκαμψεν ἡ χήρα, πολλῷ μᾶλλον τὸν ἀγαθὸν ἕλκυσεται ἡ συνεχὴς ἔντευξις. *Nam si Magistratum illum, qui nec Deum timebat, nec homines reverebatur, flexit tamen vidua; multo magis bonum illum attrahet assidua precatio.*

Sequentis Tabulæ specimen primum profertur ex Bibliotheca Colbertina. Codex numero 4954. qui Bibliothecæ Thuanæ fuerat, descriptus est in Gallia anno 1022. in castro de Colonia a Monacho, cui nomen Helias erat: minus perito homine, qui perpetuo vocales ι, η, ε, αι, similiterque ο & ω, aliasque, Græculorum infimi ævi more, confundit. Accentus & spiritus negligenter adscribit, omittitque frequentius. Fuitque olim Monasterii S. Dionysii in Francia, hinc ad Thuanam, deinde ad Colbertinam Bibliothecam transiit. Prima pagina præfert Imaginem Christi, & quatuor Evangelistarum: continetque Codex Officium Ecclesiasticum Græcorum. Fol. 154. legitur, *Liber Beati Dionysii Areopagitæ, qui eum furatus fuerit anathema sit.* Et in fine fol. penultimo habetur Lectio Actuum Apostolorum in die Sancti Dionysii recitari solita, charactere undecimi, ut videtur, sæculi, cum hoc titulo Latine ejusdem ævi, *Epistola in festo Beati Dionysii.* Fol. ultimo legitur: *Odo divina permissione Abbas Beati Dionysii in Francia, omnibus præsentes literas inspecturis:* quæ tempore Odonis Abbatis haud dubie scripta sunt. Quatuor autem hujus nominis San-Dionysiani Monasterii Abbates fuerunt; nimirum Odo primus nono sæculo, qui Rex Galliæ fuit; Odo II. qui Sugerium excepit anno 1151. Odo III. qui huic successit anno circiter 1163. Odo IV. qui iniit anno 1229. Sub secundo vel tertio Odone hæc scripta videntur. In eodem Codice plerumque exaratur Alphabetum Græcum, ut a Latinis scribi solebat: cujus exemplum infra damus ut habetur fol. 56. verso, ubi ϛ pro veterum more, inter Alphabeti literas censetur.

In fronte Libri exstat Alphabetum Norvagicum literis videlicet Runnicis, quales in Norvegia adhibebantur. Etsi vero nuper a *V. C. Georgio Hickesio* Runnicorum characterum genera omnia ex vetustis monumentis edita sint, e re tamen duximus hoc Alphabetum in Tabula proferre: quia inter varia quæ publicata sunt Alphabeta, aliquid semper interest discriminis: & sane hoc, quod nunc primum damus, cum nullo ex Hickesianis perfecte consentit. Postea vero scribitur Latine, sed Norvagico charactere, *Sanctus Dionysius.*

In fine Codicis legitur oblongo & insolenti literarum ductu, ut vides in specimine, hoc dictum apud Calligraphos frequentissimum:

*πλεονητι. Ἡ χεὶρ μὲν ἡ γράψασα * σήπεται τάφῳ,
Γραφὴ δὲ μένει εἰς χρόνους πολλούς. δόξα τῷ Θεῷ, ἀμήν.

Hoc est:

Manus quidem quæ scripsit in sepulcro putrescit,
Scriptura vero ad annos multos perseverat. Gloria Deo, amen:

Deinde sequitur: ἐπληρώθη ὁ παρὼν ἀκολουθίον διὰ χειρὸς Ηλίου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ ἀσπαλαιώπου, μηνὶ Νοεμβρίῳ κϛ'. ἡμέρᾳ κυριακῇ, ὥρᾳ θ'. ἔτει ϛφλ'. ἰνδ. ε'. ἐν χώρᾳ Φραγκίας Κάστρο δεκολωνίας. ὡς γὰρ τὸν μετακολίων τὸν γραμμάτων, οὕτως καὶ ἔγραψα. Hoc est, *Absoluta est præsens Collectio manu Heliæ Presbyteri & Monachi Spelæotæ, (sive in Spelæo viventis,) vigesima-sexta mensis Novembris, die Dominica, hora nona, anno (mundi) 6530. (id est Christi 1022.) Indictione quinta, in regione Franciæ castro de Colonia.* Castrum autem de Colonia for-

γαθὸν μέρος διάφορον συμπολίταν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ θεοῦ καὶ οἰκοδομὴ ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ᾧ πᾶσα οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν κυρίῳ ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι διὸ ὑπὲρ τούτου ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος Χριστοῦ Ἰησοῦ ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνωρίσθη μοι τὸ μυστήριον καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ χριστοῦ ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν πνεύματι εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας ἐν χριστῷ διὰ τοῦ εὐαγγελίου οὗ ἐγενήθην διάκονος κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ τῆς δοθείσης μοι κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐτέθη ἡ χάρις αὕτη τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ χριστοῦ καὶ φωτίσαι τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ θεῷ τῷ τὰ πάντα κτίσαντι ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων ἣν ἐποίησεν ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παρρησίαν καὶ προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ τοῦ ἐμοῦ διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐγκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσίν μου ὑπὲρ ὑμῶν ἥτις ἐστὶν δόξα ὑμῶν τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται ἵνα δῷ ὑμῖν κατὰ τὸ πλοῦτος τῆς δόξης αὐτοῦ δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικῆσαι τὸν χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσιν τοῖς ἁγίοις τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ χριστοῦ ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ θεοῦ τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων ἀμήν

α υ μ ν ζ δ λ α ι ϛ ϛ ʒ ɥ η. θ. ι. ι. κ. λ γ. χ μ.
μ. ξ. ο. ϖ π. ρ. ϲ σ. τ. υ. φ. φ. χ. ψ τ. ω ω.

ΗΧΕΙΡΜΕΝΓΡΔΔΕΔϹ ΠΕΤΕΤΔΦΩ. ΓΡΔΦΕΙΔΕ
ΜΕΝΗ ΠΡ. ϹΧΩΝΘϹ ΠΟΛΛΟΥϹ: ΔΞΙΔΘΗΝ:

Alphab Norvagicum

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z

sanc tus dionisius

II

αῦμοσδοῦμοσῖῦ χῦκλκτὸσἀπό ϙομος·
ἀῦφωρισμένοσ ϛσωμόμορθῦ· ὃ προϭ
πηγήλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ
ἔν γραφαῖσ ἁγίαισ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ
τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματοσ δαδ κλ
τὰ σάρκα· τοῦ ὁρισθέντοσ υἱοῦ θῦ,
ἔν δυνάμει κατὰ πνα ἁγιωσύνησ ἐξ α
ναστάσεωσ νεκρῶν ἰῦ χῦ τοῦ κῦ ἡμῶν·
δι᾽ οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν
εἰσ ὑπακοὴν πίστεωσ ἐν πᾶσιν τοῖσ
ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματοσ
αὐτοῦ ἐν οἷσ ἐστὲ καὶ ὑμεῖσ κλητοὶ ἰῦ χῦ·
πᾶσιν τοῖσ οὖσιν ἐν ῥώμῃ ἀγαπητοῖσ θῦ
κλητοῖσ ἁγίοισ· χάρισ ὑμῖν καὶ εἰρήνη

taſſe idipſum eſt, quod in Cenomanenſi Diœceſi memoratur a Valeſio in Notitia Galliarum. Quæ ſequuntur, ſubbarbara ſane, indicare videntur, ipſum ad fidem exemplaris ſui apographum edidiſſe, ut errores paſſim occurrentes exemplari tribuantur. Specimen vero imperitiſſime ſcriptum ſic legi debet,

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν· καὶ δήσαντες αὐτὸν ἤγαγον καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι. τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσιν καὶ τοῖς πρεσβυτέροις λέγων, ἥμαρτον, καίτοι αἷμα ἀθῷον.

In illo tempore, conſilium inierunt omnes Principes Sacerdotum & ſeniores populi adverſus Jeſum, ut eum morti traderent, & vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & ſenioribus, dicens: Peccavi, tradens ſanguinem juſtum.

Specimen ſecundum XI. ſæculi, prodit Codice Regio 2246. complectente Epiſtolas novi Teſtamenti cum Commentariis variorum Patrum. Ubi ad calcem Epiſtolæ ad Hebræos, hæc leguntur fol. 201.

† Αἶνος Θεῷ χάρις τε καὶ δόξα πρέπει,
Τῷ δόντι τέρμα τῆς γραφῆς φθάσαι θέλοις.

† Ἐγράφη ἡ βίβλος αὕτη χεὶρ Θεοπέμπτου ἀναγνώστου καὶ καλλιγράφου, καὶ ἐτελειώθη μηνὶ Ἰουλίῳ, ἡμέρᾳ δ'. ἰνδ. ιβ'. ϛφνϑ'.

Hoc eſt:

Laus Deo, gratia & gloria convenit,
Qui robur dedit ad ſcriptionem abſolvendam.

Deſcriptus eſt hic liber manu Theopempti Lectoris & Calligraphi: & completus eſt menſe Julio, feria quarta, Indictione 12. *anno* (*mundi*) 6553. *hoc eſt Chriſti* 1045.

Fol. autem 91. hæc habentur longe recentiore manu.

Ἦν αὕτη ἡ μελήρυτος βίβλος τοῦ ἁγίου μονῆς τοῦ οὕτω πως ὀνομαζομένης Ἱέρακα, τῆς ἐπ' ὀνόματος τῆς παναγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, κτισθείσης ὑπὸ τινῶν φιλοχρίστων. καὶ δι' τινα ἀναγκαίαν χρείαν τοῦ εἰρημένου ἁγίου μονῆς, ἐπράθη ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν. ἠγοράσθη δ' αὖ πάλιν ὁ εἰρημένος βίβλος, παρὰ τοῦ φιλοθέου καὶ χριστιανικωτάτου καλλίστου Γεωργίου τοῦ Νοβουνω, καὶ ἐδωρήθη εἰς τὴν αὐτὴν ἁγίαν μονὴν τοῦ Ἱέρακα μνείας χάριν οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε (sic) τούτων, ὅπως ἵλεων καὶ εὔμενῆ εὕρωσιν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. ἀμήν.

Id eſt:

Erat hic melliſluus Liber S. Monaſterii Hieraca nuncupati, nomine caſtiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ a quibuſdam Chriſti amantibus exſtructi: & ob quamdam urgentem neceſſitatem ſupradicti S. Monaſterii, venditus eſt a Fratribus. Emtus autem iterum eſt memoratus Liber a religioſo, Chriſtianiſſimo & optimo Georgio Nobuno, & oblatus eſt eidem Monaſterio Hieraca memoriæ cauſa, Qui legitis orate pro illis, ut propitium & pacatum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum inveniant in die judicii. Amen.

Specimen autem deſumtum eſt ex initio Epiſtolæ ad Romanos, & ſic habet:

Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ χριστοῦ κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον

Paulus ſervus Jeſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Evangelium

Θεοῦ· ὃ προεπηγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν· δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ· ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη.

Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum J. C. Domini nostri : per quem accepimus gratiam & Apostolatum ad obedientiam fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus, in quibus estis & vos vocati Jesu Christi : omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis & pax.

In hoc Codice 1, quod vulgo subscriptum dicitur, una serie adscribitur, ut in Ῥώμῃ.

Exemplum sequens prodit ex Codice Colbertino undecimi sæculi, descripto ad usum Eudociæ Augustæ, primum uxoris Constantini Ducæ, qui imperium iniit anno 1059. obiitque anno 1067. quo defuncto imperavit Romanus Diogenes, curante Eudocia, quæ eidem nupsit, & cum eo annis quatuor imperium tenuit. Deinde Romano Diogene a Barbaris capto, ac postquam elapsus erat, a suis excæcato, moxque defuncto, Eudocia in Monasterium relegata est. Huic Eudociæ, cum Constantino conjuge imperanti, Codex de quo nunc agitur descriptus est, ut initio aperte narratur : continetque παράλληλα, *Paralella*, sive loca Patrum per interrogationem & responsionem. In tribus primis foliis est πίναξ, sive Tabula totius libri rubro charactere deaurato : in quarto folio item rubro charactere deaurato, est Tabula quadra : ubi hic Iambus, Εὐδοκίας ἡ δέλτος Αὐγούστης πάλαι : *Hic Liber est Eudociæ Augustæ*, literis miro artificio, ut infra videas, ordinatis, plus quam millies repetitur, ita ut semper a litera E, in centro posita, lectio ineatur. Pares ludos videre est apud Rabanum Maurum. Huic item consimilem Tabulam vidi in Bibliotheca RR. PP. Jesuitarum Collegii Ludovici Magni, in Codice vetusto Evangeliorum, membranaceo : ubi hoc carmen, Εὐαγγελιστῶν θεία πυκτὶς τετράων, i. *Divinus Liber quatuor Evangelistarum*, pari literarum situ plus quam millies legitur.

Fol. quinto habentur Iambi sequentes : ubi Iambus idem qui supra, Εὐδοκίας ἡ δέλτος Αὐγούστης πάλαι, per acrosticha legitur : non ita tamen, ut singulæ literæ suum versum incipiant, sed duæ tresve nonnumquam initio ponuntur hoc pacto.

ΕΥ' ῥῶν ὁ χριστὸς ἀγαθὼ ξυνωρίδα,
ΔΟ' ξὺς ὑμᾶς ἔπλησε τ' σκηπτοῦχίας·
ΚΙ' νῆμα τοῦτο καὶ βάσις εὐφροσύνα,
ΑΣ ὑγκριτός τε καὶ ξένως νοεῖται,
Η νῷ νοοῦσι τὰ ξένα διδρυκτὶ,
ΔΕΛ τοῖς προσαθρεῖν τε πνεύματορρύτοις.
ΤΟΣ αὖτα πίνειν ἐκπονοῦντες ἐμφρόνως,
ΑΥ λαὸν οὕτως βόσατε κληρουχίαν,
Γ πίονι ἐκπύσμασι ἄπαντα πόδον,
Ο' ἣν τέφρᾳ νῦν ὠραίζεσθε κρᾶτες,

Υ' μυοις τε πᾶσι καὶ βίβλοις θεοδώτοις,
Σ ὡ τοῖς καταγράπτοις παισὶ τῷ ζέφῳ,
Τ οἷς πορφύρας τε τοῖς στεμματοφόροις κλάδοις.
Η' χρυσας, ὦ δέσποινα, καὶ κοσμοκράτορ,
Σ οἱ ταῦτα πάντα καὶ δι' οἷ σε τυγχάνῃ
Π αρίσταται ὁ καὶ χορὸς τῶν ἁγίων,
Ε μπρέπων σοι τας θεογράφους βίβλους.
Α ὑσαις ἀπάσαις τὸν ζόφον τὸν τῆς λύπης,
Ε ἰς φῶς με τὸν σὸν ἱκέτιν καλλιγράφον,
Γ' θυτον βύσδωσον εἰς οἴδας δόμοις.

Senſus eſt,

E ximium Chriſtus par conjugum adeptus,
V os ſceptri gloria replevit:
DO num Dei hoc eſt, & cæleſtis motio,
C omparanda nulli rei, & cogitatu ſtupenda,
I ntuenti mira menti intellecta,
A ttendentique libris a ſpiritu manantibus.
E xantlatis igitur tantis prudenter laboribus,
AU cti vere eſtis immateriali ſceptro,
G audio omni terreno ac deſiderio rejecto,
U nde corona nunc ſplendetis imperii,
ST atis hymnis & cantibus libriſque divinis [ornati.]
A ccedunt his filii coronâ ſplendidi,
E ffulgentes illi Porphyrogeniti, illuſtres rami.
HI s te alloquentem audiſti, O Domina, & tu Imperator.
C edunt hæc omnia tibi, & tui causâ ſunt.
LIBE ns Sanctorum Chorus hic adeſt,
R epletos Spiritu Dei libros tibi offerens.
E jice, O Imperatrix doloris caliginem
S upplicemque Calligraphum tuum in lucem
T raduc, meque proſperum reddas, quibus noſti modis.

Acroſticha pari forma in verſione utcumque ſervavimus. Obſervandum porro eſt in ſequenti folio e regione carminis allati, adeſſe picturam auro ornatam, ſed admodum detritam: ac in medio ſtare Eudociam Imperatorio cultu. A dextriſque Imperatorem coronatum; a ſiniſtris vero filium; fortaſſe Conſtantinum, qui in Purpura natus erat: nam duo alii majores Michael & Andronicus in privata parentum ſorte geniti fuerant; cum igitur Porphyrogenitos memorat, Conſtantinum ſubindicat, & forte ſorores, quæ in Purpura natæ erant. Eratque Purpura Palatium ubi Auguſtas parere mos erat: hinc Porphyrogenitorum nomen & dignitas. Quod autem in pictura Eudocia primas teneat, & in carmine quaſi præcipua memoretur, exigua habita Imperatoris ratione, quid mirum? quando certum eſt Conſtantinum Ducam Imperatorem, hominem fuiſſe inertem, imbellem & pecuniis deditum; contra vero Eudociam mulierem ambitioſam, quæ regnandi cauſa nihil non ageret. Circum effigiem Imperatricis adſunt Sancti ſexdecim in totidem circulis, qui, ut videtur, nam admodum detriti ſunt, volumina manibus geſtant, & Imperatrici offerunt, ut fertur in carmine. In ima paginæ parte ſub pictura inchoatur Liber rubro charactere, ac deaurato, & ſic pergitur uſque ad ſequentem

tem paginam, quæ atramento deſcribitur, ſicque liber totus literis majuſculis aureis ad initia capitum & articulorum ornatur. Exemplum memoratæ quadræ tabulæ & hujuſce Codicis proferimus. Specimen autem in Tabula allatum ſic vulgaribus typis ſcribitur.

Τισὶν ὁ κόσμῳ ἀμελῶς διακειμένων εἰρηκόσιν πρὸς μέ, πῶς δυνάμεθα ὁμοζύγως ζῶντες, καὶ δημοσίοις φροντίσιν ὑποκείμενοι, τὸν μοναδικὸν βίον ἀνελθεῖν· πρὸς οὓς ἀπεκρίθημεν· πάντα ὅσα δύνασθε ποιεῖν ἀγαθὰ ποιήσατε, μηδένα λοιδορήσητε, μηδένα κλέψητε, μηδένα ψεύσησθε, μηδενὸς κατεπᾴρησθε, μηδένα μισήσητε, τῆς πορνείας ἀπέχεσθε.

Cum quidam in ſæculo negligentius verſantes, me interrogarent: Quomodo poſſumus in conjugio viventes, & publicis curis obnoxii, Monaſticam ſubire vitam; reſpondimus ipſis, Quæcumque bona facere poteſtis, facite; neminem contumelia afficite, nemini furtum facite, nemini mentiamini, adverſus neminem extollamini, neminē odio habetote, a fornicatione abſtinete.



Hunc vero Codicem in Bibliotheca ipsius Eudociæ Augustæ repositum fuisse non dubium est : quam Bibliothecam ipsa, numerosissimam splendidissimamque, variis ex locis collectam, magnis sumtibus comparavit ; ut testatur eadem Eudocia initio Libri sui, qui Ἰωνία inscribitur, ἐκ τῆς ἡμετέρας ἡμῶν βιβλιοθήκης ἐφαπτομένην, ᾗ τινι καὶ πολλὰ τῶν βιβλίων προσέθηκα, ἐκ διαφόρων μοι χωρῶν συναγειοθέντα μελέτῃ καὶ δαπάνῃ πολλῇ. Id est, *Ex splendidissima nostra Bibliotheca mutuata, cui libros multos variis ex locis collectos adjeci, cum studio & pecunia multa.* Ex Bibliotheca igitur sua Librum suum Ἰωνία inscriptum edidit, quem Romano Diogeni alteri conjugi, imperiique consorti nuncupavit. Sunt autem Ἰωνία opus singularis eruditionis : cujus exemplar habetur in Bibliotheca Colbertina, sic autem in titulo fertur, Εὐδοκίας τ῀ Μακρεμβολιτίσσης βασιλίδος Κωνσταντινουπόλεως, Ἰωνία, ἤτοι συναγωγὴ Θεῶν, ἡρώων τε καὶ ἡρωϊνῶν γενεαλογίας, καὶ τῶν περὶ αὐτοὺς μεταμορφώσεων, μύθων τε καὶ ἀλληγοριῶν τῶν παρὰ τοῖς παλαιοῖς θεωρουμένων, ἐν ᾗ καὶ περὶ διαφόρων σοφῶν, πρὸς τὸν φιλόχριστον καὶ εὐσεβέστατον βασιλέα Ρωμανὸν τὸν Διογένην, νικητὴν, ἐσπαδόχον. Hoc est, *Eudociæ Macrembolitissæ Imperatricis Constantinopolitanæ Ionia ; sive collectio Genealogiæ deorum, heroum, heroïnarum, & de metamorphosibus ad ipsos spectantibus ; de fabulis & allegoriis, quæ apud veteres reperiuntur. Ubi etiam de variis sapientibus, sive eruditis viris ; ad Christi amantem & piissimum Imperatorem Romanum Diogenem, victorem, & tropæis ornatum.* Est opus illud ordine alphabetico concinnatum. Præter hunc autem alios item Libros edidit, ut ipsa innuit in Præfatione sive Epistola nuncupatoria ad conjugem Romanum Diogenem, ubi cur Bibliothecam collegerit sic declarat, βασιλικὸν ἡγησαμένη, τὸν νοῦν ἔγγραφον αἰσθητῶν συναγείρειν, καὶ μὴ καταλείπειν ἀκηδίᾳ διαφθαρῆναι. τῆς σῆς πίστεως βασιλείας κρινάσης, ἐκδοθήσεται, καὶ μετὰ τῶν ἀδελφῶν πρέσεται. Hoc est, *Regium opus esse putans, si hominum literis traditam mentem colligam, nec incuria deperire sinam. Decernente igitur Imperio tuo, [hic Liber] edetur, & cum fratribus suis collocabitur.* Fratres autem Libri Ionia inscripti, sunt alii ab eadem Eudocia editi, ut habet nota ad marginem Codicis Colbertini posita his verbis, μετὰ τῶν ἀδελφῶν πρέσεται λέγει, ὅτι τὰ ἄλλα τινὰ συνέθετο ἡ ἀοίδιμος βασίλισσα, τόν τε πλόκαμον τ῀ Ἀριάδνης ἐπικῶς, καὶ τὰς τῶν γυναικῶν χρείας, καὶ τί δεῖ τὰς βασιλίδας ἀσκεῖν, ἐν πεζῷ λόγῳ, χρήσιμόν τι χρῆμα, καὶ περὶ διαίτης μοναζουσῶν, ὅπερ καὶ νῦν καθ' ἡμᾶς ἐν τῷ τ῀ Περκεντέως σπουδῇ σώζεται Id est, *Cum fratribus versaturum ait, quia alia quædam præclara Imperatrix edidit, nempe, Filum Ariadnæ epico carmine ; de mulierum officio & qua in re Imperatrices exerceri debeant, pedestri oratione : opus sane perutile ; de conversatione Monialium, quod opus jam nostro tempore in Monasterio Proconesi servatur.* Addit Scholiastes, Περκέντος, ὁ νῦν Μαρμαρᾶς. *Proconesus, nunc Marmaras.* Ad hæc autem ὁμηροκεντρα, sive Homerocentones, qui jamdiu editi fuerunt, scripsisse creditur Eudocia Macrembolitissa ; cujus opusculi Codex habetur in Bibliotheca Collegii Ludovici Magni.

CAPUT VI.

Specimina Characterum duodecimi ſæculi ex Typico Irenes Auguſtæ, propria ejus manu ſubſcripto: item ex Codice Baſiliano, & ex tribus Regiis. Inſcriptio Crucis San-Germanenſis, & aliæ.

A Nono ad duodecimum uſque ſæculum, non ita variæ characterum & ductuum formæ a Calligraphis invectæ deprehenduntur: ſed duodecimo, decimo-tertio ac ſequentibus ſæculis, diverſa admodum ſcripturæ genera obſervantur in Codicibus Græcis, & a priſca Calligraphiæ elegantia longe receſſum eſt. Alii quippe Librarii, ut expeditius currerent, literarum ductus novos advexerunt, & priſtinæ ſcripturæ pulcritudinem vitiarunt, idque variis pro cujuſque arbitrio modis: alii autem veterem noni ac decimi ſæculi formam retinere conati, ab illa tamen deflexiſſe comperiuntur a peritioribus, quoniam uſus diuturnior ſemper quid importat novi. Accentus autem & ſpiritus aliquando ſecundum primigeniam formam delineantur, interdum vero ſpiritus ſupini ſic ˘ ſcribuntur; ita ut leneſne an denſi ſint vix judicari valeat. Quodque a duodecimo & decimo-tertio ſæculo frequentiſſime in multis exemplaribus occurrit, ſpiritus & accentus uno ductu ſcribuntur, nempe lenis ſpiritus cum acuto ſic ᾽; denſus cum acuto ſic ῾; lenis cum circumflexo ſic ᾶ; denſus cum circumflexo ſic ῆ.

Alia autem minutiſſima ſcripturæ diſcrimina in exemplis & Tabulis perfecte repræſentare humanæ facultatis non eſt: nam quantalibet accuratione & arte utatur is, qui characteres ex vetuſto exemplari deſcribit, & formas ſingulas imitatur, in aliquo ſemper deficiat neceſſe eſt: ſimiliterque Chalcographus, quantumvis peritus, a tradito ſibi apographo aliquatenus deflectet: cum igitur exſcribentis primùm, poſtea vero Calchographi opera deſideretur, perfecta omnibuſque numeris abſoluta ſimilitudo in Tabulis æri inciſis fruſtra quæratur. Ad hæc vero atramenti color & conſpectus magni ſunt ad ætatem Codicum æſtimandam momenti: quæ tamen nulla arte poſſunt in Tabulis exhiberi. In ſumma etſi magna ſit in Tabulis hujuſmodi utilitas, quod nemo ſane inficias eat; ſi quis tamen Codicum ætatis internoſcendæ peritiam aſſequi velit, eorum vero maxime qui duodecimi & ſequentium ſæculorum ſunt, Codices ipſos inſpiciat frequenter & evolvat oportet. Diſcrimen autem ætatis in bombycinis difficilius, quam in membranaceis dignoſcitur, quoniam in prioribus atramentum imbibitur, ductuſque literarum craſſiores repræſentat, & colorem, perinde atque in membranaceis, non mutare ſolet. Sunt autem a duodecimo ſæculo bombycini frequentiores, quam membranacei, ut diximus Libro primo.

Specimen ſequens exſcriptum eſt ex Typico Irenes Auguſtæ conjugis Alexii Comneni. Exemplar autem ejus membranaceum in Bibliotheca Regia num. 3019. ipſius Auguſtæ juſſu deſcriptum, ejuſque manu proprio nomine ſignatum eſt in fine Typici ſive Regulæ, quam ſanctimonialibus ab ſe inſtitutis præſcripſit; ita ut pars ſubſcriptionis in ima parte folii ſit, parſque altera initio folii ſequentis. Eſtque ſcripta in cinnabari, rubro colore, quo Imperatoribus tantum & uxoribus uti licitum erat. Typicum vero illud Regium,

est haud dubie unum ex quatuor jussu Augustæ adornatis, quorum tria membranacea, aliud bombycinum erat. Ejus verba sunt:

Ἐπὶ ᾧ καὶ τρία τυπικὰ γεγόνασι σωματῶα περὶ ἡμῶν, ἀπὸ βλατίων ἐνδιδυμῶα, καὶ τρία βρέβια, σὺν τῷ πρότι δηλονότι τυπικῷ καὶ τῷ βρεβίῳ τῶν τῇ μονῇ ἀφιερωθέντων πάντων· διορίζομεθα τὰ μὲν δύο τούτων, ἤγουν τό τε τυπικὸν καὶ τὸ βρέβιον, τῷ θείῳ κ᾽ ἀσύλῳ καὶ ἱερῷ σκευοφυλακίῳ τοῦ τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἀποτεθῆναι, ὥσπερ καὶ ὅπου τὰ τοῦ ἀνδρῶας μονῆς τοῦ Φιλανθρώπου, ἤγουν τό τε τυπικὸν κ᾽ τὸ βρέβιον· ὡς ἀνεξάλιπτα ᾖ εἰς τὸν αἰῶνα τὸν ἅπαντα, τὰ περὶ ἡμῶν ἐν τούτῳ τεθειμένα τῆς μονῆς τοῦ Φιλανθρώπου διορισθέντα, κ᾽ τὰ ἀφορισθέντα αὐτῇ. ἕτερα δ᾽ δύο εἰς τοῦτο ταῖς κτητορικαῖς τῆς μονῆς αὐτοπλαμβανομώαις, ὡς εἴδησιν ἔχῃ ἀκριβῆ τῶν περὶ ἡμῶν ἐν τούτοις διωρισμένων. τὰ δ᾽ ἄλλα δύο, τό τε τυπικὸν καὶ τὸ βρέβιον ἀναποκεῖσθαι ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ τῆς μονῆς τῆς Κεχαριτωμένης. Τὰ μὲν τοι ἕτερα δύο τεύχη, ὧν τὸ μὲν εἰς τυπικοῦ τάξιν γέγονε, τὸ δ᾽ ἕτερον εἰς βρεβίου, βαμβύκινα καὶ ἀμφότερα ὄντα, εἰς κατημερινὴν χρῆσιν ἔσονται κ᾽ αὐτὰ τῇ μονῇ.

Quoniam tria Typica membranacea serico operta, & tria Brevicula a nobis adornata sunt, cum præsenti nempe Typico, & Breviculo omnium Monasterio consecratorum; statuimus ut duo ex illis, Typicum videlicet & Breviculum, in divino, tuto & sacro magnæ Dei Ecclesiæ Scevophylacio seu sacrario deponantur, eodem modo & loco, quo Typicum & Breviculum Monasterii virorum Philanthropi, sive Salvatoris, depositum fuit; ut indelebilia essent in omne sæculum ea, quæ a nobis in illo circa Monasterium Philanthropi statuta, quæque illi assignata sunt. Altera duo omni tempore erunt penes Monasterii Patronas, ut accuratam statutorum nostrorum notitiam habeant. Alia autem duo; Typicum nempe & Breviculum, reponantur in Sacrario Monasterii Gratiâ-plenæ. Porro alii duo Libri, quorum unus quidem in Typici, alter in Breviculi formam exaratus est, ambo bombycini, quotidiano Monasterii usui inserviant.

Quatuor igitur Typica edi jussit Irene Augusta: quorum unum membranaceum Sacrario magnæ Ecclesiæ; alterum item membranaceum, apud Patronam Monasterii; tertium membranaceum, in Sacrario Monasterii; quartum bombycinum, in eodem Monasterio depositum est ad usum quotidianum. Illud autem bombycinum Typicum, utpote materiæ fragilioris, usu detritum fuisse videtur. Hoc vero, quod supereſt membranaceum, illud ipsum est, quod in Sacrario Monasterii depositum fuerat; uti conspicuum videtur, tum ex characterum forma & vetustate, tum ex subscriptione Augustæ, tum etiam quia Moniales subsequenti ævo, redituum Catalogum eodem in Typico inseruerant: quem nos unà cum Typico edidimus in Analectis nostris anno 1688. Erat Irene Ducæna uxor Alexii Comneni Imperatoris, & hoc Typicum edidit sub finem imperii ejus, ut ex multis Typici locis conspicuum est, subscriptio ejus, quam accurate delineatam vides in Tabula, vulgari charactere sic habet, Εἰρήνη ἐν χριστῷ τῷ θεῷ πιστὴ βασίλισσα Ῥωμαίων ἡ Δούκαινα, *Irene in Christo Deo fidelis Imperatrix Romanorum Ducæna*; id est ex Augusta Ducarum familia Constantinopolitana. Habetur porro in folio hujus Codicis 129. Quæ autem in specimine feruntur sic vulgaribus typis edimus.

Τυπικὸν τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς Κεχαριτωμένης τῆς ἐν Βλαχέρναις νεουργηθείσης καὶ συσά-

Typicum venerandi Monasterii sanctissimæ Deiparæ Kecharitomenes, seu Gratia-plenæ, a fundamentis nu-

τυ πϊκὸρ τησ σειασμϊ
μομησ τησ ὑπερανϊασ
θκοῦ τησ κεχαρϊτωμ
τησ ἐκμαθρωμβουρη
θεί σησ καὶ συφαν σησ παρ
τησ ἐυσεμε φαύ τησ αὐτου
σησ κυρασ εἰρήμησ τησ
δουκαίμησ· καὶ τὰ τὴω
αὐ τησ προς ταξϊν καὶ
πώμην ὑφηση θεὶρ τὲς
θκ τε θόν:~

Π ολλῶν μεν ἡμῖν αὐτωθῶν καὶ με
γάλων ὧν θῦ λόγου ζῶν τοσ μεγ,
ὠδϊνων αὐνευ· καὶ με τὰ τόκον,
παρεθνϊας παλϊν κειμήλϊον
παναγέφαν τον· ὅσσ ὅσσ καὶ θσ

† ΕΙΡΗΜΗΕΝ ΧΩ
Ῡ ΘΩ ΠΙ ΓΗΝΒΟΥ
ΜΝΟΥΟΥΡΩ
ΜΑΡΙΩΝΗΝΔΟ
ΚΟΜΝΑΥ

Π ὧν λπὸ τῆσ μέσας γβ μανοῦ παρῆν ἡ λγ δμ ὑποδιάκον, πρὸς ζητῆσαι μὴ αἴρεσθ
ψῆφον ἀρχὴν ὀξυνόμενος, ἀλλὰ θαὶ τὴν ἀκλισιασϊκὴν ἡμέρότητ, πλημμελῆτων
οἵ τ τοῦ πράγματ· διαπρῶτ ὄφελον τσ; ~ἐμ Οὗτοι οἱ διάκονοι τοῦ ὠδηκόν
μανουήλτίου καταπορεύοντον, ὁ πρὸς αὐτελθεῖν τσ φὸν τὼν ζωόδοχ τοῦτην ἀπάντησιν
ὁ περιθήμαν αὐτῆς ἐσπέριον κ τοῦ ὠδηχόπου αὐτῆς, ἐφ διαπορεύ τρίτ φιλαφήσ
τσ ὁ μὴ ἀρεσθέντσ· ὡς σκοφαντὰ κ κρϊνῆσις ἐμέ | ἀλλὰ ἀξ τ φκλισϊα.
σϊκ ἢ μελότητ, ὀρϊαδῆναι σαλῆνη τὴν ἀὸν ἀπὸ τῆσ ζωοδόχου κρϊτ, ὁ ἱστὰ χῶρ σκο
πῆσ τ αὐτῆς αἵματ πλουσία ὁ αὐτοφθκαλητός, ὁ ἁρμοδὸ τῶι προφήτ ηὐχ
τὴν διάγνωσϊν

σης παρὰ τ θεοσεβεστάτης Αὐγούστης κυρᾶς Εἰρήνης τ Δουκαίνης, καὶ πρὸς αὐτῆς προσταξιν καὶ γνώμην ὑφηγηθέν τε καὶ ἐκτεθέν.

per exstructi & conditi a piissima Augusta Domna Irene Ducæna, secundum ejus jussionem & sententiam enarratum & editum.

Πολλῶν μὲν ἡμῖν ἀγαθῶν καὶ μεγάλων, ὦ θεοῦ λόγου ζώντος μῆτερ, ὠδίνων ἄθικτε, καὶ μετὰ τόκον παρθενίας πάλιν κεμήλιον πεμαγέσατον· ὁ σὸς υἱὸς καὶ θεός.

Multorum quidem magnorumque bonorum, (o Dei Verbi viventis Mater sine partûs dolore, & post partum virginitatis rursum thesaurus purissimus,) Filius tuus & Deus, &c.

Alterum specimen excerptum fuit ex Codice RR. PP. S. Basilii Romæ, qui continet Nomocanonem Doxapatris insignis viri; id est, Canonum Compendium jussu Joannis Comneni Imperatoris, Alexii & Irenes supra memoratorum filii, ab eo editus. Imperavit autem Joannes Comnenus ab anno 1119. ad 1143. Codex eodem circiter tempore scriptus fuit, ut patet tum ex charactere, tum ex nota ad calcem, in qua legitur anno 1234. Librum, in Siciliam videlicet antea translatum, cujusdam Senatotis Siculi fuisse: nota autem isthæc est recentioris manus. Totius Libri conspectum & notam ipsam Senatoris adtulimus in Diario Italico p. 217. & supra Libro primo c. 7. In exemplo quod damus characteres deficiunt a pristina elegantia: nam duodecimo, maximeque sequentibus sæculis, mira invecta fuit literarum varietas. Excerptum hic vulgari scribendi forma proferimus: vel ipsa rei singularitate placiturum. Nam opus, quod quidem sciam, nusquam editum est. Titulus Nomocanonis hic est:

Νομοκάνονον (sic) σὺν Θεῷ προλεγόμενον συνοπτικῶς ὅλους τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων, καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ ἑτέρων Θεοφόρων πατέρων, ἐρμηνευθὲν προστάξει τοῦ θεοσεβεστάτου βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, παρὰ τοῦ λογιωτάτου Δοξαπάτρου τ τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ νομοφύλακος τ τῶν Ρωμαίων βασιλείας, πατριαρχικοῦ νοταρίου καὶ πρωτοπροέδρου πρωτοσυγκέλλων Δοξαπάτρου.

Nomocanon, Deo favente scriptus, synopsis more complectens canones omnes sanctarum & œcumenicarum septem Synodorum, & sanctorum Apostolorum, atque magni Basilii, & aliorum Deiferorum Patrum: Commentariis illustratus jussu piissimi Imperatoris Domni Joannis Comneni; opera eruditissimi Diaconi magnæ Dei Ecclesiæ, & Nomophylacis (sive legum vindicis) Imperii Romani, Patriarchalis Notarii & Protoproedri Protosyncellorum Doxapatris.

De Patriarchalibus Notariis paucis egimus, L. 1. c. 5. de cæteris hic memoratis officiis vide Codinum, & Cangium in Glossario mediæ & infimæ Græcitatis.

Excerptum vero, quod damus, πρόεργον quoddam est, eadem, qua Codex totus, manu exaratum, qua forma vides in specimine, & sic habet:

Τῶν ἀπὸ τ νέας Γερμανῶν πρόσταγμα λεγομένων ὑποδιακόνων, τοὺς ζητηθέντων καὶ μὴ εὑρεθέντων, ψῆφον ἐχέτω ἀνενδοίαστον. Ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἡμερότητα πεμφθήτωσαν οἱ τοῦ πράγματος διαγνῶναι ὀφείλοντες. ἑρμηνεία. Οὗτοι οἱ διάκονοι τοῦ ἐπισκόπου Μαυρεντίου κατηγορήσαντες, καὶ πα-

Cum Subdiaconi novæ Germani Ecclesiæ, qui se sistere jussi fuerant, ter perquisiti nec reperti fuerint; sententiam contra illos dicere par erat. Verum Ecclesiasticæ lenitatis gratiâ, mittantur qui negotium exploraturi sunt. *Interpretatio.* Hi Diaconi, qui Episcopum Maurentium accusarunt, & jussi sunt in hanc Syno-

ραπελθόντες εἰς τὴν συνοδον ταύτην ἀπήντησαν, καὶ προθεσιν ἀφ' ἑαυτῶν ἐποιήσαντο κατὰ τῶν ἐπισκόπων αἰτήματα· εἶτα δεύτερον καὶ τρίτον ψηλαφηθέντες καὶ μὴ εὑρεθέντες, ὡς συκοφάνται κατακριθῆναι ἔμελλον. ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἡμερότητα, ἐξαπέστειλάν τινας ἀπὸ τῆς συνόδου κριτάς, καὶ κατὰ χώραν σκεψαμένους τὰ αἰτήματα παρουσίᾳ καὶ αὐτῶν τῶν κατηγόρων, καὶ ἁρμοδίαν τῷ πράγματι παράσχειν τὴν διήγησιν.

dum se sistere, criminaque proponere, quæ Episcopo inferebant: deinde secundò tertióque perquisiti nec reperti sunt, ut sycophantæ damnandi erant. Verum Ecclesiasticæ lenitatis gratiâ, decretum est mitti quosdam ex Synodo judices, qui in ipsis locis crimina explorent, præsentibus ipsis accusatoribus, ut negotio congruentem notitiam præbeant.

In altera Tabula præit exemplum ex Codice Regio 2930. qui descriptus fuit anno mundi 6632. scilicet Christi 1124. continet autem S. Joannis Damasceni Dialecticam ad Cosmam Maiumæ Episcopum: ejusdem de fide Orthodoxa; ejusdem Epistolam ad Jordanem Archimandritam, de hymno Trisagio: Ejusdem Prolegomena in Isagogem Porphyrii: Gregorii Nazianzeni Orationem funebrem in Basilium: Joannis Damasceni de Hæresibus. Sed hoc postremum opus altera manu, at ejusdem circiter ævi, descriptum est. In fine Prolegomenorum in Isagogen Porphyrii & ante Orationem funebrem Gregorii Nazianzeni in Basilium. Fol. 128. habetur Calligraphi nota sequens.

Τῷ συντελεστῇ καὶ Θεῷ χάρις πρέπει.
Εὐτελὴς μὲν φαίνομαι ὅσον εἰς ἐμέ·
Πλοῦτον δ' δίδω τοῖς ἐμοῖς δαιτυμόσι.

Ἐγράφη ἡ πρώτη θεία βίβλος διὰ συνεργείας Μιχαὴλ ἱερέως τοῦ (sic) τῆς φίλης, διὰ χειρὸς Βασιλείου νοταρίου τοῦ Σκαλίδρα, ἐν ἔτει ,ϛχλβ'. ἰνδ. Δ'. ὅτε ὁ βασιλεύς Ἰωάννης ὁ Κομνηνὸς καὶ πορφυρογέννητος.

Hoc est,

Perfectori & Deo gratia convenit.
Vilis quidem aspectu videor & despicabilis;
Sed convivis meis divitias impertior.

Scriptus est hic divinus Liber concursu quidem & ope Michaëlis Sacerdotis Philæ, manu autem Basilii Scalidri Notarii, anno 6632. (scilicet Christi 1124.) Ind. 4. imperante Joanne Comneno Porphyrogenito.

Specimen autem, ex Joannis Damasceni Dialectica ad Cosmam excerptum, vulgaribus typis ita legitur:

Περὶ οὐσίας καὶ φύσεως καὶ μορφῆς, ἀτόμου τε καὶ προσώπου καὶ ὑποστάσεως. λόγος ιγ'. βιβλίον πάτερ.

Οἱ μὲν ἔξω φιλόσοφοι κατὰ προλεγόμενον λόγον, διαφορὰν εἶπον οὐσίας καὶ φύσεως. οὐσίαν μὲν εἰπόντες ὃ ἁπλῶς ἐστί· φύσιν δ' οὐσίαν εἰδοποιηθεῖσαν ὑπὸ τῶν οὐσιωδῶν διαφορῶν· καὶ μὴ ὃ ἁπλῶς ἐστὶ καὶ ὃ ποιάς τις ἔχουσαν· εἴτε λογικὴν, εἴτε ἄλογον· εἴτε θνητὴν εἴτε ἀθάνατον· ἤγουν αὐτὴν ὡς φασὶν τὸ ἀμεταβλητὸν, καὶ ἀμετάθετον δέχεσθαι καὶ

De essentia, natura, & forma: deque individuo, persona & hypostasi. Liber XIII. Benedic Pater.

Externi quidem Philosophi, ut superiori Libro dictum est, differentiam esse dixerunt inter essentiam & naturam: essentiam dicentes, simpliciter esse; naturam vero, essentiam specificatam essentialibus differentiis: quæ præter illud quod simpliciter sit; illud etiam, quod taliter sit, habeat; sive rationalis illa sit, sive irrationalis; sive mortalis, sive im-

αἰτίαν (mſ. αἰτείαν) καὶ δύναμιν, τὴν τῷ δημιουργῷ ἐντεθεῖσαν πρὸς κίνησιν· ταῖς μὲν ἀΰλοις πρὸς ὃ νοῆσαι, καὶ ἐκτὸς τοῦ προφορικοῦ λόγου μεταδιδόναι ἀλλήλοις τὰ νοήματα· τοῖς δ' ἀνθρώποις. . . .

mortalis, vel illud, ut diximus, immutabile & immobile principium, cauſa & vis, quæ a Creatore ad motum indita eſt; Angelis quidem ad intelligendum, ac ſine prolatitio ſermone, ſenſa ſua mutuo communicandum; hominibus vero. . . .

Hæc autem, εὐλόγησον πάτερ, *Benedic Pater*, quæ titulo adjiciuntur, in Libris Homiliarum & Sermonum poſt titulum vulgo ponuntur, vice noſtri, *Jube Domne benedicere*; quibus verbis a Chori præſide petitur benedictio. Cur autem ante Librum ſive Sermonem, ubi de Philoſophia agitur, præmittatur, ignoro. Hîc autem in principio Codicis initio ſingulorum Librorum, & Capitum; vel πάτερ εὐλόγησον, vel κύριε εὐλόγησον legitur: verum in medio & fine Codicis nuſquam habetur. Exiſtimo autem Calligraphum ex conſuetudine illud, εὐλόγησον πάτερ appoſuiſſe: quia mos erat Sanctorum operibus & Homiliis hæc præfigere. Quare S. Joannis Damaſceni nomine ductus, hæc ſcripſit, non advertens talem benedictionem operibus Philoſophicis non præmitti ſolere.

Alterum ſpecimen prodit ex Codice Regio, num. 2498. Eſtque Menæum menſis Novembris, ſcriptum eleganti Theoctiſti cujuſdam manu anno Chriſti 1127. ut in nota mox adferenda legitur. Tituli partim minio partim cæruleo colore ſcribuntur. Inter varias Officii Eccleſiaſtici partes, quædam notas habent ad cantum & modulationem ſecundum Græcorum ritum: earum autem exemplum quoddam Libro ſequenti proferetur. Nota Calligraphi ſub finem fol. 213. ſic habet: ἐτελειώθη ὁ παρὼν Νοέμβριος μιᾶ, μιᾷ Ἰουνίῳ θ'. ὥρᾳ ιέ. τῆς ἡμέρας, ἐπὶ βασιλείας Ἰωάννου τοῦ πορφυρογεννήτου Κομνηνοῦ, ἐν ἔτει τῷ ϛχλέ. ἰνδ. ε. Id eſt, *Abſolutus eſt hic menſis Novembris, menſis Junii die nona, hora diei decima quinta, imperante Joanne Comneno Porphyrogenito. Anno 6635. (i. Chriſti 1127.) Indictione quinta.* Sub hæc habentur Iambi ſequentes.

Οἶδα μὲν οἶδα σφαλμάτων πολλῶν γέμων,
Ὁ χερσὶν αὐτὸς πυξίον ἐγγεγράφειν.
Ἀλλ' ἐστέ μοι μέτριοι, καὶ γὰρ οὐκ ἔχω
Τὴν τηγικλῆν σύμμαχον ὀρθογραφίαν·
Πατρὶ δὲ πειθὴς Μαξίμῳ θείῳ θύτῃ,
Τῷ πρὸς χλόην ἄγοντι τὴν ζωηφόρον·
Θρέμματα χριστοῦ, πλὴν αἰνιγμάτων λέγω.
Τὴν χέρα τείνω κἀν κινεῖσθαι μὴ δύνῃ.
Νέμοιτέ μοι δὲ τῷ γραφεῖ Θεοκτίστῳ,
Λύσιν ἀπείρων ψυχικῶν ἐγκλημάτων,
Καὶ βασιλείας ἁρπάσαι κληρουχίαν.

Hoc eſt,

Scio quidem & novi multis ſcatere mendis,
Quem manibus ſcripſi Librum.
Verum eſtote mihi propitii: non enim calleo
Artem ortographiæ.
Sed patri Maximo divino Sacerdoti obtemperans,
Qui ad paſcua vivifica ducit
Gregem Chriſti, hominum turbam dico;
Manum extendo, licet moveri vix poſſit:

Ut procuretis mihi Theoctisto scribæ
Infinitarum animæ culparum veniam,
Et regni cælorum hæreditatem.

Hæc Theoctistus scriba, qui se artem orthographiæ non callere profitetur, & tamen quod scripsit Menæum, accurate satis descriptum est, & pauciſſimas præfert mendas, ut merito Calligraphus dici possit, qui se imperitum scribam declarat.

Folii ultimi pag. 2. post absoluta omnia, hæc quatuor carmina leguntur:

Ἡ βίβλος αὕτη τ̃ μονῆς τ̃ προδρόμου
Τ̃ης κελεύσης ἐγγίσα τ̃ Αἐτίου.
Ἀρχαίκη ὀ τ̃ῃ μονῃ κλῆσις, Πέτρα.

Id est,

Hic Liber est Monasterii Præcursoris,
Quod situm est proxime Aëtii cisternam:
Vetus autem Monasterii nomen est Petra.

Hoc Monasterium situm erat Constantinopoli proxime cisternam Aëtii; de qua & de Monasterio pariter videndus Codinus de Ædificiis Constantinopolitanis, & Cangius in descriptione Constantinopolis. Hæc vero postrema tria carmina in alio item membranaceo exemplari Bibliothecæ Cæsareæ habentur referente Petro Lambecio, lib. IV. p. 81. & fortasse singulis ejusdem Monasterii Libris adscripta erant. Quartum carmen est.

Θεῷ ὁ δῶρον, καὶ πόνος Θεοκτίστου
Deo donum, & labor Theoctisti.

Post captam Constantinopolin hic Liber alio translatus, in manus postea Magistratus sive Principis devenit: qui ipsum Monasterio Panteleemonis obtulit, ut fertur binis in notis, quarum altera fol. 212. verso sic habet. Ἔδωκε ὁ εὐγενέστατος ἄρχων κυρὸς Σαμψὼς ὁ προ̃ βιβλίον εἰς τ̀ ἅγιον Παντελεήμονα εἰς μνημόσυνόν τε καὶ τ̃ν γονέων τε, ἔτους ζλζ. μηνὶ Ἰουλίῳ ια'. i. *Dedit nobilissimus Princeps Domnus Sampsos hunc Librum Sancto Panteleemoni in memoriam sui & parentum suorum. Anno* 7037. (*i. Christi* 1529.) *mensis Julii undecimâ.* Alibi vero fol. ult. dicitur, Monasterium S. Panteleemonis.

Specimen autem desumtum est ex Officio SS. Martyrum Nicandri & Hermæi, & S. Patris Joannicii, qui in Olympo vixit, & sic habet:

Ὠδὴ δ'. ὁ καθήμενος ἐν δόξῃ.

Ἅρμα ὤφθητε τ̃ λόγῳ ἱππῶν τ̃τον φέροντες. ὅθεν προσδιώκοντες ἵππους, ἀπηνῶς τε συρόμενοι, οὐκ ὀκνηρήσατε τ̃τον, οὐχ ἡττήθητε, πρὸς ὕραιον νύσσαν σαφῶς ἐπισπόμενοι.

Ταῖς φρυκαῖς προσομιλοῦντες, καὶ δεσμὰ προσκείμενοι, τ̃ν δεσμ̃ν τ̃ πλάνης πόλις καὶ λαοὺς διεσώσατε. καὶ τ̃ν δεσμῷ τ̃ ἀγάπης συνεδήσατε τ̃ δι' ἡμᾶς σαρκὶ δι' ἡμᾶς παμμακαρίστοι.

Canticum IV. Qui sedet in gloria.

Currus Verbi visi estis, spiritualiter ipsum gestantes. Quamobrem equis colligati, & crudeliter pertracti, non negastis ipsum, non superati estis, ad cælestem metam conspicue festinantes.

Cum Custodiis versantes, & vinculis constricti, a vinculis erroris urbes & populos servastis, & vinculo colligastis amoris ejus, qui propter nos carne colligatus est, o beati.

Tertium specimen erutum est ex Codice Regio 2862. membranaceo, qui descriptus fuit anno Christi 1168. & complectitur quatuor Evangelia: quibus hæc præmittuntur: Prologus in Evangelia, qui sic init ὁ τ̃ν ἀποστόλων τειχίτης: Epistola Eusebii Carpiano: Ejusdem Eusebii Canones sive Concordan-

tia Evangeliorum. In fine vero Evangeliorum hæc nota habetur, quam prætermittendam non duximus.

Ex τῦ κτ̃ Ματθαῖον βιβλίῦ. ἐγράφη Ἑβραΐσι ἐν Παλαισίνῃ μτ̃ ἔτη η'. τῆς ἀναλήψεως τῦ κυρίῦ. ἔχ̃ δ' ῥήματα βφκϚ'. ἔχ̃ δ' στίχους βφξ'.

Ex Evangelio ſecundum Matthæum. Scriptum eſt Hebraïce in Palæſtina poſt octo annos ab Aſſumtione Domini. Habet autem verba 2528. verſus 2560.

Ex τῦ κτ̃ Μάρκον. ἐγράφη Ρωμαΐσι ἐν Ῥώμῃ, μτ̃ ἔτη ιβ'. τ̃ ἀναλήψεως τῦ κυρίῦ. ἔχ̃ δ' ῥήματα ,αχοε'. στίχους ,αχιτ'.

Ex Evangelio ſecundum Marcum. Scriptum eſt Latine Romæ annis duodecim poſt Aſſumtionem Domini. Habet autem verba 1675. verſus 1616.

Ex τῦ κτ̃ Λουκᾶ βιβλίῦ. ἐγράφη ἑλλάδι μτ̃ ἔτη ιέ. τῆς ἀναλήψεως τῦ κυρίῦ εἰς Ἀλεξάνδρειαν τ̃ μεγάλην. ἔχ̃ δὲ ῥήματα ,Γωϟ'. ἔχ̃ δὲ στίχους βψν'.

Ex Evangelio ſecundum Lucam. Scriptum eſt Græce, poſt annos quindecim ab Aſſumtione Domini, in magna Alexandria. Habet verba 3803. verſus 2750.

Ex τῦ καθ' Ἰωάννην βιβλίῦ. ἐγράφη ἑλλάδι εἰς Ἔφεσον μτ̃ ἔτη λ'. τ̃ ἀναλήψεως τῦ κυρίῦ. ἔχ̃ δὲ ῥήματα ,αϡλη'. ἔχ̃ δὲ στίχους βκδ'. ὑπὸ Δομετιανοῦ βασιλέως.

Ex Evangelio ſecundum Joannem. Scriptum eſt Græce Epheſi annis triginta poſt Aſſumtionem Domini. Habet verba 1938. verſus 2028. ſub Domitiano Imperatore.

Ῥήματα, quæ numerantur, puto eſſe verba ore Jeſu Chriſti prolata. στίχους autem verſiculos eſſe, in quibus a linea ſemper ſcriptio reſumebatur, jam ſæpe diximus, & Scripturæ ſacræ στιχηρῶς ductæ exempla non pauca adtulimus ex Pſalmis, Canticis & Epiſtolis Pauli. Verſiculi porro illi hodiernis longe minores erant, ut videre quiſque poſſit, hoſce conferendo cum iis, qui in Vulgata noſtra notantur.

Poſtea ſequitur Ordo Evangeliorum ut per annum in Eccleſia legebantur: & primo quidem, tempore Paſchali, & Dominicis poſt Pentecoſten; deinde vero in Feſtis ſingulorum menſium: incipiendo a menſe Septembri, quia dies prima menſis ejuſdem eſt caput Indictionis, ut pluribus dicitur Libro ſequenti. In fine autem enumerantur *Apparitiones* Chriſti poſt Reſurrectionem, hoc pacto:

Αἱ ὀπτασίαι τῦ κυρίῦ μτ̃ τὴν ἀνάστασιν. — *Apparitiones Domini poſt Reſurrectionem.*

α'. Ταῖς πρὸ Μαρίαι ἐν τῷ μνήματι. — I. Mariæ in monumento.

β'. Τῷ Κηφᾷ, ὡς λέγ̃ Παῦλος, ἔπειτα ὤφθη τῷ Κηφᾷ. — II. Cephæ, ut ait Paulus: *Deinde viſus eſt Cephæ.*

γ'. Κεκλεισμένων τ̃ θυρῶν. — III. Januis clauſis.

δ'. Τοῖς πρὸ τ̃ Κλεοπᾶ, (ſic.) — IV. Cleopæ & ſocio.

ε'. Παρόντος Θωμᾶ κ̀ τ̃ λοιπῶν. — V. Thoma & reliquis præſentibus.

ϛ'. Ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ὑπὲρ τ̃ θαλάσσης τ̃ Τιβεριάδος. — VI. In Galilæa ad mare Tiberiadis.

ζ. Ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ. — VII. Pluſquam quingentis fratribus ſemel.

η'. Ἐφάνη Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ. — VIII. Viſus eſt Jacobo juſto.

θ'. Εἰς ὄρος ὃ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. — IX. In monte, quò præcepit illis Jeſus.

ι'. Εἰς ὄρος τῶν ἐλαιῶν ἀνερχόμενος. — X. In monte Olivarum, cum aſcendit.

Agmen claudit Salomonis Notarii ſubſcriptio, pleriſque in locis eraſa,

admodumque ſingularis, quam non ſine labore legimus:

Τέλος ἔλαβε ὁ πρὸν ἅγιον τετραβυαγγέλιον ὑπὸ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ πολυτλήμονος καὶ οὐτελοῦς Νοταείου Σολομῶντος ἀπὸ Νοταρίων. καὶ δέομαι τοῦ κύριον πάντες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες οἱ ἐντυγχάντες ἢ αὐτῷ καὶ ἀναγινώσκοντες, οἱ καὶ μεταγράφοντες, μὴ διὰ χωρικίας ἐμοῦ καὶ σαλείας τοῦ καταράσθαι αἰαπέμψασθε. ἠκούσατε γὰρ καὶ πολλάκις ἐρρέθη, ὅτι καὶ ὁ γράφων ταῦτα γράφε· ἡ μὲν χεὶρ ἡ γράψασα σήπεται τάφῳ, γραφὴ δὲ φαίνει εἰς χρόνους πλείστους εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν. ἐτελειώθη δὲ ἀπὸ ἔτους τοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵ϛχοϛ'. ἰνδ. α'. κύκλῳ ιβ'. ϛ ζ εἰς τὰς ιδ'. τοῦ Δεκεμβρίου μηνός· ἡμέρᾳ ε'. ῃ. ζ καὶ ὥρᾳ τοῦ ἡμέρας πολιόντος ζ διέπων. βασιλεύοντος δὲ Κωνσταντινουπόλεως Μανουὴλ τοῦ πορφυρογεννήτου καὶ ἐνδοξοτάτου βασιλέως· καὶ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, Ἀμάρρη τοῦ κραταιοῦ ῥίζ. ἐν δὲ τῇ νήσῳ Σικελίας Γουλιέλμου τοῦ δευτέρου ῥηγός· ἐφ' ἡμᾶς Ἰησοῦς χριστός. (sic) ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Finem habuit hic ſanctus quatuor Evangeliorum Liber, manu mea miſerrimi & vilis Notarii Solomonis ex numero Notariorum. Rogoque per Dominum omnes fratres patreſque, quotquot in hunc inciderint, hunc legerint vel tranſcripſerint, ne mihi ob ruſticitatem ac ſtoliditatem meam, maledictionem immittant. Audiſtis enim ac ſæpius dictum eſt, Scribam hoc dictum adſcribere: *Manus quidem, quæ ſcripſit, in ſepulcro putreſcit: ſcriptura autem conſpicitur in multos annos, in omnia ſæcula ſæculorum, amen.* Completus autem eſt anno a creatione mundi 6676. (i. Chriſti 1168.) Indictione prima: Cyclo Solis 12. Lunæ 7. decima-quarta menſis Decembris: feria quinta, hora diei ſeptima. Imperante Conſtantinopoli Manuele Porphyrogenito & glorioſiſſimo Imperatore: Jeroſolymis Rege potentiſſimo Amarri: in Inſula vero Siciliæ Gullielmo ſecundo Rege: nobis autem J. C. cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum: amen.

Hanc notam pene deletam, jam edidimus Lib. 1. p. 61. ſed ſecundis curis ipſam in multis reſtituimus, ut ſupra. Ad voces Νοταείου & Νοταείων, in manuſcripto legitur Νο̃: unde confirmatur quod ſupra diximus de Codice Regio, qui anno Chriſti 914. exaratus fuit; nempe parem notam poſt vocem Βαιάς, legendam eſſe Νοταείᾳ, non autem νότᾳ, ut quidam voluere. Notæ Solis & Lunæ ut exprimuntur in ſubſcriptione, frequenter occurrunt in Codicibus a multis retro ſæculis. Hæc autem, quæ ſequuntur, η ζχῃ. quid ſibi velint ignoramus. Poſtea legendum, ὥρᾳ τοῦ ἡμέρας πολιόντος ἑβδόμῳ ἡλίῳ: id eſt, *Horam diei ſeptimam circum agente ſole.* Sequens vox διέπων, quid ſibi velit ne conjectare quidem valeo. Eſt fortaſſe mendum Salomonis Notarii, qui ſane ut ipſe profitetur, etſi non ineleganter ſcriberet, Grammaticæ imperitus erat.

Quæ in ſpecimine feruntur ſic vulgaribus formis edimus.

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τοῦ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτήν. ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαυὶδ,

Chriſti autem generatio ſic erat. Cum eſſet enim deſponſata mater ejus Maria Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto. Joſeph autem vir ejus, cum eſſet juſtus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Joſeph fili David, noli timere acci-

I

τῆς οὐσίας καὶ φύσεως καὶ μορφῆς· ἀτόμου τε καὶ προσώ-
που, καὶ ὑποστάσεως. κϛ´ ιϝ· ἐν τῷ πρ̄:—

Ὅμως ὅ γε φιλόσοφοι κατὰ τὴν προλεχθεῖσαν διαφορὰν τῆς οὐσίας καὶ φύσεως· οὐ μὴν ἀπὸ τοῦ ἀπλῶς εἶναι· φύσιν γὰρ οὐ τὸ εἶδος ποιοῦσθαι ὑπὸ τῶν οὕτω διαφορᾶς καὶ μιᾶς τοῦ ἀπλῶς εἶναι, καὶ τὸ τοιοῦσδε εἶναι ἔχουσαν· ἀτελοῦς καὶ ἐπ' ἄλλοις· ἀτελοῦς καὶ ἐπ' ἄλλοις· ἤγουν αὐτὴν οὐσίαν καὶ μὴ τὴν ἀμέσως ταύτης ὑποβαθρον οὖσαν καὶ αὐτάρκη καὶ δυνάμενον τὴν πρὸς τοῦ δημιουργοῦ φερομένην θεῖαν πρόκλησιν· τοῖς μὲν ἀγγέλοις, πρὸς τὸ νοεῖν· καὶ ἕκτος προφορικοῦ λόγου μιᾷ συνδυάσας ἀλλήλοις τὰ νοήματα τοῖς ἀγγέλοις

II

οὐ δὴ, ϗ. ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ

Ἄρμα αὐφθην τοῦ λόγου· μονὰς τοῦ νοῦ φθέγμα τος· ὄθεν προσδεθθέν τος· ἵπποις ἀπημαὼς τε συρόμενοι· οὐκόσον ἡρμήσαθθ τοῦ νοῦ· ἀχὴ πήθην τος· πρὸς ὠκιον μόσαν σαφῶς ὅπῃ νόμενοι:—

Ταῖς φρουραῖς προσομιλοῦν τος· καὶ δθσμὰ περιλιᾷ μενοι· τῶν δθσμῶν τῆς πλά-
μης· πόλεις καὶ λαοὺς διωώσατε· καὶ τῷ δθσμῷ τῆς σφά-
της σωθθήσατθ· τοῦ δεθθέντος σαρκὶ δι' ἡμᾶς παμμακαρίστοι:—

III

οὐ δεῖ σχῆ γεμνησι σύτως ἡμῖν· μὴ
πιστευθείσης γὰρ τῆς μετ' αὐτοῦ μαρίας
τῷ ἰωσὴφ· πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς
εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνς ἁγίου·
ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς δίκαιος ὢν· καὶ
μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι·
ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτήν·
ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος· ἰδοὺ
ἄγγελος κυ κατ' ὄναρ· ἐφάνη αὐτῷ λέγων·
ἰωσὴφ υἱὸς δαδ· μὴ φοβηθῆς παρα-
λαβεῖν μαρίαμ τὴν γυναῖκά σου·

μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴ pere Mariam conjugem tuam.
γυναῖκά σου.

His ſubjungimus Crucis argenteæ noſtræ ſchema, quam Monaſterio huic obtulit Sereniſſima Principiſſa Palatina, inſcriptam Iambis duobus, queis declaratur, ipſam Manuelis Comneni Imperatoris juſſu adornatam fuiſſe. Inſertam autem habet veræ Crucis particulam. Inſcriptio ſic habet:

ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ

Σταυρῷ παγεὶς ὑψώσας ἀνθρώπων φύσιν.
Γράφῃ Κομνηνὸς Μανουὴλ στεφηφόρος.

Id eſt:

JESUS CHRISTUS

Qui Cruci affixus exaltavit hominum naturam.
Hæc ſcribit Manuel Comnenus coronatus.



Characteris forma, ut vides, non ita elegans eſt: ut neque in alia ſimili Cruce, in Cimeliarchio S. Marci Venetiis aſſervata, & ex vero, ut ibidem dicitur, S. Crucis ligno confecta, juſſu Irenes Ducænæ Manuelis Comneni Imperatoris aviæ, & uxoris Alexii Comneni Imperatoris. Hujus inſcriptionem Venetiis exſumſimus, & in Diario Italico p. 53. edidimus: quia vero duo ibi menda ineſſe ſuſpicor, quæ exſcribenti & properanti irrepſerint, hic denuo adſcribendam cenſui.

In ſuprema Crucis parte.

1. Καὶ τῶδε γεὼν σοι τοξοσφέρω πόμυσάτως,
Ηδη τοξοιδίσασ' αὐτὰς ἄδυ πύλαις,
Τὸ ϑεῖον αἴαϑῆμα, τὸ ζωῆς ξύλον,
Ἐν ᾧ τὸ πνεῦμα τῷ * τεκόντι πρέϑου,
Καὶ τῶν πόνων ἔλυξας ὡς ἐκαρτέρεις.

In brachio dextro.

2. Οἷς τοὶς πόνοις ἔλυσας ὡς κατεκρίϑην,
Καὶ καρτερεῖν ἔπεισας ἡμᾶς ἐν πόνοις·
Ταύτην δίδωμί σοι τελευταίαν δόσιν,
Θνήσκουσα κἀ λήγουσα κἀγὼ τῶν πόνων.

In brachio ſiniſtro.

3. Ἡ βασιλὶς Δούκαινα λάτρις Εἰρήνη
Χρυσόνδυλις πρὶν, ἀλλὰ νεῶ ῥακένδυτις·
Ἐν πυκίνοις νεῶ, ἢ τὸ πρὶν ἐν βυσσίνοις,
Τὰ ῥάκκια φέρουσα πορφύρας πλέον.

In ima parte.

4. Πορφυρίδος κρίνουσα τλεὼ ἐπωμίδα
Μελεμβαφῆ ἔχουσα, ὡς δέδοκτό σοι.
Σὺ δ' αἰτιδοίης λῆξιν ἐν μακαρίοις,
Καὶ χαρμονεὼ ἄληκτον ἐν σεσωσμένοις.

In Diario Italico legitur in quarto verſu τῷ τ' ἔχοντι; ſed legendum prorſus videtur τῷ τεκόντι; id eſt, *genitori*, ſive, *Patri*. Vocem Μελεμβαφῆ, quam ut dubiam aſteriſco notavimus in Diario, in μϑεμβαφῆ mutandam cenſemus, & ſic ſententia quadrat. Totum ſic interpretamur.

1. *Hoc etiam tibi poſtremum donum offero,*
Quæ jam ad portas inferi quam proxime acceſſi;
Hoc, inquam, divinum donum, lignum ſcilicet vitæ:
In quo ſpiritum tuum Patri commendaſti,
Et laborum, quos conſtanter tuleras, finem feciſti.

2. *Quia labores abſtuliſti, quibus damnata fueram,*
Ac nobis pœnas conſtanter tolerare ſuaſiſti;
Hoc tibi ultimum donum tribuo,
Mox moritura & laborum nactura finem.

3. *Imperatrix Irene Ducæna Dei famula,*
Quæ olim aureis ornabar, jam vero laceris veſtimentis induor;
Olim byſſo, jam operta cilicio;
Et tamen hoſce pannos pluris, quam purpuram, facio.

4. *Poſtquam purpureum amictum proſcripſi ac depoſui*
Nigris induta veſtibus, ut tibi complacuit,
Tu mihi ſortem cum beatis retribuas,
Et gaudium cum Sanctis æternum.

Ῥακένδυτης, id est pannis laceris induta : verum ut Ῥακενδύτης stylo mediæ & infimæ Græcitatis pro Monacho accipitur ; sic Ῥακένδυτης hoc loco pro Moniali intelligas. Et vere Irene Ducæna post defunctum conjugem, asperius acta a filio Joanne Comneno, quem Imperio deturbare conabatur, Sanctimonialium habitum induit, & fortasse quidem in Monasterio Kecharitomenes supra memorato, quod ipsa fundaverat : pietatis officiis ita præclara, ut a Græcis pro sancta & cælitibus adscripta habeatur, ac certa die celebretur.

Præter illam Crucem, altera ibidem habetur ex ligno Crucis, ut putatur, confecta, quæ Mariæ Augustæ, Nicephori Botaniatæ, ut opinamur, conjugis, nomen præfert. Hujus quidem Inscriptionem adtulimus ibidem ; sed Iambum, qui primus ibidem fertur, tertium esse puto, ac sic legendum,

Σὸς κόσμος ὅπλ σωτὴρ πίστις τ' ἠδ πόθος
Οὕτως σε κοσμεῖ τ' βασιλὶς Μαρία :
Ὧν οἱ σταλαγμοὶ τοῦ θεοῦ τῶν αἱμάτων
Δόξαν θεϊκὴν * ἐστόλισαν τ' κρείττος,
Πῶς δοξάζουσι μαργαείτας τ' λίθοι ;

Hoc est,

Ornatus tibi proprius, ô Crux, sunt fides & amor.
Ita te ornat Imperatrix Maria :
Quam stillæ divini sanguinis
Gloria & potentia divina exornarunt,
Quo decore adficiant gemmæ & margaritæ?

CAPUT VII.

De triplici Charactere Græco Ægyptiaco ; communi videlicet, Coptico, & alio peregrinitatis notam præferente.

HIc de Charactere Græco Ægyptiaco agendum putamus, quia Codices Coptici vetustiores, quos vidimus, & alter Codex Græcus, cujus hoc Capite specimen dabimus, annos quingentos superare non videntur. Atque ideo post duodecimum sæculum hæc recensere visum est.

Character Græcus Ægyptiacus, triplex dici potest ; nimirum Græcus ille communis, quo alii omnes Græci proprii variis ætatibus scripserunt ; Copticus, quo a multis jam sæculis, Ægyptii ; ii vero maxime qui superiorem Ægyptum incolunt, proprio quidem sermone Ægyptiaco ; sed Græco charactere scribere solent ; demum Græcus character, quo Ægyptii proprii, a Græcorum consortio alieni, Græce scribunt ; sed formâ literarum diversa & peregrinitatis notam ferente.

Character Græcus sub Alexandro magno, qui Ægyptum subegit, in eam regionem allatus est. Postea vero sub Ptolemæis Regibus, Græca lingua Alexandriæ & in vicinis locis admodum floruit : fuitque jam illo ævo Alexandria elegantissimæ Græcæ scriptionis officina. Deinde item sub Imperio Romano, scribendi Librosque conficiendi arte, ut taceam alias Græcorum disciplinas, diu palmam tulit Alexandria ; donec in Arabum ditionem transiret. Tuncque a prisco illo literario splendore desitum est, ut diximus Libro primo,

Cap. ultimo; neque ita multos exinde Græcos, Græco more in Ægypto exaratos, Codices fuisse hinc colligimus, quod pauciſſimi ex Ægypto ad Bibliothecas noſtras exportati ſint. Nam ex iis, qui ante irruptionem illam Arabicam exſcripti fuerunt, pauci tum Ægyptii, tum alii, ob injuriam temporum ſuperſunt: ex Ægyptiis quippe unum priſcæ vetuſtatis novimus Alexandrinum, cujus poſt Brianum Waltonum ſpecimen dedimus Libro tertio; ex iis vero qui poſt irruptionem Arabicam ſcripti ſunt, unicum item novimus manu Leonis Clerici anno Chriſti 1001. exaratum: cujus notam dedimus Libro primo inter ſubſcriptiones Calligraphorum ad eumdem annum, & ſupra Cap. quarto. Nec dubito tamen alios quoſdam in Occidentalibus Bibliothecis Græco more in Ægypto ſcriptos reperiri, qui Calligraphi nomine & ſubſcriptione careant. Sed cum ex aliis Græciæ partibus multos annum & notam Calligraphi præferentes, in Bibliothecas noſtras tranſlatos videamus; ex Ægypto autem unicum; atque aliunde compertum ſit, Ægyptum & Alexandriam, ferarum gentium confluxu in Barbariem verſam fuiſſe; hinc ſane colligitur, Græcæ ſcripturæ elegantiam, poſterioribus ſæculis parum iſtic frequentatam fuiſſe.

Schema Literarum Aegyptiacarum.

Habent Coptitæ in universum literas XXXII. *quarum figuras, nomina, poteſtates, in ſequente ſchemate contemplare.*

Figura	Nomen.		Poteſt.	Figura.	Nomen.		Poteſt.
Αα	ⲁⲗⲫⲁ	*Alpha*	*A*	Ππ	ⲡⲓ	*Bi*	*P*
Ββ	ⲃⲓⲇⲁ	*Vida*	*V*	Ρρ	ⲣⲟ	*Ro*	*R*
Γγ	ⲅⲁⲙⲙⲁ	*Gamma*	*G*	Cc	ⲥⲓⲙⲁ	*Sima*	*S*
Δδ	ⲇⲁⲗⲇⲁ	*Dalda*	*D*	Tτ	ⲧⲁⲩ	*Dau*	*T*
Εε	ⲉⲓ	*Ei*	*E*	Υυ	ϩⲉ	*H*	*E*
Ϛϛ	ⲥⲟ	*So*	*S*	Φφ	ⲫⲓ	*Phi*	*F*
Ζζ	ⲍⲓⲇⲁ	*Zida*	*Z*	Χχ	ⲭⲓ	*Chi*	*Ch*
Ηη	ⲏⲓⲇⲁ	*Hida*	*I*	Ωω	ⲱ	*O*	*O*
Θθ	ⲑⲓⲇⲁ	*Thida*	*Th*	Ϣϣ	ϣⲉⲓ	*Scei*	*Sc*
Ιι	ⲓⲁⲩⲇⲁ	*Iauda*	*I*	Ϥϥ	ϥⲉⲓ	*Fei*	*F*
Κκ	ⲕⲁⲃⲁ	*Kabba*	*K*	Ϧϧ	ϧⲉⲓ	*Chei*	*Ch*
Λλ	ⲗⲁⲩⲇⲁ	*Lauda*	*L*	Ϩϩ	ϩⲟⲣⲓ	*Hori*	*H*
Μμ	ⲙⲓ	*Mi*	*M*	Ϫϫ	ϫⲁⲛϫⲓⲁ	*Gangia*	*Gi*
Νν	ⲛⲓ	*Ni*	*N*	Ϭϭ	ϭⲓⲙⲁ	*Scima*	*Sc*
Ξξ	ⲝⲓ	*Exi*	*X*	Ϯϯ	ⲧⲉⲓ	*Dei*	*Di*
Οο	ⲟ	*O*	*O*	Ψψ	ⲯⲓ	*Ebsi*	*Ps*

Alterum ſcribendi genus Ægyptiacum, eſt Coptorum, qui linguam quidem Ægyptiacam retinent; ſed charactere Græco utuntur, admixtis tamen octo literis, quæ non ſunt Græcis in uſu: nam triginta duas in Alphabeto ſuo habent, Græci autem viginti-quatuor. Hic vero character, non eſt priſcus ille Ægyptiacus, qui ante Græcorum imperium in Ægypto uſurpabatur: quique prorſus obſolevit; ita ut in paucis inſcriptionibus ejus veſtigia, ſed prorſus ignota, ſuperſint. Non loquor de Hieroglyphicis ſymbolis quæ in Obeliſcis, in Mumiis, ut vocant, in Tabulis marmoreis, in aliiſque monumentis Ægyptiacis, paſſim in Ægypto, Romæ & in aliis Europæ partibus inter antiquitatum cimelia cenſentur. Nam hæc hieroglyphica, non literis, verbis & ſyllabis conſtare, ſed ſymbolice tantum & ænigmatice ſignificare putantur a peritioribus; ut jam annotavimus in Præfatione ad Coſmam Ægyptium. Præter hæc autem hieroglyphica, aliud vulgaris uſus characterum genus habebant Ægyptii veteres, in quibuſdam, ſed non ita frequentibus, Tabulis marmoreis in Ægypto repertum, ſed prorſus ignotum, quod nullam habet cum quibuſvis literarum formis affinitatem. Hujuſmodi inſcriptionem vidi Romæ in ſchedis eruditi viri R. P. Gullielmi Bonjour, rerum Ægyptiacarum & linguæ Copticæ ſcientiſſimi; qui Grammaticam Copticam adornavit, ſicubi occaſio offeratur typis edendam. Character igitur ille priſcus Ægyptiacus ita obſolevit, ita ignotus manſit, ut ſi qua illius veſtigia reperiantur, id unum notitiæ adferant, quod videlicet Ægyptii præter hieroglyphicam ſcripturam, aliam vulgaris uſus habuerint, jam vetuſtate penitus obliteratam.

A Ptolemæorum igitur temporibus, ut putatur, Ægyptii, miſſis formis priſtinis, Alphabetum Græcum adoptarunt: & quia viginti-quatuor Græcæ literæ ad omnia linguæ ſuæ vocabula exprimenda non ſatis erant, octo præterea literas adjunxerunt; ita ut triginta duæ in Alphabeto Coptico numerentur, ut vides ſupra in ſchemate, ſeu Tabula alphabetica, qualis ab Athanaſio Kirkero, aliiſque, qui de lingua Coptica pertractarunt, concinnata fuit.

Libri porro Coptici, qui ſuperſunt, non admodum vetuſti ſunt, nullumque hactenus vidi, qui annos plus quam quingentos præferret. Habentur autem in Bibliothecis variis, in Vaticana, Regia, Colbertina &c. Quinque tomos Bibliorum hac lingua Venetiis emtos penes nos habemus; videlicet Pentateuchum, Danielem, omneſque Libros novi Teſtamenti cum Apocalypſi. Omnes fere Libri Coptici, quos hactenus novimus, aut Biblici, aut Liturgici ſunt.

Formæ vero literarum variis in Codicibus eædem pene ſunt, quales in ſpecimine habentur, a Græcis characteribus vulgaris uſus aliquantum diſcrepantes. Pronuntiatio autem in Tabula exprimitur, & in nonnullis ab hodierna Græca deflectit: ut videre quiſque poſſit ibidem. Sed de his omnibus, aliiſque ad linguam Copticam ſpectantibus, fuſe agitur in Grammatica Coptica laudati P. Gullielmi Bonjour: quam vel ſero tandem in lucem exituram ſperamus.

Tertius Character Ægyptiacus Græcus, obſervatur in quibuſdam, ſed admodum paucis Codicibus; ubi tum verba ipſa, tum literæ, Græcæ quidem ſunt; ſed olent peregrinum, & primo conſpectu ſeſe produnt. Hujuſmodi eſt Codex Dioſcoridianus Regius, de quo ſupra Libro tertio, Capite ultimo. Præter hunc autem, alter exſtat in Bibliotheca Regia, cujus exemplum datur

infra. Notam vero ejuſdem, qualem accepimus ab eruditiſſimo nobiſque amiciſſimo Abbate Renaudotio, hic conſignare viſum eſt.

» Codex Bibliothecæ Regiæ, num. 3023. bombycinus Græco-Arabicus, Li-
» turgias continet duas : in quarum prima deſunt nonnulla ; altera vero in-
» tegra eſt.

» Prima eſt Liturgia Baſilii, ut appellatur in fine, ἐπελῴθη ἡ Εἰρήνῃ ἡ ἁγία λει-
» τουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν τοῦ θαυματουργοῦ Βασιλείου. Id eſt, *Abſoluta eſt in pace*
» *ſancta Liturgia S. Patris noſtri miraculis clari Baſilii.* Eſt autem omnino diverſa
» ab ea, quæ Græce exſtat ſub Baſilii nomine tam in editis, quam in Mſſ. Co-
» dicibus. Verum ea ipſa, qua Alexandrini utuntur, verſa in Copticam ſive
» Ægyptiacam linguam, & cujus verſio a Maronitis Romæ facta, curante
» Marco Velſero Auguſtæ Vindelicorum edita eſt anno 1604. ſed non ex Co-
» ptico exemplari, Arabicam enim verſionem expreſſerunt ſæpe non feliciter.
» Ipſa Coptica verſio Græca eſt, quæ Codice Regio continetur.

» Arabica verſio, quæ Græco textui ad marginem reſpondet, diverſa eſt ab
» ea, quæ occurrit in Copticis Codicibus : talis autem eſt diverſitas, ut non ad
» varias lectiones referri poſſit ; ſed plane alii utriuſque autores fuerunt. Illa de-
» terior, & ut videtur ab illis hominibus facta, quibus exigua Græcæ linguæ
» facultas eſſet : altera melior, ſed ex Coptico expreſſa.

» Ipſa Liturgia Jacobitarum Eccleſiæ propria fuit, ut ex oratione circa com-
» munionem manifeſtum eſt, in qua una in Chriſto natura diſerte explicatur.
» Attamen a capta Ægypto nullum inter Jacobitas uſum linguæ Græcæ fuiſſe,
» prope certum videtur ; quamvis alicubi ſervatum fuiſſe Codex per ſe ſatis
» demonſtret.

» Eædem orationes, rituſque Coptico ſimilis eſt.

» In Diptychis, ſolius Patriarchæ Alexandrini memoria. Prima officii pars
» προσφορικὴ, nempe ab initio uſque ad orationem τοῦ καταπτάσματος,
» quam ſequitur *Oratio oſculi pacis*, non reperitur in Codice Coptico-Ara-
» bico. Sed ut ex comparatione cum Coptico intelligitur, eadem eſt quam
» repræſentat Liturgia Græca D. Marci, edita olim Lutetiæ ex Codice S. Ma-
» riæ ὁδηγητρίας, quem reperit in Calabriæ Monaſterio Cardinalis Sirletus, &
» cujus apographum miſit ad Joannem a Sancto Andrea Canonicum Eccle-
» ſiæ Pariſienſis, ex quo editio procurata eſt. Hæc porro Liturgia D. Marci
» eadem eſt atque ea, quæ Copticè exſtat ſub nomine Cyrilli : unde Abulbircat
» autor Ægyptius, notat eam, quæ Cyrilli Liturgia dicitur, a quibuſdam Marci
» appellari.

» Codex Nicoſia in Bibliothecam Regiam delatus fuit cum multis aliis, emtis
» a Joanne Michaële Vanſlebio.

» Secunda Liturgia eſt Gregorii Theologi : primævum, ut videtur, exemplar
» Copticæ ejuſdem nominis Liturgiæ, in qua Codex deſinit, & deficit verſio
» Arabica in ultimis orationibus.

Advertendum autem eſt in Cypro multas Eccleſias eſſe ritus Ægyptiaci, atque ideo in hac Inſula Ægyptiaco more ſcriptitatum fuiſſe. Eſt quippe in Bibliotheca Colbertina Codex alter in Cypro ſcriptus, qui characterem Copticum pene refert. Hic porro, cujus ſpecimen damus, quique Nicoſia in BibliothecamRegiam tranſlatus eſt, utrum ex Ægypto in Cyprum delatus, an in ipſa Cypro ſcriptus fuerit, incertum ; parumque ſane intereſt utriuſvis regionis ſit, cum exploratum habeamus pleroſque Cyprios Ægyptiaco more ſcripſiſſe.

Character, ut vides, omnino peregrinum olet : characteres ligati non ſunt τῦ M forma, Y pene refert. Omnes literæ diſtinctæ ſunt, nec ductu calam colligantur. In alios incidi Ægyptiacæ formæ Codices Græcos-Arabicos, ub characteris forma huic admodum conſimilis eſt. Specimen vulgari ſcribendi more ſic habet,

Ἄλλο παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ τῶν προηγιασμένων τοῦ ἀποστόλου Μάρκου, μετὰ τὴν μετάληψιν τῶν ἁγίων μυστηρίων.

Τελειωθέντα τῆς εὐεργεσίας τὰ χαρίσματα· ἅ τινα ἐστὶ φοβερὰ καὶ ὑπερευλογημένα μυστήρια, τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου ἡμῶν καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν καὶ παμβασιλέως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Aliud apud Ægyptios ex præſanctificatis Apoſtoli Marci, poſt participationem ſanctorum Myſteriorum.

Perfecta & abſoluta beneficentiæ chariſmata, quæ ſunt tremenda & ſuper benedicta myſteria unigeniti tui Filii, Domini & Dei & Salvatoris, regiſque per omnia noſtri, Jeſu Chriſti.

Literas quæ in exemplo deerant in fine ſpeciminis adjecimus.



CAPUT VIII.

Specimen decimi-tertii ſæculi ex Codice Regio. De Librariis, qui duplici Characterum genere ſcribebant. Specimina item tria decimi-tertii ſæculi, ex Codicibus anni notam ferentibus. De Codicibus ubi vetuſtior ſcriptura eraſa, & altera recentior apparet: & quanta pernicies Græcis antiquis ſcriptoribus hinc allata fuerit.

Primum ſpecimen profertur ex Codice Regio 1892. bombycino, XIII. ſæculi, qui eſt catena in Prophetas majores & minores. Hujus exemplum adferimus tam ex ipſa Scriptura ſacra, quam ex Commentariis, qui vario literarum genere cum abbreviationibus deſcripti ſunt. Ubi obſervandum eſt, multos Calligraphos, qui Commentarios, ſive in Scripturam ſacram, ſive in aliud quodvis opus, perſcriberent, duplici ſcribendi forma, eaque admodum diverſa, plerumque uſos eſſe; alterâ videlicet pro contextu; alterâ pro Commentariis vel ſcholiis. Cujus rei luculentum exemplum habes, in ſpecimine hujus Codicis; ubi Scriba in contextu Scripturæ ſacræ, Calligraphi; in Commentariis, Tachygraphi munus expleviſſe videtur. Nam etiam poſtquam Calligraphi Tachygraphorum formas adoptarunt, diſtinctio tamen Calligraphos inter & Tachygraphos in Græcia ad hunc uſque diem manſit; ita ut Calligraphi, quidem ii ſint, qui pulcro quodam, eleganti, & rotundo, ſed ligato tamen, charactere ſcribunt; Tachygraphi autem ii qui abbreviationibus multis, ductibuſque ſingularibus atque expeditiore manu ſcripturam abſolvunt. Utriuſque vero ſcribendi generis exemplum habes in primo ſpecimine, cujus utraque ſcriptura, ut jam diximus, eadem manu exarata fuit.

In hujus principio habentur Minores Prophetæ cum Commentariis Theodoreti & Heſychii; deinde autem Majores Prophetæ cum Commentariis variorum Patrum. Singulis Prophetis præmittuntur Prologi ex diverſis Scriptoribus; ex Theodoreto nempe, ex Athanaſii Synopſi, quæ nomine Athanaſii Alexandrini inſignitur: tametſi ut in Obſervationibus in vitam & ſcripta Athanaſii, haud ita pridem a nobis editis, comprobavimus, utrum Athanaſio magno adſcribendum hoc opus ſit, valde dubium eſt. Præterea habentur ibidem Prologi Anonymorum in Prophetarum vitam & opera. Sub finem leguntur Epiſtolæ Africani ad Origenem, & Origenis ad Africanum de Suſanna.

Codex eſt optimæ notæ, accuratiſſime deſcriptus, ſine commutationibus vocalium & iotaciſmis, qui in Libris multis iſtius ævi mirum quam frequenter occurrant. Ex hoc Codice decerpſimus Prologum Joannis Drungarii in Heſaïam, quem in Præfatione ad Euſebii Commentarios in eumdem Prophetam haud ita pridem edidimus. Verum illa Joannis Drungarii opella longe antiquior hoc Codice eſt: ipſam quippe vidimus in Codicibus decimi ſæculi.

Hîc Scripturæ ſacræ textus, non στιχηδὸν quidem ſcriptus eſt, neque poſt ſingula κῶλα & κόμματα, a linea reſumitur, ut olim in uſu erat, & ad decimum uſque ſæculum in pleriſque Codicibus obſervatur; ſed verſiculi omnes notis numericis interlinearibus, itemque marginalibus notantur ſic, α,

ζ, γ, δ, ε, & quidem uſque ad centenarium ρ. Poſtea numeri repetuntur uſque ad ſequens centenarium, & ita ſemper ad ſingulos Prophetas. Initio autem cujuſque Prophetæ verſiculorum numerus aſſignatur in hoc Codice; ſecus autem in aliis vetuſtis exemplaribus, in quæ incidi, ubi verſiculorum ſumma in fine notatur. Ex hoc Codice pro verſiculorum notis & numeris exemplum dedimus Libro primo hujus Palæographiæ, Cap. IV.

Specimen autem vulgaribus formis ſic legitur.

Ἐγώ εἰμι κύριος λαλῶν δικαιοσύνην, ἀναγγέλλων ἀλήθειαν. συνάχθητε καὶ ἥκετε· βουλεύσασθε ἅμα οἱ σῳζόμενοι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. οὐκ ἔγνωσαν οἱ αἴροντες τὸ ξύλον γλύμμα αὐτῶν, καὶ προσευχόμενοι πρὸς θεοὺς οἳ οὐ σώζουσιν· εἰ ἀναγγέλλουσιν, ἐπισάτωσαν ἵνα γνῶσιν ἅμα. τίς ἀκουσὰ ἐποίησε ταῦτα ἀπ' ἀρχῆς; ἔκ τοτε ἀναγγελῶ ὑμῖν. οὐχὶ ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ. δίκαιος καὶ σωτὴρ οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ. ἐπιστράφητε ἐπ' ἐμὲ καὶ σωθήσεσθε οἱ ἐπ' ἐσχάτου τῆς γῆς. ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἄλλος.

Ego ſum Dominus loquens juſtitiam, annuntians veritatem. Congregamini & venite. Conſulite ſimul qui ſalvati eſtis a gentibus. Non cognoverunt qui geſtant lignum, ſculptile ſuum, & precantur deos, qui ſalutem non dant. Si annuntiant, accedant ut cognoſcant ſimul. Quis audita fecit hæc ab initio? ex tunc annuntiabit vobis. Nonne ego Dominus Deus, & non eſt alius præter me: juſtus & ſalvator non eſt præter me. Convertimini ad me & ſalvabimini, qui ab extremo terræ eſtis. Ego ſum Deus, & non alius.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. οἱ τοίνυν ἐκ τῶν ἐθνῶν θεὸν ἐπεγνωκότες, καὶ σωτηρίας ἄξιοι ἀναδεχθέντες, συγχέψαντες ἑαυτοὺς καὶ κατὰ νοῦν συσκεπτόμενοι, τὸ ἄτοπον σκοπεῖτε· ὅτι οἱ ἐπ' ὤμων φέροντες τὰ ἑαυτῶν σεβάσματα, καὶ βοήθειαν τούτοις νέμοντες, οὐ μετ' οὐ πολὺ πλὴν μέλλοντες, καὶ μακρὰν ὁδὸν στελλόμενοι, περὶ ἐκείνων ἐπάνοδον καὶ σωτηρίαν αὐτοῖς χρηναίαν ἠλπίκασι· δεῖν τὸ ἄτοπον σκοπεῖν· ὅτι ὁ ἔμψυχος καὶ ἑαυτῷ ἐπαμῦναι δυνάμενος, τῷ τὸ ἀδυνήτου καὶ ἀναισθήτου οὐδὲν τῶν κατὰ ἀπόνασθαι δύναται· κς'. ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ. εἰ ἀναγγείλωσι ἐπισάτωσαν. οὐδεὶς γὰρ τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν, ἢ τισι λογογράφων, ἐμνήσθη ἀπ' ἀρχῆς. τότε ἀνήγγελται ὑμῖν διὰ Μωϋσέως καὶ προφητῶν ἁγίων· ἐγώ εἰμι, φησὶν, ὁ θεὸς δίκαιος σωτήρ. ἄδικοι γὰρ οἱ δαιμόνιοι δαίμονες, καὶ φθόροι καὶ φιλαίματοι, καὶ εἰς ὄλεθρον καταπεμπῶντες τοὺς ἐπὶ γῆς. δίκαιος δὲ ὁ σωτὴρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς, φωτίζων τοὺς σκοτιζομένους, καὶ τὸ κείμενον αἴρας, καὶ τὸ πεπλανημένον ἐπιστρέφων. ΕΥΣΕΒΙΟΥ. γνώσονται ἐγγὺς γιγόμενοι τὸν ἀληθῆ θεόν· ὃ μέγα

THEODORI HERACLEÆ. Ii igitur ex gentibus, qui Deum noviſtis, & ſalute digni declarati eſtis, converſi & animo vobiſcum reputantes, abſurditatem illam perpendite: quod ii qui ſimulacra ab ſe culta humeris geſtant ipſiſque opem ferunt, haud diu poſt navigaturi, & longum iter emenſuri, ab iis ſalutem ſibi & reditum conceſſum iri ſperent. Cum oporteret rei abſurditatem intelligere: quandoquidem qui animatus eſt & opem ſibi ferre valet, ab eo qui nihil juvare poteſt & ſenſu caret, nihil boni percipere valet. V. 26. SANCTI CYRILLI. Si annuntiant, accedant. Nullus enim ex Græcorum Poëtis & Scriptoribus, res ab initio retulit. Tunc annuntiatum eſt vobis, per Moyſem & ſanctos Prophetas. Ego ſum, ait, Deus juſtus Salvator. Injuſti ſiquidem ſunt pernicioſi dæmones, corruptores, ſanguinarii, terrigenas in perniciem impellentes. Juſtus autem eſt Salvator, omnium Deus, qui illuminat eos qui in tenebris ſunt, quod jacet erigit, quod in errore eſt reducit. EUSEBII. Propius enim accedentes verum Deum cognoſcent: cujus

δεῖγμα ἡ γλῶττα ὃ προφητεύσας ταῦτα διὰ τῶν ἐμῶν προφητῶν, καὶ ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἀπαγγεῖλαι ταῦτα εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν.

deitatis id magnum argumentum est, quod per Prophetas suos hæc vaticinetur, & quod ab initio hæc annuntiaverit ad aures nostras.

Secundum specimen prodit ex Codice Regio 3370ᵃ. ubi advertas numerum postremum 2. qui supra scribitur, significare hunc Codicem esse secundum, qui numero 3370. inscriptus est. Similiterque in aliis omnibus supra memoratis, ubi præter primam numeri notam 2. vel 3. supra notatur : videlicet ubi 2. adjicitur, est secundus Codex Bibliothecæ Regiæ eodem numero notatus: ubi 3. tertius. Hic Codex, inquam, anno circiter 1230. scriptus, & ex ipso autographo exsumtus videtur : continetque Constitutiones Imperiales Frederici II. Imperatoris, Jerosolymæ & Siciliæ Regis, Græce inscriptas, βασιλικὴ διάταξις, tribus Libris constantes, quorum primus octoginta-duo capita cum totidem titulis continet ; secundus septuaginta ; tertius item septuaginta.

Præter hanc autem scripturam, altera antiquior aliquot in locis subtus apparet, quæ decimi circiter sæculi est. Illa autem vetustior arte erasa fuit, ita ut in maxima foliorum parte ne vestigium quidem ejus appareat, ex priore scriptura hæc excerpsimus.

χείλμος δέδεμαι· ἐξ αὐτοῦ δόμα διὰ τοῦ, ομι, πεποίημαι παρὰ τοῦ ποιῶ, ποιήσω, πεποίηκα, πεποίημαι. . . . . .

λήγοντα σπάνιον. . . . . .

λήγουσαν τοῦ παρακειμένου· οἷον. . . . . .

τρέφομαι. . . . . .

λήγουσα. . . . . .

ςςςςς . . . . . .

II

μιμέομαι. . . . . .

σπάνιον. . . . . .

μου. . . . . .

εἰς. . . . . .

πάθει παρά. . . . . .

Ex hisce laciniis & ex aliis, quæ variis in locis leguntur, liquidum est, hoc in Libro primitus scriptum fuisse veterem quemdam Grammaticum, qui fortasse periit ; ut & multi alii, qui pari sorte deleti, nusquam comparent.

Hujusmodi vero Codices, ubi vetustiore deleta scriptura, nova superscribuntur, mirum quam multi occurrant inter eos qui duodecimo, decimotertio & decimo-quarto sæculo exarati sunt. Ut plurimum autem prior illa scriptura penitus obliterata est ; ita tamen ut in ipsa charta vel eradentium conatûs & artificii vestigia, vel alia quædam signa supersint. Sic in Codice Salomonis Notarii manu descripto, de quo Capite superiori actum fuit, ubi vetustior scriptura fuisse videtur, nullus ejus apex, ac ne minima quidem vel unius literulæ particula supereſt ; sed multis in foliis habentur lineæ aliæ, sive perpendiculares sive transversæ ; (mathematicas dico lineas, non scriptas,) quas, quia in membrana vehementer impressæ, & quasi incisæ erant, nulla arte potuit vel Salomon, vel quisquis alius hanc operam suscepit, penitus delere ; ita ut lineæ illæ scripturam novam aliquando trajiciant : cum autem in quibusdam foliis hæ lineæ supersint ; in aliis vero nec exstent, nec umquam fuisse videantur, putamus ex diversis Libris ad hunc novum conficiendum

folia desumta fuisse. In altero Codice Colbertino, num. 643. qui anno Christi 1186. descriptus fuit : antiquior item scriptura penitus absterſa fuit, sed aliquot in locis, etsi pauciſſimis, vetustiorum literarum extrema accuratius explorantibus apparent. In Colbertino item 614. qui scriptus est anno 1205. subtilius examinanti vetustioris scripturæ vestigia occurrunt. In summa, si quis decimi-tertii & decimi-quarti sæculi membranaceos Codices diligenter exploret, non multo pauciores istiusmodi deprehendet, quam alios ubi semel tantum scriptum fuit. Æstimo autem Scriptores multos, qui tempore Photii; imo etiam postea Constantini Porphyrogeniti, supererant, hoc perniciei genere pessumdatos, ac penitus exstinctos fuisse. Hæc vero pestis, ut diximus, duodecimo sæculo primum, deinde autem tertio-decimo & quarto-decimo maxime in vetustiſſimos Libros grassata est. In bombycinis id raro observatur : unicum tantum Codicem in charta bombycina reperi, ubi prioribus erasis, nova supra scripta fuerant, ut jam dixi.

Græci igitur Librarii, isthac ætate sæpe meliora eraserunt, ut vel nænias & nugas, vel opera, quæ frequentiſſime occurrebant in Codicibus manuscriptis, eorum loco substituerent. Magna certe tunc ubique per Græciam erat ignorantia imperitiaque rerum; ita ut quæ ad veterem historiam, ad humaniores literas, &c. pertinebant, ne flocci quidem facerent Librarii; ac ne novas membranas compararent, hæc nullo negotio pessumdarent. Interdum etiam illa, quæ sibi in usu erant, quoniam ob scripturæ vetustatem non ita facile legi poterant, eradere solebant, ut nova substituerent.

Exemplum autem Codicis Regii numero 3370². qui anno circiter 1230. imperante Frederico II. cujus Constitutiones Imperiales complectitur, descriptus fuit, sic vulgari formarum genere legitur. Præeunt autem Iambi quinque hoc pacto.

Ρώμης ὁ κλυτὸς εὐσεβέστατος μόνων,
Αἰλίας αὖ ῥηξ, τε ὁ καὶ Σικελίας,
Φρεδερίκος κράτιστος ἐν στεφηφόροις,
Νέον νόμον τίθησι Σικελοῖς κράτει·
Ὃν καὶ πέπομφε λύτρον ἠδικημένοις.

Βασιλεὺς Φρεδερίκος ἀεὶ αὔγουστος, Ιτάλικὸς, Σικελικὸς, Ιεροσολυμίτης, Ἀρελατένσις, εὐσεβὴς, νικητὴς, καὶ τροπαιοῦχος.

Μετὰ τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν, θείᾳ προνοίᾳ στειχαμύθῳ, καὶ τὴν ἀρχαίαν ὕλην φύσεως κρείττονος, αἱρέσεως ἔργῳ εἰς προσωπῶν εἶδος διαμεμορφωμένην, ὁ τὰ ὑμνούμενα προορῶν, καὶ τὰ γενόμενα κατάμονα, καὶ τὰ κατάμονα ἐπαινῶν, [τῆς σφαιροειδοῦς σελήνιακοῦ κύκλου κάτωθεν τὸ ἄνθρωπον τῶν δημιουργημάτων εἰς ἀξιωτέραν εἰκόνα καὶ οἰκείαν ὁμοίωσιν μορφωθέντα, ὃν μικρόν τι παρ' ἀγγέλους ἠλάττωσε, προδιδοκιμασμένῃ βουλῇ προθέσει προπλάναι τῶν ἄλλων δημιουργημάτων.]

Hoc est,

Romæ inclytus, piiſſimus Imperator,
Æliæ, sive Jerosolymæ, item Rex, pariterque Siciliæ,
Fredericus potentiſſimus inter coronatos,
Novam legem Siculorum imperio ponit,
Quam mittit in redemtionem eorum, qui injuria adficiuntur.

Imperator Fredericus semper Augustus, Italicus, Siculus, Jerosolymitanus, Arelatensis, pius, victor & tropæis ornatus.

Post mundi, qui divinâ providentiâ conditus est, constitutionem, & post quam

I

ἐπὶ εἰ μὴ ὁ θς ἦν μετ' αὐτῶν οἱ τοιοῦτοι ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀπέθανον. καὶ τοῦτο σημεῖον ἐγένετο ἵνα μὴ ἄλλος τις πειρασθῇ ὃ ἐκεῖνοι ἐπείρασαν καὶ ἀπέθανον. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος λέγει· μὴ γίνεσθε εἰδωλολάτραι καθώς τινες αὐτῶν ἐγένοντο· ὡς γέγραπται· ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν καὶ ἀνέστησαν παίζειν. μηδὲ πορνεύωμεν καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν καὶ ἔπεσαν μιᾷ ἡμέρᾳ εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες. μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστὸν καθώς τινες αὐτῶν ἐκπειράσαντες ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. μηδὲ γογγύζετε καθάπερ τινὲς αὐτῶν ἐγόγγυσαν καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν τῶν εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησαν. ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ. πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἰλήφει εἰ μὴ ἀνθρώπινος. πιστὸς δὲ ὁ θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν. διὸ ἀγαπητοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας. λέγω ὡς φρονίμοις· κρίνατε ὑμεῖς ὃ φημί. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία ἐστὶν τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ; τὸ κλάσμα τοῦ ἄρτου ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία ἐστὶν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ; ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα· οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσίν; τί οὖν φημι; ὅτι εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν ἢ ὅτι εἴδωλόν τί ἐστιν; ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσιν τὰ ἔθνη δαιμονίοις καὶ οὐ θεῷ θύουσιν· οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίου πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων· οὐ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν καὶ τραπέζης δαιμονίων. ἢ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν; πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ. μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου. πᾶν τὸ ἐν μακέλλῃ πωλούμενον ἐσθίετε μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν· τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. εἴ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν· ἐὰν δέ τις εἴπῃ ὑμῖν· τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστιν, μὴ ἐσθίετε δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα καὶ τὴν συνείδησιν· συνείδησιν δὲ λέγω οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου. ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; εἰ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; εἴτε οὖν ἐσθίετε εἴτε πίνετε εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησιν καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν. μιμηταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς ὅτι πάντα μου μέμνησθε καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις κατέχετε. θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστιν, κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, κεφαλὴ δὲ τοῦ Χριστοῦ ὁ θεός. πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος ἢ προφητεύων κατὰ κεφαλῆς ἔχων καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. πᾶσα δὲ γυνὴ προσευχομένη ἢ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· μία γάρ ἐστιν καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ. εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνή, καὶ κειράσθω· εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω. ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν, εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχων· ἡ γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστιν. οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός· καὶ γὰρ οὐκ ἐκτίσθη ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα. διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους. πλὴν οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς ἐν κυρίῳ· ὥσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρός, οὕτως καὶ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός· τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ. ἐν ὑμῖν πρέπον ἐστὶν γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῇ κεφαλῇ προσεύχεσθαι τῷ θεῷ; οὐδὲ ἡ φύσις αὐτὴ διδάσκει ὑμᾶς ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ ἀτιμία αὐτῷ ἐστιν, γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ δόξα αὐτῇ ἐστιν; ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ. εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ. τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλὰ εἰς τὸ ἧσσον συνέρχεσθε. πρῶτον μὲν γὰρ συνερχομένων ὑμῶν ἐν ἐκκλησίᾳ ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν, καὶ μέρος τι πιστεύω· δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν. συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ οὐκ ἔστιν κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν· ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν, καὶ ὃς μὲν πεινᾷ ὃς δὲ μεθύει. μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ καταφρονεῖτε καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; τί εἴπω ὑμῖν; ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ. ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδετο ἔλαβεν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασεν καὶ εἶπεν· τοῦτό μού ἐστιν τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι λέγων· τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε ὁσάκις ἐὰν πίνητε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἐὰν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ τὸ ποτήριον πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε ἄχρις οὗ ἔλθῃ. ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου. δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτόν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω· ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει μὴ διακρίνων τὸ σῶμα. διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. εἰ δὲ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. ὥστε, ἀδελφοί μου, συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν ἀλλήλους ἐκδέχεσθε· εἴ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω, ἵνα μὴ εἰς κρίμα συνέρχησθε. τὰ δὲ λοιπὰ ὡς ἂν ἔλθω διατάξομαι. ἔστιν δὲ καὶ ἄλλα τοῦτο ἐκ δευτέρου.

II

Ἄλλα τοῦτο ἐκ δευτέρου λέγω:-

Ῥωμανὸς ὁ κλεινὸς ἀεὶ βασιλεὺς μνήσθη, ἁλιάσας αὖρης πρὸς δὲ καὶ σικελίας, φρεδερίκου μιᾷ πτώσει ἐμφορήσας μεσομόμου τιθησικελῶν μιᾷ πάτῃ, οὗ καὶ πεπομφέλυτο ἡδικημένοις:- βασιλεὺς φρεδερίκος ἁλιαμίρης, ἰταλικὸς σικελικός, ἱεροσολυμίτης, ἀρελατέρνης, ἐγγεβίσνικητὴς καὶ τροπαιοῦχος:-



ἐτὰ τὴν τοῦ κόσμου σίασιν, θᾶττον προνοίᾳ συμπεφαμένην, καὶ τὴν ἀρχαιόγονον ὕλην φύσεως μιρεῖτο τέρας, αἱρέσεως ἐργοέλιος παραλλάκτων εἰδῶν διαμερισθεῖσαν, ὁ τὰ γενησόμενα προορῶν, καὶ τὰ γε γενημένα καταμοῶν, καὶ τὰ καταρονηθέντα βοσκῶν

III

πρὸς μυσαρούς:-

Χάριτι χάριν, ἡ μυσάρους ἐδόθη τοῖς ἀμόροις: μυσάρους γὰρ ἔθηκεν, ἀμφιέννυσιν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ. καὶ ὧν μὲν ἐκτήσατο πίστεως ἀρραβῶνα δεξάμενοι, διὰ ταύτην μυσαρούς. τὸ χάριτι ἀνθ' ἧς ἐδόθη: μυσάρους δέ, ἡ θείρα

IV

Ἐρωτᾷ τις μὲν οἰκέτην ἄνω τε καὶ κάτω, ἢ τὸν ἀφοσιούμενον πόλον ἢ τὸν ἄφιλον πόλον· οὐ θεμιτὸν δὲ ἐρωτᾶν ἄλλον ἢ τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην. Καὶ τὰ περὶ τούτων μὴ θεμιτά, καὶ πρώτην μὲν φησὶ περὶ ἧς οὐσαν ἀφ:-

primigenia illa materia præstantioris naturæ, nutu divino in variarum rerum speciem distributa fuit; qui futura prævidet, & quæ facta sunt considerat, & quæ excogitata fuere laudat & approbat, [hominem sub circulari Lunæ cyclo positum, quem in digniorem rerum omnium creatarum imaginem, & in propriam sui similitudinem creatum, paulo minus ab Angelis minuerat, prius habito consilio decrevit cæteris rebus conditis præficere.

Calligraphus, qui nomen suum tacuit, in fine Imperialium constitutionum hoc carmen subjunxit,

Ὁ βασιλικὸς οὗτος ἐγράφη νόμος
Ἐν ἡμεριναῖς ἡλίου ποτὲ δρόμοις.
Πᾶς δ' ἀναγνὺς σύγγνωθι τῷ γεγραφότι,
Εἴ που σφαλεὶς ἔλαθεν ἐκ πολλοῦ τάχους·
Ἀπρόσμαχον γὰρ ὄντως λητοῦς ὁ θάνος,
Ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν ἀποκναῖσαι τῷ μάχῃ.

Hoc est,

Hæc Imperatoria lex scripta fuit
Quodam dierum decursu.
Quisquis vero legeris ignosce Scribæ,
Si quid oblivione peccaverit ob nimiam celeritatem:
Inexpugnabilis quippe est Latonæ, sive oblivionis, vis;
Ita ut Mercurius pugnam cum illa detrectet.

Alludit haud dubie ad Iliadem Homeri Φ. ubi Mercurius cum Latona pugnare detrectat. Λητὼ autem Latonam Apollinis matrem, & oblivionem significat. Hoc exemplar ex autographo descriptum fuisse videtur: nam ejusdem circiter temporis est. Observandum autem, Librarios bene multos nominibus propriis lineolam adscribere, ut distinguant ab aliis vocibus, ut vides hic in voce Φρεδερίκος, & in quarto specimine ad voces Ιερόθεος & Παῦλος. Et quidem opportuna cautio erat: nam multi sunt qui in nominibus propriis errarunt; sic Nannius in versione Athanasii, Πίστον nomen proprium Episcopi Ariani, qui *Pistus* vocabatur, *fidum* vertit: & vocem Σώζοντος, *Sozontis*, qui pater erat Serapionis, pro salutem adferente habuit.

Tertium specimen excerptum est ex Codice Colbertino, num. 4111. Estque liber Asceticus scriptus anno Christi 1236. ut ad calcem fertur in nota, quæ sic habet:

Επληρώθη σὺν Θεῷ ἡ βίβλος αὕτη διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου ἱερομοναχου Γερασίμου. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες, εὔχεσθε ὑπὲρ τοῦ γράψαντος καὶ ἔχοντος. ἐτελειώθη δὲ μηνὶ Φεβρουαρίῳ κβ'. ἔτους ,ϛψμδ'. ἰνδ. θ'. Hoc est, *Absolutus est cum Deo hic Liber manu mea peccatoris & indigni Hieromonachi Gerasimi. Qui legeritis orate pro eo, qui scripsit & habet. Completus est autem mensis Februarii die 22. anno 6744. (i. Christi 1236.) Ind. nona.*

Quæ in specimine habentur sic legimus & interpretamur.

Περὶ μετανοίας.

Χάρις μετὰ χάριν ἡ μετάνοια ἐδόθη τοῖς ἀνθρώποις. μετάνοια γάρ ἐστιν ἀναγέννησις δευτέρα ἐκ τοῦ Θεοῦ· καὶ ὥσπερ ἐκ τῆς πίστεως ἀρραβῶνα ἐδεξάμεθα, διὰ τῆς μετανοίας τὸ χάρισμα αὐτοῦ ἐκδεχόμεθα. μετάνοια γάρ ἐστιν ἡ θύρα.

De Pœnitentia.

Gratia post gratiam pœnitentia data est hominibus. Pœnitentia quippe est regeneratio secunda ex Deo: ac quorum per fidem pignus accepimus, eorum per pœnitentiam munus & gratiam accipimus. Pœnitentia enim est janua.

Obſervandum in ſpecimine eſt, hunc Geraſimum ſpiritus fere ſemper lenes adſcribere ubi denſos opus erat.

Præter hanc Geraſimi ſcripturam, alteram antiquiorem x. ſæculi in hiſce membranis conſpicimus, quæ recentiorem tranſverſam ſecat. Eratque cujuſdam S. Patris opus, ut ex his paucis quæ excerpſimus liquet. Scriptura vero illa vetuſtior duplici columna conſtabat in ſingulis paginis. Sic autem habet excerptum : οὐ ζητῆ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται. Εἶπεν γὰρ ὅτι οὐκ. i. *Non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur. Dixit enim. . . .*

Quartum ſpecimen prodit ex Codice Colbertino, num. 845. qui ſcriptus eſt anno Chriſti 1272. & continet opera, ut fertur ibi, Dionyſii Areopagitæ cum Commentariis. Ad calcem hæc nota legitur,

Ἐμοί τε τῷ γράψαντι σὺν πολλῷ πόνῳ
Κλῆσιν Λογγίνῳ ἐσχάτῳ μονοζώνων,
Εὔχεσθε θερμῶς ἵν' Ἐδὲμ ὁ χωρίον
Κλῆρον δικαίων καὶ παραδείσου τόπους.
ἔτους ,ϛψπ'. ἰνδ. ιε'. κύκλος ἡλίου δ'. κύκλος σελήνης ις'.

Hoc eſt,

Mihi, qui cum labore multo ſcripſi,
Nomine Longino, ultimo Monachorum,
Precamini ferventer, ut locus Edem
Et Paradiſi ſedes in ſortem dentur.

Anno 6780. (*i. Chriſti* 1272.) *Ind. decima-quinta: Cyclus Solis eſt* 4. *Cyclus Lunæ* 16.

In hoc quoque Codice altera ſcriptura ſubtus apparet, & quidem vetuſtior præcedentibus. Eſt quippe noni ſæculi, charactere unciali, eodem pene atque is, qui ex Codice operum S. Gregorii Nazianzeni, olim ad uſum Baſilii Macedonis Imperatoris, ſupra repræſentatur. Etſi vero hæc antiquior Scriptura eraſa fuerit ad novam inducendam, multis tamen in locis legi poteſt. Hæc porro quæ ſequntur ex priore ſcriptura excerpſimus.

Fol. ſecundo verſo, præeunte majuſcula litera legitur : Ὥσπερ τις αἰὴρ φιλέρημος. Eſt Homilia S. Joan. Chryſoſt. in ſaltationem filiæ Herodiadis.

Fol. 5. Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου εἰς μεγάλῳ πέμπτῳ, καὶ εἰς τὴν παραδοσίαν τοῦ Ἰούδα. Ex his autem, exque aliis multis, quæ hinc & inde excerpi poſſunt, arguitur vetuſtiorem illam ſcripturam eſſe Homilias S. Joannis Chryſoſtomi : quas Longinus ſupra memoratus obliterare & obruere, ſi poſſet, conatus eſt, ut Dionyſii Areopagitæ, ſive alterius qui ejus nomen ementitus eſt, opera ſubſtitueret, cum Commentariis Maximi.

Specimen autem quartum ex Commentariis Maximi deſumtum eſt, ac vulgaribus typis ita legitur.

Ἱεροτελεστὴν μὲν οἶκον εἴωθε καλεῖν, ἢ τὸν θειότατον ἀπόστολον Παῦλον, ἢ τὸν ἅγιον Ἱεροθέον, ὡς ἐν τοῖς περὶ θείων ὀνομάτων ἐδείχθη λόγοις. νῦν δὲ οὐδένα ἕτερον ἡγεμαι λέγειν αὐτόν, ἢ τὸν ἅγιον Παῦλον. οὐδενὸς γὰρ ἄλλου, ἢ αὐτοῦ, τῷ ἄχρι τρίτου οὐρανοῦ φθάσαντος, καὶ τὰ περὶ τοῦτων μυηθέντα (sic l. μυηθέντος,) καὶ παραδόντα μὲν εἰς φῶς τὰ περὶ Θεὸν οὕτω μὴ ἀεὶ. . . .

Ἱεροτελεστὴν, ſive ad ſacra initiantem, proprie vocare ſolet, aut diviniſſimum Apoſtolum Paulum, aut ſanctum Hierotheum, ut in Libro de divinis Nominibus dictum eſt. Nunc autem non alium dicere puto, quam S. Paulum. Ad nullum enim alium pertinet, quam ad eum, qui uſque ad tertium cælum aſcenderat, ac in illis rebus initiatus fuerat. Et primam quidem ait eſſe eam quæ circa Deum eſt. . . .

CAPUT IX.

Alia ſpecimina Characterum decimi-tertii & decimi-quarti ſæculi ex duobus Codicibus Regiis, ex Colbertino & ex Codice Baluziano, ubi Niceta Choniata Panoplia dogmatica. Conſpectus & Index hujuſce Libri.

Aliud ſpecimen proferimus ex Codice Regio, numero 2458. bombycino, xiii. ſæculi. Cujus ætas in fine notatur his verbis. Επληρώθη ὁ πρῶτος βίβλος (ſic) μηνὶ Μαρτίῳ ινδ. ιδ'. ἔτει ϛ,ψϛδ'. οἱ δὲ ἀναγινώσκοντες τοῦτο εὔχεσθέ μοι διὰ τὸν κύριον, ὅπως λάβω ἄφεσιν τῶν ἐπλημμελημάτων, ὧν ἐν κόσμῳ ἥμαρτον βροτὸς ὑπάρχων.

Τῷ συντελέσαντι τῶν καλῶν Θεῷ χάρις.

Hoc eſt,

Completus eſt hic liber menſe Martio, Indictione 14. anno 6794. (videlicet a creatione mundi: Chriſti vero 1286.) Qui hunc legeritis precamini mihi propter Dominum, ut remiſſionem conſequar delictorum, quæ, mortalis cum ſim, in mundo perpetravi.

Bonorum perfectori Deo gratia.

Continet hic Codex vitas Sanctorum quatuor; nempe S. Baſilii junioris, auctore Gregorio ejus Diſcipulo; S. Païſii, conſcripta a S. Joanne Colobo; S. Andreæ junioris, a Nicephoro, magnæ Eccleſiæ Preſbytero; S. Marci Eremitæ. Specimen autem exſumſimus ab initio vitæ S. Baſilii junioris, & ſic habet.

Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ νέου, συγγραφεὶς παρὰ Γρηγορίου ταπεινοῦ καὶ φιλοχρίστου μαθητοῦ αὐτοῦ. εὐλόγησον πάτερ.

Ὁ ὕπατος καὶ πανσοφώτατος Δαυὶδ ἔλεξε φάσκων, Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον * ἔσται δίκαιος· ὧν ἐναφάνων ὡς ἀνεξάλειπτα τὰ τῆς ἀρετῆς τῶν δικαίων σήματα εἰς τὸ διαμένειν τυγχάνουσι, διὰ τῶν σοφῶν ἐκδιηγήματα εἰς χρείαν τὰ θεῖα σοφῶν ἐκδιηγούμενα εἰς χρείαν ἔφελος. Ἀλλ' οὗτοι μὲν ὡς λόγου μεμοιραμένοι, εἰκότως ταῦτα συγγράφουσιν· ἐγὼ δὲ ἡ μικρὰ σταγών, ἡ ἀνάξηρος πηγή, ὁ βορβορώδης λάκκος, ὁ μηδενὸς λόγου ἄξιος, πῶς ὅλως. . .

Vita & converſatio S. Patris noſtri Baſilii junioris ſcripta a Gregorio humili & Chriſti amante Diſcipulo ejus. Benedic Pater.

Diviniſſimus & ſpiritu Prophetiæ pleniſſimus David dixit: *In memoria æterna erit juſtus*; ſubindicans, virtutis juſtorum veſtigia & ſigna deleri non poſſe, ac perpetuo ſervari: quoniam a viris divinorum ſapientia præditis ad communem utilitatem enarrantur. Sed hi quidem, utpote vi dicendi inſtructi, hæc merito ſcribunt: ego vero, utpote exigua ſtilla, fons aridus, lacus lutoſus, ac ne flocci quidem faciendus, quomodo. . .

Secundum ſpecimen excerptum eſt ex Codice Colbertino, num. 2493. membranaceo, ubi Homiliæ variæ & Acta Martyrum: qui ſcriptus eſt anno Chriſti 1315. ut in nota ad calcem poſita fertur. Præter hanc recentiorem ſcripturam, alterius vetuſtioris tenuiſſima veſtigia ſuperſunt; ſed ita ut ne verbum quidem eradentium diligentiam effugerit. Character autem recentior ad formam undecimi ſæculi a Calligrapho ſive Tabulario, ut ipſe ſeſe nun-

συπραφὲς πρὲ τὴν τα
πειοῦ Καὶ φιλοχρίστου
μαθητοῦ αὐτοῦ· εὐλόγησὸ
πατερ:~

Ο θεόπατος Καὶ προφητικώ
τατος δαυὶδ, ἐλογεφάνη·
ἐσμυρνιόσωμοραίωμοιον
ἐστὶ δίκαιος· ὑπερφαί
νων ἐν ἀρετῇ πάντας
ἀρετῆς τῶν δικαίων μὴ
μαρτύρα, ἐστὶ τὸ διηνεκὲς δὲ
τυμβόρυσι· διὰτοῦτοκαὶ
καιροὶ σὲ θεοσοφῶν ἐκ
διηγοῦμενὲς κοινὸν
ὄφελος· ἀλλὰ οὐτοιμὲν
ὡς λόγου μεμοιραδνοι,
εἰκότως ταῦτα συγγράφ. σὺν
ἐπὼ δὲ μικρὰ φαύλων· ἵν
ἀνάξ προς πιστὶ· ὁ. Βορμο
ραὼδης λάκκος· ὁ μὲν δὲ
λόγου ἄξιος, πῶς ὅλως

II

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μ
μάρτυρος Δημητρίου τοῦ μυρ
ρίσαντος ἐν Θεσσαλονίκη.

ἁγιώτατος, ὃς καὶ ἐκ
κούλιος, ὑποτάξας
νοήθοις καὶ σαρδομά
τας τοῖς ῥωμαίοις
κατὰ λαθὼν τὴν θεσ
σαλονίκην καὶ σφαγὰς λα· δὲ
ἑπτὰ ἐνιαυτοὺς δαίμων
καὶ θεομάχος ἀνὴρ· καὶ
ὅσα μάθοις τὴν τυραννήσ
ας λιαθηκὸς· ἐφ᾽ ἁρπάσας
δὲ ἦν τοῦ ἁγίου δόλῳ τυραν

III

ὡς καιρῷ ἐκάμοι,
γάμος ἀγαθὴ Θεοῦ ἐν
καναῖ τῆς γαλιλαίας·
ἦν ἡμῖν τοῦ ἰῦ
ὅκεῖ· ἐκμήθη
δὲ καὶ ὁ ἰς καὶ οἱ
μαθηταὶ αὐτοῦ
εἰς τὸν γάμον· ὑ
στερήσαντος οἴ
νου, λέγει μὴρ
τὸ ἰῦ τὸς αὐτόν·
οἶνον οὐκ ἔχουσι·
λέγει αὐτῇ ὁ ἰς·

cupat, expressus est; sed vel mediocriter perito ætatis discrimen vel ad primum conspectum sese prodit. Nota autem & subscriptio sic habet,

Ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον μαρτυρικὸν καὶ ὁμηγυρικὸν τοῦ ὅλου χρόνου. ἐγράφη δὲ διὰ χειρὸς κάμοῦ Γεωργίου ἱερέως καὶ Ταβουλαρίου τοῦ Καλοσίππου καὶ τῶν χωρίτων καλλιγράφοι. (sic) Εἰπὲ δὲ ἐσφάλην ἀπὸ ἀγροικίας, μὴ δίκη με κατακρίνητε, ὅτι οὐκ . . . . ἑκουσίως, ἀλλ' ἀκουσίως. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε διὰ τὸν κύριον, ὅπως εὕρω ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἀμήν. ἐτελειώθη δὲ ἐν μηνὶ Αὐγούστῳ εἰς τὴν κ'. ἡμέρᾳ σαββάτῳ, ἤτοι ζ'. ἐν τῷ τωκγ'. ἰνδ. ιγ'. ἡ μὲν χεὶρ ἡ γράψασα σήπεται τάφῳ· τὸ δὲ γράμμα μένει εἰς χρόνους πλείους. ὅτε ἡ βασιλείας τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων μεγάλων βασιλέων Ἀνδρονίκου καὶ Εἰρήνης, καὶ Μιχαὴλ καὶ Μαρίας, καὶ Ἀνδρονίκου βασιλέως.

Scriptus est hic Liber Martyrum & Homiliarum per totum annum. Scriptus est autem manu mea Georgii Sacerdotis & Tabularii Calosippi, & incolarum * Calligraphi. Si quid autem ob rusticitatem erratum sit, ne me condemnetis, quia non sponte, sed invitus erravi. Qui legeritis orate pro me propter Dominum, ut remissionem peccatorum consequar in die judicii, amen. Completus est autem 20. Augusti, die Sabbati, sive feria septima, anno 6823. (id est, Christi 1315.) Indictione decima-tertia. Manus quidem, quæ scripsit, in sepulcro corrumpitur, scriptura autem in multos annos manebit. Sub imperio piissimorum, Christi amantium Imperatorum Andronici & Irenes, Michaëlis & Mariæ, & Andronici Imperatoris.

De Tabulariis carptim egimus L. 1. c. 5. Officium autem Tabulariorum institutum fertur a M. Aurelio Antonino, apud Julium Capitolinum, ubi dicitur: *Per provincias Tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud Præfectos ærarii: ut si forte aliquis in provincia natus caussam liberalem diceret, testationes inde ferret.* Ammianus vero Marcellinus lib. 28. ait Maximinum natum esse *patre Tabulario præsidialis officii.* Sed Henricus Valesius in hunc locum putat Tabularios præsidialis officii distinctos fuisse a Tabulariis civitatum & provinciarum. Georgius autem Sacerdos Tabularium Calosippi, quod oppidulum videtur fuisse, sese nuncupat. Erant porro hi Tabularii civitatum, qui acta publica & privata scriberent, ac penes se servarent. Scholiastes Basilicorum ad Lib. 60. tit. 9. Καὶ ὁ Ταβουλάριος ὅ, τουτέστιν ὁ λογογράφος. *Tabularius, id est, Scriba.* Ut autem Notarios Libris describendis vacasse, & Calligraphi munus obiisse passim vidimus supra; sic etiam & Tabularios. Sed negotium facessit quod statim sequitur, καὶ τῶν χωρίτων Καλλιγράφοι: ubi mendum manifestum adest. Si vero Καλλιγράφοι, ibi pro Καλλιγράφων, positum dicamus, vertatur oportet, *& incolarum Calligraphorum.* Et tunc sensus erit, Georgium Sacerdotem, Tabularium Calosippi & incolarum Calligraphorum fuisse, quod sane minus quadrat: quare libentius credam Καλλιγράφοι ibi pro Καλλιγράφων lapsu graphico positum esse, vel ex imperitia Georgii sic in Casu erratum fuisse, ac vertendum esse, *& incolarum Calligraphi:* quia scilicet Georgius in oppidulo Calosippi & Tabularii & Calligraphi munus obiret.

Specimen sic vulgari charactere scribitur.

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου, μαρτυρήσαντος ἐν Θεσσαλονίκῃ. εὐλόγησον.

Martyrium Sancti & magni Martyris Demetrii, qui Thessalonicæ passus est. Benedic.

Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἐρκούλιος, ὑπὸ-

Maximianus, qui & Herculius, sub-

παίζας Γότθους καὶ Σαρωμάτας τοῖς Ῥωμαίοις, κατελθὼν ἐν τῇ τῶν Θεσσαλονικέων πόλει, διέτριβεν, δυσδαίμων καὶ θεομάχος ἄνθρωπος, καὶ εἰς βάθος τῆς πλάνης ὀλισθηκώς. ἐφαιδρύνετο δὲ ἡ τῶν εἰδώλων πλάνη.

actis imperio Romano Gotthis & Sauromatis, Theſſalonicam deſcendit, ibique morabatur, infelix homo ac Dei hoſtis inque profundum erroris delapſus. Idolorum vero cultus florebat.

Specimen tertium, excerptum eſt ex Codice Regio 1884. membranaceo, qui continet Evangelia per annum eleganter ſcripta anno Chriſti 1336. ut in nota fertur ad calcem. Interpunctionis modus ſingularis eſt : puncta quippe craſſiſſima ſunt, ut in exemplo vides : ſemperque ad ſummum literæ apicem depinguntur, ſive ad majorem, ſive ad mediam diſtinctionem uſurpentur : pro minima vero interpunctione virgulæ ponuntur : duo puncta in fine adſcribuntur ſic ⁚ ſine tranſverſa linea, quæ ſolet in aliis Codicibus apponi, hoc pacto :--- Characterem undecimi ſæculi imitatus eſt Amanuenſis : at ii, qui Codices manuſcriptos evolvere ſolent, vel primo conſpectu diſcrimen internoſcunt, ut jam ſupra dictum eſt. Hæc in fine leguntur.

Ετελέωθη ἐν ἔτει ϛωμδ'. μηνὶ Ἰουλίῳ ἰνδ. δ'.
Θεοῦ τὸ δῶρον· καὶ Χαρίτωνος πόνος.

Καὶ ταύτην δὲ τὴν θείαν καὶ ἱερὰν καὶ πανσέπτον βίβλον τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, ὁ αὐτὸς οὗτος ὁσιώτατος πατὴρ ἡμῶν καὶ δικαιότατος τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῶν ὁδηγῶν ἱερομοναχὸς κύριος Ἰγνάτιος, σπουδαμόν τε καὶ συγκροτήσας λόγῳ καὶ ἔργῳ, σπουδάζει τε καὶ ἀνέθηκε τῇ ἱερᾷ καὶ θείᾳ τραπέζῃ τοῦ πανσέπτου τοῦδε ναοῦ εἰς κοινὴν ὠφέλειαν καὶ φωτισμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος. καὶ οἱ ἐντυγχάνοντες βύχεσθε τῶν πιστῶν ἕνεκα τὸν κύριον· ὅπως καὶ ἀμφοτέροις ἵλεως γένηται ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως.

Hoc eſt,

Completus eſt anno 6844. (i. Chriſti 1336.) menſe Julio, Indictione 4.
Dei donum & Charitonis labor.

Et hunc quoque divinum, ſacrum ac venerandum Librum ſancti Evangelii, idem ipſe ſanctiſſimus Pater noſter, & juſtiſſimus venerandi Monaſterii ſanctiſſimæ Deiparæ τῶν ὁδηγῶν Hieromonachus Dominus Ignatius, ad id operam navans, verbo & actu fieri juſſit, ac repoſuit in ſacra & divina menſa hujus colendiſſimi Templi, ad communem utilitatem, animæque & corporis illuminationem. Qui hunc legeritis, precamini pro eo propter Dominum, ut ambobus miſericordia tribuatur in tremendo judicii die.

Hic Ignatius cognomine Juſtus, in Codice item quodam Laurentiano memoratur ſupra p. 69. ſpecimen autem ex Joannis cap. 2. deſumtum, vulgaribus typis ſic legitur.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ. ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον. καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτόν· οἶνον οὐκ ἔχουσι. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς.

In illo tempore, nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ : & erat Mater Jeſu ibi. Vocatus eſt autem & Jeſus & Diſcipuli ejus ad nuptias. Et deficiente vino, dicit Mater Jeſu ad eum : Vinum non habent. Dicit ei Jeſus.

Agmen claudat ſpecimen ex Codice bombycino Bibliothecæ eruditiſſimi & amiciſſimi viri Stephani Baluzii, qui decimo-quarto ſæculo conſcriptus fuit. Eſtque Panoplia Dogmatica Nicetæ Choniatæ Acominati, ubi de omnibus prorſus, quæ ad ſuum uſque tempus emerſerant, hæreſibus verba

facit : ipsasque confutat, multa ex Euthymii Zygabeni Panoplia mutuatus: adjectis tamen plurimis ad singulas hæreses, & allatis posterioribus de fide quæstionibus, quæ post Euthymii ætatem exortæ sunt. Præmittitur Monodia sive planctus aut funebris oratio Michaëlis Choniatæ in Nicetam fratrem : quem vocat in titulo. . . . . τῶν κρίσεων ἔφορον, καὶ τὸ προκαθήμενον τῶν κριτῶνος, *Judiciorum Ephorum, ac inspectorem & Præfectum Fisci Imperialis.* In Historia autem edita ejusdem dicitur, μέγας λογοθέτης, καὶ ὅτι κρίσεων γενικοῦ, καὶ ἔφορος. Id est, *Magnus Logotheta, & Præfectus judiciorum ærarii generalis, atque Ephorus.* Κριτὼν autem apud Græcos medii & infimi ævi, pro Fisco, seu domo ærarii Imperialis accipitur. In titulo Monodiæ quædam desiderantur, abscisso folio, ubi fortasse Logothetæ nomen aderat.

Init porro Monodia his verbis, Ω πηγῆς ἀγελίας, ὦ πικρᾶς ἀκοῆς. Hæc autem Monodia, septem fere paginas in magno, ut vocant, folio, minutissimis characteribus occupat. Postea sequitur fragmentum ἐκ τοῦ σκόπελος τοῦ μακαρίου Αυγουστίνου, sive, *ex speculo S. Augustini*, quod init his vocibus, ὁμολογῶ σε τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *Confiteor te Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.* Nam a multis retro sæculis non pauca Augustini opera Græcè versa fuere. Subsequuntur alia quædam plerumque mutila ac deleta. Hæc omnia, quæ Panopliæ præmittuntur, recentioris manus, ex alio Libro adjecta videntur. Panoplia incipit sexto folio, cujus conspectum & indicem, ut in Manuscripto habetur, dare juvat. Nam ex tanto opere, quod Græce & Latine vix duobus in folio Tomis ederetur, pars tantùm Latine in octavo cusa lucem vidit. Fuit autem hic Liber cujusdam Theodori Scutariotæ Levitæ, ut scribitur initio. Et post sequitur Index.

Πίναξ τῆς πρώτης βίβλου.

Τόμος πρῶτος.

Ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ τὸ προοίμιον. εἶτα περὶ Ἀδὰμ καὶ τινῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν εὑρόντων τὰς εἰκονουργίας. περὶ τῶν Ἑλληνικῶν μυστηρίων. περὶ Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος, καὶ ἑτέρων φιλοσόφων καὶ τῶν δοξῶν αὐτῶν. περὶ τῶν τεσσάρων στοιχείων. περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς. τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου. τῶν ἀπλανῶν καὶ πλανητῶν ἀστέρων. περὶ κομητῶν, ἴριδος, πάχνου, παρηλίων, τῶν σεισμῶν, τῶν αἰθέρων, καὶ τῶν πνευμάτων. καὶ ἔκπυτε περὶ Ἰουδαϊσμοῦ. περὶ τῶν χρυσῶν δαμάλεων τοῦ Ἱεροβοάμ. περὶ Σαμαρίτων. περὶ Ἐσσηνῶν καὶ ἄλλων τινῶν αἱρεσιαρχῶν· περὶ Σαδδουκαίων, Γραμματέων, Φαρισαίων, ἡμεροβαπτιστῶν, καὶ Ἡρωδιανῶν.

Index hujusce Libri.

Tomus primus.

In primo Libro Proœmium. Deinde de Adamo, & de quibusdam antiquis viris qui simulacrorum fictionem adinvenerunt. De mysteriis Græcorum. De Pythagora & Platone, deque aliis Philosophis, ac de eorum opinionibus. De quatuor elementis. De cælo & terra. De circulo Zodiaci. De stellis fixis & de errantibus. De cometis. De iride, de pruina, de Pareliis, de terræ motibus, de ventis, de Presteribus. Deinde autem de Judaïsmo. De buculis aureis Jeroboami. De Samaritanis. De Essenis, & aliis quibusdam hæresiarchis. De Saducæis, de Scribis, Pharisæis, Hemerobaptistis, Herodianis.

Τόμος δεύτερος.

Ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ, περὶ τῆς ἁγίας τριάδος διαφόρων αἱ χρήσεις. ἔπειτα,

Tomus secundus.

In secundo Tomo, de sancta Trinitate variorum loca. Deinde de Ange-

lis. De hominibus. Diverſæ ſententiæ de intellectu & anima. Poſtea de virtutibus.

Tomus tertius.

De vocibus Prophetarum, Filii Dei in carne adventum declarantibus, necnon Crucis Paſſionem & Reſurrectionem. De Conceptione & duabus naturis Chriſti. De Enhypoſtatis, de Conſubſtantialibus, de Homohypoſtatis, aut ſimul hypoſtatis, de hypoſtatica unione & differentia. De perſonis. De natura. De corruptione : de corruptibili & incorruptibili. Poſtea loca Sanctorum de œconomia in carne, ſive de Incarnatione. De modo retributionis. Quod tota natura divina in una ex ſuis hypoſtaſibus unita ſit humanæ naturæ, non autem pars parti : & alia varia poſt hæc de Incarnatione Filii Dei.

Tomus quartus.

In hoc habentur omnes veteres hæreſes, quæ uſque ad Arii hæreſin emerſerunt. Prima vero Simonis hæreſis deſcribitur, cum ejus refutatione. Secunda, Nicolaïtarum. Tertia, Carpocratianorum. Quarta, Valentini. Quinta, Ptolemæi. Sexta, Marci. Septima, Aſcodrugorum. Octava, Colorbaſi. Nona, Ophitarum. Decima, Prodici. Undecima, Caïanorum. Duodecima, Sethianorum. Decima-tertia, Archonticorum. Decima-quarta, Cerdonis & Marcionis. Decima-quinta Luciani. Decima-ſexta, Apellis. Decima-ſeptima, Severianorum. Decima-octava, Tatiani. Decima-nona, Encratitarum. Vigeſima, Montaniſtarum. Vigeſima-prima, Quintilianiſtarum, Priſcillianiſtarum, Pepuzitarum & Artotyritarum. Vigeſima-ſecunda, Teſſareſcædecatitarum, ſive Quartodecimanorum. Vigeſima-tertia, Alogorum, ut vocant. Vigeſima-quarta, Adamianorum. Vigeſima-quinta, Sampſæorum & Elceſæorum. Vigeſima-ſexta, Theodotianorum. Vi-

τῶν ἀγγέλων. τῶν αἱρέσεων. Διαφόροι δόξαι τῶν νοῦ καὶ ψυχῆς. καὶ ἔκστοτε τῶν ἀρετῶν.

Τόμος τρίτος.

Περὶ φωνῶν τῶν προφητῶν δηλουσῶν τὴν ἐν σαρκὶ παρουσίαν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸ ἁγνὸν σωτῆρος πάθος, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνάστασιν. τῶν τοῦ συλλήψεως καὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ χριστοῦ. τῶν ἐνυποστάτων, τῶν ὁμοουσίων, τῶν ὁμοϋποστάτων, περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς. τῶν προσώπων. τῶν φύσεως. τῶν φθορᾶς· τῶν φθαρτῶν καὶ ἀφθάρτου. ἔκποτε χρήσις τῶν ἁγίων τῶν τοῦ ἐνσαρκου οἰκονομίας. τῶν τοῦ τρόπου τῆς ἀνταποδόσεως. τῶν τοῦ ὅτι πᾶσα ἡ θεία φύσις ἐν μιᾷ τῶν ἑαυτῆς ὑποστάσεων ἡνωμένη τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ οὐ μέρος μέρει· καὶ ἕτερα διάφορα καθεξῆς τῶν τοῦ σαρκωθέντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

Τόμος τέταρτος.

Ἐν τούτῳ κεῖνται πᾶσαι αἱ παλαιαὶ αἱρέσεις αἱ ἀναφανεῖσαι μέχρι τῆς Ἀρείου αἱρέσεως. ἐγράφη καὶ πρώτη ἡ τοῦ Σίμωνος αἵρεσις καὶ ἡ ἐπ' αὐτῷ ἀντίῤῥησις. δευτέρα ἡ τῶν Νικολαϊτῶν. τρίτη ἡ τῶν Καρποκρατιτῶν. τετάρτη ἡ τοῦ Βαλεντίνου. πέμπτη ἡ τοῦ Πτολεμαίου. ἕκτη ἡ τοῦ Μάρκου. ἑβδόμη ἡ τῶν Ἀσκοδρύγων. ὀγδόη ἡ τῶν Κολορβάσου. ἐνάτη ἡ τῶν Ὀφιτῶν. δεκάτη ἡ τῶν Προδίκου. ἑνδεκάτη ἡ τῶν Καϊανῶν. δωδεκάτη ἡ τῶν Σηθιανῶν. τεσσαρεσκαιδεκάτη ἡ τῶν Ἀρχοντικῶν. πεντεκαιδεκάτη ἡ τῶν Κέρδωνος καὶ Μαρκίωνος. ἑκκαιδεκάτη ἡ τοῦ Λουκιανοῦ. ἑπτακαιδεκάτη ἡ τῶν Ἀπελλῆ. ὀκτωκαιδεκάτη ἡ τῶν Σεβηριάνων. ἐννεακαιδεκάτη ἡ τῶν Ταπιανοῦ. εἰκοστὴ ἡ τῶν Ἐγκρατιτῶν. εἰκοστὴ πρώτη ἡ τῶν Μοντανιστῶν. εἰκοστὴ δευτέρα ἡ τῶν Κυϊντιλιανῶν καὶ Πρισκιλιανῶν, καὶ Πεπουζιτῶν, καὶ Ἀρτοτυριτῶν. εἰκοστὴ δευτέρα ἡ τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν. εἰκοστὴ τρίτη ἡ τῶν λεγομένων Ἀλόγων. εἰκοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Ἀδαμιανῶν. εἰκοστὴ πέμπτη ἡ τῶν Σαμψαίων καὶ Ἐλκεσαίων. εἰκοστὴ ἕκτη ἡ τῶν Θεοδοτιανῶν.

Θεοδοσιανῶν. εἰκοστὴ ἑβδόμη ἡ τοῦ Νοήτου καὶ τοῦ Ναυάτου. Εἰκοστὴ ὀγδόη ἡ τοῦ Σαβελλίου. Εἰκοστὴ ἐνάτη ἡ τοῦ Μαρκέλλου. τριακοστὴ ἡ τῶν Οὐαλησίων. τριακοστὴ πρώτη ἡ τοῦ Ωριγένους, ἐν ᾗ καὶ περὶ ψυχῆς τινα, καὶ ἐξήγησις τοῦ ἀπορρήτου ὅ φησιν, ἑκάστου ὃ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει. τριακοστὴ δευτέρα ἡ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως. τριακοστὴ τρίτη ἡ τῶν Μανιχαίων καὶ Κουβρικίων. τριακοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Ἱερακιτῶν. τριακοστὴ πέμπτη ἡ τῶν Κολλυριδιανῶν. τριακοστὴ ἕκτη ἡ τῶν Μασσαλιάνων, ἤτοι Εὐχιτῶν, ἐν ᾗ καὶ ἀπαρίθμησις τῶν ἀσεβῶν δογμάτων τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. τριακοστὴ ἑβδόμη ἡ τῶν Κηρινθιανῶν. τριακοστὴ ὀγδόη ἡ τῶν Ἡκετῶν (ἡκετικῶν.) τριακοστὴ ἐνάτη ἡ τῶν γνωσιμάχων. τεσσαρακοστὴ ἡ τῶν Θνητοψυχιτῶν. τεσσαρακοστὴ πρώτη ἡ τῶν χριστολυτῶν. τεσσαρακοστὴ δευτέρα ἡ τῶν ἐθνοφρόνων. τεσσαρακοστὴ τρίτη ἡ τῶν Παρερμηνευτῶν. καὶ τεσσαρακοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Μελιτιανῶν.

geſima-ſeptima, Noëti & Navati. Vigeſima-octava, Sabellii. Vigeſima-nona, Marcelli. Trigeſima, Valeſianorum, ſive Valentianorum. Trigeſima-prima, Origenis, ubi quædam de anima, & enarratio dicti hujuſmodi: *Cujuſque opus quale ſit, ignis probabit.* Trigeſima-ſecunda, Pauli Samoſateni. Trigeſima-tertia, Manichæorum & Cubricorum. Trigeſima-quarta, Hieracitarum. Trigeſima-quinta, Collyridianorum. Trigeſima-ſexta, Maſſalianorum, ſive Euchitarum: ubi enumeratio impiorum dogmatum ejuſdem hæreſis. Trigeſima-ſeptima, Cerinthianorum. Trigeſima-octava, Iceticorum. Trigeſima-nona, Gnoſimachorum. Quadrageſima, Thnetopſychitarum. Quadrageſima-prima, Chriſtolytorum. Quadrageſima-ſecunda, Ethnophronorum, ſive eorum qui cum Ethnicis ſentiunt. Quadrageſima-tertia, Parermeneutarum, ſive eorum, qui prave Scripturas interpretantur. Quadrageſima-quarta, Meletianorum.

Τόμος πέμπτος.

Ἐν τῷ τοιούτῳ πρῶτον περὶ τοῦ Ἀρείου ὅθεν ὥρμηται, καὶ περὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῶν ἠθῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀσεβῶν δογμάτων, καὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ δι' αὐτὸν συνόδου, καὶ τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ. ἐν ταύτῃ δὲ καὶ μνεία τῆς ἐν Ἀριμινίῳ γενομένης συνόδου, ὡσαύτως καὶ τῆς ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρείας. ἔκπυστε πρὸς ταῦτα ἡμετέρα ἀπόδειξις. ἐκ δὲ τούτου διήγησις τῶν κατ' Ἄετιον, καὶ τοῦ Εὐνόμιον. καὶ ἐφεξῆς κεφάλαια δι' ὧν πειρᾶται δόξαι τὸν υἱὸν ὑστερογενῆ τοῦ πατρὸς καὶ κτίσμα. καὶ μετὰ ταῦτα δόξης πνὲς τοῦ Ἀετίου καὶ τοῦ Εὐνομίου αἱρετικαὶ, καὶ ἀναγραφαὶ τούτων συγγραφεῖσαι πρὸ ἡμῶν. καὶ μετὰ ταῦτα αἱ χρήσεις τῶν ἁγίων.

Tomus quintus.

In hoc Tomo, primùm de Ario, unde prodierit, de ſtatura & moribus ejus, de impiis ejuſdem dogmatibus: de ſynodo, quæ illius cauſa Nicææ habita eſt; de ſubverſione & damnatione ejus: atque ibidem memoria ſynodi Ariminenſis; ſimiliterque de ſynodo Seleuciæ celebrata. Deinde refutatio ejus a nobis adornata. Poſtea enarratio de rebus Aëtii & Eunomii. Deinceps capita, quibus [Eunomius] probare nititur, Filium poſt Patrem ortum & creaturam eſſe. Sub hæc propoſitiones quædam hæreticæ Aëtii & Eunomii, earumque refutationes a nobis deſcriptæ: & poſtea loca Sanctorum Patrum.

Τόμος ἕκτος.

Περὶ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου. ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ τόμῳ μνεία πάλιν τοῦ Ἀρείου καὶ τῶν συμφρόνων αὐτῷ,

Tomus ſextus.

De Macedonio Pneumatomacho, ſive Spiritus ſancti hoſte. In hoc item Tomo iterum memoratur Arius & ejus aſſe-

clæ : tum duo Euſebii, Nicomedienſis videlicet & is, qui in Cæſarea Palæſtinæ : de S. Athanaſio : de S. Paulo Confeſſore. De ſynodo Sardicenſi. De reſtitutione Macedonii in thronum Conſtantinopolitanum, & de ejus in ſanctam Trinitatem blaſphemis dictis, maximeque in ſanctum Spiritum. Deinde autem enarratio, quomodo ſecunda Synodus congregata fuerit, & de definitionibus ac decretis ejuſdem : de abdicatione throni Conſtantinopolitani per ſanctum Gregorium Theologum. Demum loca ſanctorum Patrum, quod pari honore adficiendus ſit Spiritus ſanctus, ac Pater & Filius.

Tomus ſeptimus.

De vita & hæreſibus Apolinarii : & ſanctorum Deiferorumque Patrum dicta, quibus illæ confutantur & evertuntur.

Tomus octavus.

De vita & hæreſi Neſtorii : deque dictis divinis, quibus ſanctiſſimus Papa Alexandriæ Cyrillus, hujuſmodi hæreſim evertit.

Tomus nonus.

Enarratio de rebus Eutychis & de hæreſi ejus : ac decretum quartæ ſanctæ Synodi contra eumdem Eutychen. Poſtea de iis, qui Dioſcoro Patriarchæ Alexandrino patrocinabantur, qui cum Eutyche, utpote earumdem hæreſium aſſertor, condemnatus eſt, donec ii etiam diviſi ſunt, ſeſe Diacrinomenos, id eſt ſegregatos, appellantes. In hac vero narratione quædam de iis, qui Acephali vocabantur, & mentio Joannis Grammatici, qui Philoponus appellabatur. Poſtea vero Problemata quædam Monophyſitarum : & ad hæc Antirrheticus unus. Demum Epiſtola Leonis ſanctiſſimi Papæ Romani, ad quartam Synodum miſſa.

καὶ τῶν δύο Εὐσεβίων τοῦ τε τῆς Νικομηδείας καὶ τοῦ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας, τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ. περὶ τῆς ἐν Σαρδίκῃ συνόδου. περὶ τῆς εἰς τὸ δεύτερον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀποκαταστάσεως τοῦ Μακεδονίου, καὶ τῶν εἰς τὸν ἅγιον πνεῦμα βλασφημιῶν αὐτοῦ, ἐξαιρέτως τῶν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ καθεξῆς διήγησις ὅπως συνέβη ἡ δευτέρα σύνοδος, καὶ περὶ τῶν κυρωθέντων ὑπ' αὐτῆς· καὶ τῆς ἀποχειροτονίας τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου τῆς ἐπὶ τοῦ δεσπότου Κωνσταντινουπόλεως. καὶ μετὰ ταῦτα αἱ χρήσεις τῶν ἁγίων αἱ περὶ τοῦ ἐμπνεῖν ἢ) τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ λόγῳ ἐκφωνηθεῖσαι.

Τόμος ἕβδομος.

Περὶ τοῦ βίου καὶ τῶν αἱρέσεων τοῦ Ἀπολιναρίου, καὶ τῶν αἱρετιζόντων αὐτοῦ ῥημάτων τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων ἡμῶν πατέρων.

Τόμος ὄγδοος.

Περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς αἱρέσεως Νεστορίου, καὶ τῶν θεοπλόκων ῥημάτων τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἀλεξανδρείας Κυρίλλου, τῶν αἱρετιζόντων τὸν τοιοῦτον αἵρεσιν.

Τόμος ἔνατος.

Διήγησις τῶν κατὰ τὸν Εὐτυχῆ καὶ τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν. καὶ ὅρος τῆς κατὰ τοιούτου Εὐτυχοῦς συγκροτηθείσης ἁγίας τετάρτης συνόδου. Εἶτα περὶ τῶν αἰτιαμενομένων τοῦ Διοσκόρου, ὃς πατριάρχης ὢν Ἀλεξανδρείας, συγκαθηρέθη δὲ τῷ Εὐτυχῆ ὡς ὁμόφρων τοῦτ' ἔστιν αἱρέσεων, * εἰς αὖ οὗτοι διηρέθησαν, διακρινομένους ἑαυτοὺς ὀνομάσαντες. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ διηγήσει, καὶ περὶ τῶν λεγομένων Ἀκεφάλων τινὰ, καὶ μνεία Ἰωάννου γραμματικοῦ τοῦ λεγομένου Φιλοπόνου. καὶ ἔκτοτε προβλήματά τινα τῶν Μονοφυσιτῶν, καὶ πρὸς ταῦτα ἀντίῤῥησις μία. καὶ ἐφεξῆς ἡ ἐπιστολὴ τοῦ Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ῥώμης, ἣ πεμφθεῖσα πρὸς τὴν τετάρτην σύνοδον.

Τόμος δέκατος.

Περὶ τ πέμπτης συνόδου, ἥτις τ τετάρτην συνοδον ἐκύρωσε κ ἐκράτυνε, συγχροτηθεῖσα ἐπὶ τ βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. ἐν δὲ τῇ διηγήσει τ τοιαύτης συνόδου, καὶ τ ὅπως συνεχροτήθη, ἐμφέρεται ἡ αἵρεσις τ Μονοφυσιτῶν, ἐν μέρει δὲ καὶ τ Νεστοριανῶν. ἔκτοτε ψῆφος Ἐπιφανίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τ ἐνδημούσης συνόδου κ Σεβήρου καὶ Ζωόρα καὶ Πέτρου τ Μονοφυσιτῶν. ἑτέρα ψῆφος Μίνα πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κατὰ τ αὐτῶν. Ἀναθεματισμοὶ Ἀνθίμου μητροπολίτου Τραπεζοῦντος Μονοφυσίτου ὄντος. ἑτέρα ψῆφος τ αὐτ πατριάρχου καθαιρετικὴ τ αὐτ Ἀνθίμου. Ἔκτοτε ἀφήγησις Ἰουστινιανοῦ βασιλέως κατὰ Ἀνθίμου, Σεβήρου, Πέτρου, καὶ Ζωόρα. Ἐπιστολὴ Ἰωάννου Ἱεροσολύμων κ τ σὺν αὐτὸν ἐπισκόπων δεχομένη τὰ κατὰ Σεβήρου ψηφισθέντα. κ μετ ταῦτα χρήσεις ἀφόρους τ ἁγίων κατὰ τ Μονοφυσιτῶν.

Τόμος ἑνδέκατος κατὰ Τριθειτῶν.

Τόμος δωδέκατος κατὰ τ Ἀφθαρτοδοκητῶν.

Τόμος τρισκαιδέκατος κατὰ Θεοπασχητῶν.

Τόμος ιδ'. κατὰ τ Ἀγνοητῶν, ἐν ᾧ μετ ταῖς χρήσεις τ ἁγίων, κ ἄλλα τινὰ εἰς ἀναίρεσιν τ τοιαύτης αἱρέσεως ἐν νέῳ προστεθέντα πρ' ἡμῶν.

Τόμος ιε'. περὶ τ ἕκτης συνόδου, ἥτις συνέστη ἐπὶ τ βασιλείας Κωνσταντίνου τ Πωγωνάτου εἰς ἀναίρεσιν τ τ Μονοθελητῶν αἱρέσεως.

Τόμος ις'. περὶ τ τ Εἰκονομάχων αἱρέσεως.

Τόμος ιζ'. περὶ τ αἱρέσεως τ Ἀρμενίων, ἥτις τοῖς Μονοφυζίταις συνάπτεται· ἐν αὐτῇ δὲ κ προοίμιον ἡμέτερον, καὶ τινὲς λύσεις πρὸς ἀντιθέσεις τ Ἀρμενίων. ἔκτοτε γράμμα τ βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ πρὸς τ κα-

Tomus decimus.

De quinta Synodo, quæ quartam Synodum confirmavit & asseruit, quæque imperante Justiniano coacta est. In narratione autem de illa Synodo, & quomodo collecta fuerit, inseritur hæresis Monophysitarum, atque etiam ex parte Nestorianorum. Deinceps decretum Epiphanii Patriarchæ Constantinopolitani, & Synodi ibidem congregatæ contra Severum, Zooram & Petrum Monophysitas. Alterum decretum Menæ Patriarchæ Constantinopolitani contra eosdem. Anathematismi Anthymi Metropolitæ Trapezuntini, qui Monophysita erat. Alterum decretum ejusdem Patriarchæ, quo damnabatur Anthimus: post hæc Constitutio Justiniani Imperatoris contra Anthimum, Severum, Petrum, & Zooram. Epistola Joannis Jerosolymitani, & Episcoporum, qui sub ipso erant, qua decreta contra Severum recipiuntur, Demum loca varia sanctorum Patrum contra Monophysitas.

Tomus undecimus contra Tritheïtas.

Tomus duodecimus contra Aphthartodocetas.

Tomus decimus-tertius contra Theopaschitas.

Tomus decimus-quartus contra Agnoïtas: ubi post loca sanctorum Patrum, alia quædam ad hujusmodi hæresim subvertendam a nobis insuper adjiciuntur.

Tomus decimus-quintus, de sexta Synodo, Quæ congregata fuit imperante Constantino Pogonato, ad destruendam hæresim Monothelitarum.

Tomus decimus-sextus, de Iconomachorum hæresi.

Tomus decimus-septimus, de hæresi Armenorum, quæ Monophysitis conjungitur. Ibi est proœmium nostrum, & quædam solutiones ad objecta Armenorum. Deinde rescriptum Imperatoris Domni Manuelis ad Catholicum Arme-

niæ. Dialogus Theoriani cujuſdam Legati ejuſdem Imperatoris, in Armeniam miſſi, cum eodem Catholico. Poſtea autem loca variorum Sanctorum contra eamdem hæreſim. Denique capita quædam ſyllogiſtica a nobis collecta contra eam ipſam hæreſim.

Tomus decimus octavus, contra Paulicianos.

Sancti Baſilii & ſancti Gregorii Nyſſeni de Baptiſmate.

Ejuſdem Gregorii Nyſſeni, de participatione Dominici Corporis & Sanguinis.

Tomus decimus-nonus, contra Bogomilos.

Tomus vigeſimus, de cultu Agarenorum, & de conſtitutione circa Saracenos, qui ad puram & immaculatam fidem noſtram convertuntur.

Tomus vigeſimus-primus, de Spiritu contra Latinos: ubi loca multa adferuntur.

Tomus vigeſimus-ſecundus, de Azymis.

Tomus vigeſimus-tertius, in quo ſynopſis dogmatum, quæ ſub Imperatore Alexio Comneno mota & exorta ſunt.

Tomus vigeſimus-quartus, de illo dogmate, *Tu es offerens & oblatus*, quod ſub Imperatore Domno Manuele Comneno prolatum eſt.

Tomus vigeſimus-quintus, de dogmate illo, *Pater meus major me eſt*, quod ſub eodem Imperatore exortum eſt. Quære ipſum tractatum ſtatim poſt hujus dogmatis confirmationem, quam quidam dicebant, non omnino placere: in quo tractatu fere omnium Sanctorum loca feruntur. In fine vero capita quædam ſyllogiſtica, quod non oporteat Chriſtum, qui eſt una hypoſtaſis, unuſque Dominus & Filius Dei, etiam poſt Incarnationem minorem Patre dicere, utpote carnem ferentem. Nos enim hæc non reperimus. *Et altera manu.* At ego cum reperiſſem, poſt initium tertii Tomi hujuſce Libri adjeci.

Tomus vigeſimus-ſecundus, de do-

ϑολικὴν τ᾽ Ἀρμενίας. διάλεξις πρὸς τ αὐτὸν Καθολικὸν * Θεοδώρου τινος ἀπο- * Θεοδωρητ.
στόλου τ αὐτ᾽ βασιλέως εἰς Ἀρμενίαν σταλέντος. ἔπειτα χρήσεις διάφοροι ἁγίων κ τ αὐτῆς αἱρέσεως. εἶτα συλλογιστικά τινα κεφάλαια κατὰ τ αὐτῆς αἱρέσεως συλλεχθέντα ὑπ᾽ ἐμοῦ.

Τόμος ιη'. κατὰ τ Παυλικιανῶν.

Τῶ ἁγίου Βασιλείου καὶ τ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, περὶ τ βαπτίσματος.

Τῶ αὐτ Νύσσης περὶ τ μεταλήψεως τ δεσποτικοῦ σώματος κ αἵματος.

Τόμος ιθ'. κατὰ Βογομίλων.

Τόμος κ'. περὶ τ θρησκείας τ Ἀγαρηνῶν, κ τ τάξεως τ γινομένης ὅτε τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐκ τ Σαρρακηνῶν εἰς τ καθαρὰν κ ἀμόλυντον πίστιν ἡμῶν.

Τόμος κά. περὶ τ πνεύματος κατὰ Λατίνων, ἐν ᾧ κ χρήσεις διάφοροι.

Τόμος κβ'. περὶ τ ἀζύμων.

Τόμος κγ'. ἐν ᾧ πειρᾶται τ κινηθέντων δογμάτων ὅτι τ βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τ Κομνηνοῦ.

Τόμος κδ'. περὶ τ δόγματος τ, σὺ εἶ ὁ προσφέρων κ προσφερόμενος, λαληθέντος ὅτι τ βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τ Κομνηνοῦ.

Τόμος κε'. περὶ τ δόγματος τ, ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν, ἀναφυέντος ὅτι τ αὐτ βασιλέως. ζητεῖται πολλὰ λεγομένων συγγραφῶν ὑπὸ μέν τινων κύρωσιν τ τοιούτου δόγματος παρέχειν λεγομένων ὡς μὴ ἐπιτρέπειν ἀρεσκομένων· ἐν ᾗ δ᾽ συγγραφῇ χρήσεις πολλὰ πανταχόθεν τ ἁγίων ἐμφέρονται. περὶ δ᾽ τέλους καὶ συλλογιστικά τινα κεφάλαια, περὶ τ μὴ δεῖν τ χριστὸν τοῦ μόνου ὑποστάσιν, καὶ τ ἕνα κύριον καὶ υἱὸν τ θεοῦ, κ μετὰ τ σαρκοφόρησιν ἐλάττονα τ πατρὸς λέγειν ὡς σαρκοφόρον· ἡμεῖς γὰρ ταῦτα οὐχ εὕρομεν. * Ἀλλ᾽ ἐγὼ ταῦτα * Alitera manu.
εὑρηκὼς προσέθηκα μετὰ τ καταρχὴν τοῦ τρίτου τόμου τ παρούσης βίβλου.

Τόμος κτ'. περὶ τ δόγματος τ θεοῦ

τ̃ Μωάμετ. ὃ λαληθέντος ὅτι τ̃ αὐτ̃ βασιλέως.

Τόμος κζ. περὶ τ̃ δόγματος τ̃ θείων μυστηρίων τ̃ κινηθέντος ὅτι τ̃ βασιλείας τ̃ ὀξ Ἀγγέλων Ἀλεξίου τ̃ Κομνηνοῦ, τ̃ ἃ κυρώσαντος, ἄφθαρτα λέγεσθαι ταῦτα καὶ μὴ φθαρτά.

gmate Dei Mohameth, quod eodem imperante expositum fuit.

Tomus vigesimus-septimus, de dogmate divinorum mysteriorum, excitato sub Imperio Alexii Comneni Angeli, qui & decrevit hæc, incorruptibilia, non autem corruptibilia, dici oportere.

Charactere autem vulgari specimen sequens ita legitur.

Τόμος ἐνενηκοστὸς ἔκτος κατὰ Βογομίλων.

Βόγ μὲν ἡ τ̃ Βουλγάρων γλῶσσα καλεῖ τ̃ Θεόν. Μίλυι δ' ἐστὶν, ἐλέησον. Εἴη δ' ἂν Βογόμιλος κατ' αὐτοὺς, ὁ τ̃ Θεοῦ τ̃ ἔλεον ἐπισπώμενος. Ἀθετοῦσι πάσας τὰς Μωσαϊκὰς βίβλους μετὰ καὶ τ̃ ἐν αὐταῖς ἀναγραφομένου Θεοῦ καὶ τ̃ εὐαρεστησάντων αὐτῷ δικαίων· καὶ μόνῳ καὶ τὰς μετ' αὐτὰς ἁπάσας ὡς κατ' ἐπίνοιαν τ̃ σατανᾶ γραφείσας· ἵλεως δὲ ἡμῖν εἴη κύριος τὰ ἐκείνων λέγουσι. μόνας δὲ παραδέχονται καὶ τιμῶσιν ἑπτὰ, καὶ εἰς ἄκρον ἀκριβάζουσι· λέγω δὴ τὸ Ψαλτήριον, τὸ ἑξακαιδεκαπρόφητον, τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγ-

Tomus decimus-nonus, de Bogomilis.

Deus quidem Bulgarorum lingua *Bog* dicitur. *Milui* vero significat, *Miserere*. Fuerit autem secundum illos *Bogomilus*, is qui Dei misericordiam sibi attrahit. Omnes Mosaïcos Libros, Deumque ipsum, de quo in illa scriptura agitur; justos item ac eos, qui ibidem Deo placuisse feruntur, repudiant; imo etiam omnes alias scripturas, quæ post illam priorem scriptæ sunt, quasi ex inventione satanæ profectas rejiciunt: propitius sit Dominus nobis, qui illorum opinionem proferimus. Sed septem dumtaxat Scripturæ Libros recipiunt & honorant, sum-



moque affectu complectuntur; videlicet Psalterium, sexdecim Prophetas, Evangelia secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, & secundum Joannem; septimum autem Librum admittunt Acta Apostolorum cum omnibus Epistolis & Apocalypsi Joannis Apostoli. Nam *Sapientia ædificavit sibi domum, & columnis septem fulcivit.* Domum autem abominandam synagogam suam falso interpretantur; septem vero columnas, prædictos Libros.

γλιον, ὃ κατὰ Μάρκον, ὃ κατὰ Λουκᾶν, καὶ ὃ κατὰ Ἰωάννου· καὶ ἕβδομον τὸ βίβλον τῶν πραξέων σὺν πάσαις ὑποτολαῖς πάσαις, καὶ τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Θεολόγου Ἰωάννου· ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλοις ἑπτά. οἶκον μὲν τὴν παμμιαρὰν αὐτῶν συναγωγὴν προεμυθεύοντες· στύλοις δὲ ἑπτά, τὰς ἀπριβμηθείσας βίβλους.

Hactenus de characteribus variarum ætatum ad usque decimum-quartum a Christo nato sæculum. Recentiorum vero Codicum exempla proferre supervacaneum esset. Exinde namque infinitæ prope sunt Codicum Manuscriptorum inter se varietates. Et alioquin, quisquis veteres hujusmodi Libros tractare solet, ad primum conspectum, perinde atque in exemplaribus Latinis, recentiorem illam scripturam a vetustiori distinguere potest. In hac enim, quemadmodum & in aliis disciplinis, usus magister.

CAPUT X.

Alphabeta omnium formarum, quæ Libro secundo, tertio & quarto continentur, secundum ætatis ordinem: itemque arcanarum literarum Alphabeta.

POSTQUAM Chronico ordine omnium, quas quidem vidimus, Græcarum scripturarum Tabulas & specimina dedimus; operæ pretium fuerit cunctas variorum temporum formas repetere, atque uno sub aspectu ponere. Tabulam itaque concinnavimus, ubi secundum temporis rationem singulas cujusque literæ formas adferimus: additis etiam arcanis literis. Ne quis autem unde tales figuræ prodeant immemor, ad specimina omnia supra posita redire cogatur, visum est ad Lectoris commodum, unde propositi characteres excerpti sint carptim commemorare.

A, hæc forma prisca & vulgaris est: secunda in tribus saltem vetustissimis inscriptionibus observatur: tertia in antiquo marmore: quarta in nummo Æsillæ & in vetustissimis Codicibus passim: quinta in Deliaca inscriptione p. 122. sexta in nummis Antiochorum aliorumque Regum & civitatum Græciæ, punctisque notatur: septima ex marmore Diodori Papiæ, L. 2. c. 7. octava & nona in gemmis Basilidianorum observatur: decima item in gemmis Basilidianorum & in vetustis Tabulis æneis marmoreisque non raro: undecima item in gemmis Basilidianorum: duodecima in Glossario Laudunensi: decima-tertia in Libris a nono sæculo passim: decima-quarta in aliquot exemplaribus decimi-sæculi: decima-quinta in Libris manuscriptis noni ac decimi sæculi: decima-sexta in multis Codicibus a decimo sæculo: decima-septima, quæ est lineola recta, literæ præcedenti semper imponitur, legiturque ibi τα. Formæ autem Arcanæ Libro quarto, c. 4. pluribus explicantur.

B, hæc forma vetuſta & vulgaris uſus eſt : ſecunda exſtat in marmore Baudelotiano : tertia Antiochorum, ut & omnes aliæ punctis notatæ : quarta in gemmis Baſilidianorum : quinta in Chyndonactis inſcriptione : ſexta in Codice Colbertino ſeptimi vel octavi ſæculi : ſeptima in altero Codice ejuſdem circiter ævi : octava in manuſcripto Laudunenſi : nona in Cod. Colbertino octavi vel noni ſæculi : tres ſequentes in Codicibus paſſim a nono ſæculo.

Γ, hæc eſt priſca hujus literæ forma, quæ ſemper in uſu fuit : ſecunda in marmore Baudelotiano : tertia in columnis Farnezianis ſecundum veterem Ionicam formam inſculptis : quarta in nummis Antiochorum, &c. quinta & ſexta a nono ſæculo vulgaris usûs fuere.

Δ, ſic priſce ſcribitur : ſecunda forma Latino D ſimilis, vetuſta item eſt & Ionica, habeturque in columnis Farnezianis & alibi : tertia punctis notata ut ſupra : quarta in Manuſcriptis charactere unciali a ſeptimo ſæculo : quinta, ſexta & ſeptima in Codice Lactantii : octava & nona a nono ſæculo vulgaris ſunt uſus.

E, prima forma priſca eſt : ſecunda in marmore Deliaco : tertia in nummis Antiochorum ut ſupra : quarta in marmoribus & nummis ab initio Romani Imperii, & in Exemplaribus unciali charactere ſcriptis ſemper : quinta in marmoribus Neapolitanis, & in Libris a decimo ſæculo : ſexta in Libris unciali charactere ſcriptis ab octavo ſæculo & in aliis poſterioris ævi : ſeptima in Codicibus noni & ſequentium ſæculorum.

Ϝ, Ϝαῦ ὀπίσθιον hanc habet formam in vetuſtis nummis & marmoribus, & in Alphabetis Græcis, qui a Latinis conſcripti ſunt ad uſque undecimum ſæculum : ſecunda in vetuſtis item libris reperitur : tertia in quibuſdam inſcriptionibus Auguſtorum tempore : quarta in nummis Gallieni & nonnumquam in aliis ejuſdem circiter ævi.

H, hæc forma priſco uſu pro ſpiritu tantum uſurpabatur : ſecunda, quæ eſt E vulgare, pro ἦτα adhibebatur primitus : tertia in nummis Antiochorum ut ſupra : quarta in Epitaphio Coſmiæ, L. 2. c. 7. quinta & ſexta a nono ſæculo vulgaris uſus ſunt.

Θ, ſic priſce ſcribitur : ſecunda forma decuſſatis lineis prodit ex marmore Farneziano : tertia ex inſcriptione Deliaca : quarta ſub icone Theophraſti Romæ & alibi : quinta cum puncto in medio non infrequens & veteris formæ eſt : ſexta in nummis Antiochorum : ſeptima in antiquis tabulis Siculis Gualtheri : octava in Codicibus unciali charactere ſcriptis a ſeptimo vel octavo ſæculo : duæ poſtremæ a nono ſæculo vulgares ſunt.

I, priſcam formam ſemper ſervavit : ſecunda cum punctis eſt Antiochorum ut ſupra : tertia ſola magnitudine differt.

K, prima forma eſt priſci ac deinde perpetui uſus : ſecunda Antiochorum : tertia a ſeptimo ſæculo uſurpata fuit, & tantillum differt a prima : duæ poſtremæ ab nono ſæculo obtinuerunt in Libris.

Λ, hæc forma priſca eſt : ſecunda in marmore Baudelotiano & in nummo Dancles : tertia in altero marmore Baudelotiano, in nummo Æſillæ, & in nummis innumeris pro anno ſignificando : putaturque eſſe initium vocis Λυκάβαντος : quarta in nummis Antiochorum ut ſupra : quinta nono, ut creditur, ſæculo in libros advecta eſt, ut per tranſverſam lineam cum præcedenti litera continuaretur : ſexta per tranſverſam ab altero latere lineam cum ſequenti linea copulabatur : ſeptima vulgaris eſt.

ALPHABETI GRÆCI VARIÆ PER ORDINEM ÆTATIS FORMÆ.



M, hanc formam priſce habet : altera item vetus eſt : tertia in marmoribus non paucis : quarta in nummo Amyntæ & aliis : quinta in aliquot vetuſtis marmoribus, & in Libris non paucis, unciali charactere ſcriptis : ſexta in nummis Antiochorum : ſeptima in Codice Lactantii Bononienſi : octava inter unciales literas ſeptimi, octavi & noni ſæculi : duæ poſtremæ vulgares ſunt a nono ſæculo.

N, prima forma priſca & vulgaris eſt : ſecunda in aliquot inſcriptionibus remotiſſimæ vetuſtatis : tertia in nummo Amyntæ : quarta in numiſmatibus Antiochorum, ut ſupra : quinta in inſcriptione Papiæ Diodori : ſexta in Gloſſario Laudunenſi : tres poſtremæ a nono ſæculo vulgares ſunt.

Ξ, prima forma poſt bellum Peloponneſiacum advecta videtur, annis ante Chriſti ortum circiter 450. nam antea ſecunda, quæ per duas literas χ & ς exprimitur, uſurpabatur : tertia in aliquot marmoribus occurrit (vide Gruterum, p. LXXI.) & in vetuſtiſſimis Libris : quarta item in aliquot marmoribus : quinta in nummis Antiochorum ut ſupra : ſexta in aliquot nummis & lapidibus : ſeptima in gemmis Baſilidianorum & alibi : octava item in gemmis Baſilidianorum : nona in vetuſtiſſimis Libris charactere unciali quadro & rotundo, de quo initio Libri tertii : decima in Codice Murbacenſi ſeptimi circiter ſæculi : undecima in Codicibus octavi & noni ſæculi charactere unciali : duodecima paſſim a nono ſæculo : decima-tertia in aliquot Codicibus noni ſæculi : decima-quarta eodem circiter ævo.

O, prima forma priſcæ vetuſtatis eſt : ſecunda in nummo Amyntæ & in vetuſtiſſimis marmoribus, atque in gemmis Baſilidianorum paſſim : tertia in Tabulis Siculis Gualtheri in aliiſque marmoribus : quarta, quæ eſt punctum craſſum, in nummis Philippi Macedonis & in aliis : quinta punctis diſtincta in nummis Antiochorum &c. ſexta & ſeptima in gemmis Baſilidianorum : octava oblonga in Codicibus octavi & noni ſæculi : poſtrema vulgaris eſt, ſolaque magnitudine differt a prima.

Π, prima forma priſca eſt : ſecunda item in marmoribus vetuſtiſſimis paſſim habetur : tertia in nummis Antiochorum ut ſupra : duæ poſtremæ a nono ſæculo vulgares ſunt in Codicibus.

Ϸ, δίσημον σὺν τῇ ſecundum primam & ſecundam formam in aliquot vetuſtis Libris occurrit, ſecundum tertiam in marmoribus Oxonienſibus.

ϟ, δίσημον κόππα, ſecundum formas quatuor ex vetuſtis Libris eruitur. Vide initio Libri ſecundi pro utroque epiſemo.

P, hæc prima forma priſca eſt : ſecunda habetur in marmore Baudelotiano : tertia in columna Farneziana : IV. in Deliaca inſcriptione : V. punctis notata ut ſupra : VI. Baſilidianorum : VII. in marmore quodam : reliquæ vulgares.

Σ, ſic priſce ſcribitur, & hæc eſt forma vetus vulgaris in marmoribus & nummis : ſecunda forma in marmoribus Baudelotiano & Farneziano : tertia in quibuſdam marmoribus & nummis pervetuſtis, ubi lineæ admodum ductæ viſuntur : quarta, quæ eſt S Latinum, in Deliaco marmore, in nummo Æſillæ, in quadam Plinii inſcriptione, & alibi : quinta punctis ſignata in nummis Antiochorum, &c. ſexta in marmoribus ab initio Auguſtorum & Cæſarum frequenter, ut videas Libro ſecundo : ſeptima a tempore Auguſtorum frequentius in nummis & inſcriptionibus : atque in Libris quadro & rotundo unciali charactere deſcriptis ad uſque ſeptimum vel octavum ſæculum hæc una forma deprehenditur ; nimirum ad figuram C Latini : octava

in Libris octavi & noni sæculi, qui uncialibus & oblongis literis descripti sunt; duæ pōstremæ frequentissime observantur a nono ad hoc usque sæculum, & hæ sunt vulgares formæ.

T, hæc est prisca vulgarisque forma, quæ nihil pene varietatis admisit; secunda cum punctis in numismatibus Antiochorum : tertia & quarta, a nono sæculo usurpantur : ac postrema nonnisi magnitudine differt a prima.

Υ, hac forma prisce scribitur : secunda ex nummo Amyntæ prodit : tertia in marmore Andocidis & in Ancyranis inscriptionibus passim habetur : quarta in nummo Græco Byzantio perantiquo nostro, & in gemmis Basilidianorum : quinta in nummis Antiochorum : sexta in Epitaphio Diodori Papiæ : septima in Chyndonactis inscriptione : octava in Codicibus sexti, septimi, octavi & noni sæculi, unciali charactere scriptis : nona & decima a nono sæculo vulgares sunt.

Φ, hac forma prisci est usus : secunda forma quadra Romæ habetur in quadam inscriptione vetustissima ad imum Iconis cujusdam : tertia in Nymphodori inscriptione & alibi : quarta in marmore insulæ Syro, referente D. de Tournefort : quinta in nummis Antiochorum ut supra : sexta in gemmis Basilidianorum : duæ postremæ in Manuscriptis a nono sæculo passim.

X, in omnibus formis nihil fere mutavit a prisca figura : secunda est in nummis Antiochorum : tertia usus vulgaris a nono sæculo.

Ψ, parum mutavit a prisca forma : secunda in nummis Antiochorum : tertia in gemmis Basilidianorum, & in manuscriptis unciali charactere scriptis octavo & nono sæculo passim : quarta vulgaris est a nono sæculo.

Ω, ante Christum annis circiter 450. inductum est : prius autem per O simpliciter scribebatur, ut videas initio Libri secundi : tertia forma, in Nymphodori inscriptione, vide Lib. 2. cap. 2. quarta in Tabulis Siculis Gualtheri; quinta in marmoribus Oxonienſibus : sexta in nummis Antiochorum : septima & octava in marmoribus ; vide Lib. 2. cap. 7. nona in marmoribus & nummis passim ab imperio Augusti, in Libris item omnibus cujusvis ætatis: decima in Chyndonactis inscriptione : undecima a nono sæculo vulgaris fuit usus.

Quod ad arcanas vero formas, quæ in alia Tabulæ parte repræsentantur, hæc adjicere libet iis, quæ supra de Cryptographia diximus. Hæ igitur arcanæ literæ vel per commutationem characterum vulgaris Alphabeti fiunt, vel per figuras a Calligraphis vel Tachygraphis excogitatas, quales habentur in Tabula ; vel invertendo vulgares formas, cujusmodi in eadem Tabula quædam repræsentantur ; vel denique in ipsis Alphabetis veteres & tunc exoletæ literarum formæ ponebantur, ubi nulla plerumque arcani ratio.

ARCANÆ ET OBSOLETÆ FORMÆ.

Prima itaque arcana forma τῦ α per θ repræsentatur : secunda a Scribis excogitata est, tertia & quarta, veterem, sed apud Græcos Librarios, ut plerumque diximus, obsoletam formam, referunt, ita ut prior transversæ lineæ loco duo puncta in medio habeat. Quinta Librariorum arbitrio efficta est.

Prima arcana forma τῦ ϛ per η exprimitur, secunda & quarta sunt ϛ resupinatum, tertia ϛ commune.

S, arcano more exhibetur primo per ζ : secundo per Γ inversum & reclinatum : tertio per T : quarto per furcam jacentem.

ϡ, primo per epiſemon ϛ repræſentatur, ſecundo per σ: tertio per aliam figuram, quæ A ſimul & Δ exprimere videtur: quarto per formam peregrinam.

ε, in arcanis formis per ſolam literarum commutationem factis non mutari ſolet: ſecunda forma arcana peregrina eſt, tertia, ad E majuſculum accedit: quarta eſt E, quæ figura ante Romanum imperium unica erat, ſub Romano autem imperio invecta putatur forma ϵ. E vero priſcum in Codicibus Græca manu ſcriptis prorſus obſolevit, ut ſæpe diximus: quinta forma eſt ϵ ſupinum tranſversâ lineâ ſubtus ad perpendiculum poſitâ.

Prima arcana forma τῶ ζ eſt γ: ſecunda a Librariis excogitata, tertia eſt vetuſtiſſimi uſus in marmoribus, ut videas paſſim Libro ſecundo, ſed prorſus obſoleta in Libris: quarta, peregrina prorſus eſt & Librariorum commentum.

η, arcano more per Ϛ primum exhibetur. Secunda eſt etiam Ϛ, ſic frequenter expreſſum a nono ſæculo ω. Tertia eſt H majuſculum cum duobus punctis in medio pro linea tranſverſa.: quarta, aſtericus.

θ, per α primùm exprimitur. Secunda eſt Δ, quam uſurpatam nuſquam reperi; ſed in Codice quodam Florentino, de quo ſupra cap. 4. inter arcanas habetur. Tertia & quarta vulgares ſunt, ſed cum uno puncto in priore, in altera cum duobus. Quinta item vulgaris eſt, ſed linea tranſverſa in furcas deſinit.

ι, arcane ſcribitur primo per epiſemon *Sanpi*, ſecundo per aliam effictam formam peregrinam, quæ ad σ accedit.

κ, primam formam arcanam habet π, ſecundam a Librariis effictam: tertia & quarta ad germanam τῶ K formam accedunt cum parvo diſcrimine.

λ, primam formam arcanam habet ο, ſecundam vulgari λ non multum abſimilem, tertiam, ο ſubjuncta linea.

Prima forma arcana τῶ μ eſt ξ. Secunda & quinta adinventæ a Librariis, tertia & quarta, in Codicibus paſſim & pro vulgaribus habentur.

ν, in arcanis formis per literarum commutationem factis vulgarem figuram retinet: aliæ duæ arcanæ formæ peregrinæ ſunt, & a Librariis confictæ.

ξ, arcane ſcribitur, primo per μ. Secunda forma ad literam Ξ accedit, quæ in nullis Codicibus manuſcriptis obſervatur. Reliquæ, a Librariis excogitatæ ſunt.

ο, arcane exprimitur per λ, binæ formæ ſequentes nutu Librariorum confictæ.

π, primam formam arcanam habet κ. Secunda & quinta Librariorum inventum: tertia & quarta priſci ſunt uſus; ſed in Libris manuſcriptis obſoleverunt.

Prima forma arcana τῶ ρ eſt *epiſemon Koppa*, ſecunda eſt ρ inverſum, tertia & quarta a vulgari hujus literæ figura parum deflectunt. Poſtrema a Librariis efficta.

σ, in arcana ſcriptura primo per ω exprimitur: ſecunda & quarta forma Librariorum arbitrio confictæ ſunt: tertia eſt ⊏ olim in uſu in marmoribus, in Libris vero numquam.

τ, in arcanisper ⏚ exprimitur, binæ reliquæ formæ confictæ ſunt a Librariis.

υ, primam formam arcanam habet χ. Secundam & quintam a Librariis

excogitatas, tertiam & quartam a vulgaribus priſcis non recedentes.

φ, in vulgari Cryptographia, quæ fit per commutationem literarum, non mutari ſolet. Forma ſequens a vulgari parum recedit, alia in veteribus Tabulis aliquando reperitur, poſtrema a Librariis inventa eſt.

χ per υ arcane ſcribitur ſecunda forma a vulgari parum deflectit, tertia a Librariis inventa.

χ, per τ arcane ſcribitur, ut in prima & ſecunda forma, tertia item eſt ⸸, quarta a Librariis excogitata.

⸸, per τ arcane ſcribitur, ut in prima & ſecunda forma, tertia item eſt ⸸, quarta a Librariis excogitata.

ω, primam arcanam formam habet σ. Secundam & tertiam a Librariis inventas.

Hæ porro formæ arcanæ erutæ ſunt ex Codice Florentino, de quo ſupra. Habentur item in Regio quodam. Quia vero inter illas multæ ſunt, quæ arcani rationem nullam habere videntur, æſtimo Librarios permixtim poſuiſſe, tum arcanas, tum eas quæ veteris uſus & obſoletæ erant.

His igitur, quæ nunc dicimus, accinit Codex ille Regius, num 3242. fol. 116. ubi Alphabetum primo vetus Atticum ponitur. Deinde aliud ſecundum varias Græcorum formas. Prioris Alphabeti titulus eſt: Ἀλφάβητος κατὰ τοὺς παλαιοὺς Ἀττικούς. *Alphabetum ſecundum veteres Atticos.* Ubi notes vocem ἀλφάβητος apud Græcos feminini generis vulgo eſſe. In hoc autem Attico Alphabeto, nihil præter priſcam literarum formam eſt, niſi Π, quod ita ſcribitur ⌐⌐, quæ forma item in ſequenti Alphabeto cum alia hujus literæ forma repræſentatur. Illud autem ſequens Alphabetum, hunc titulum habet, ἑτέρα κατὰ τοὺς τῶν πανελλήνων τύπους; id eſt, *Aliud Alphabetum, ſecundum formas omnium Græcorum.* Ibi vero omnes pene formæ ſunt, quales in Tabula efformatas vides eas, quæ priſcæ non extraneæ nec Librariorum nutu effictæ ſunt; iis exceptis, quas hic notamus. Ϛ, hac forma habetur ⋿, quam nuſquam uſurpatam reperi. Ξ priſco more ſic, & ſic efformatur ⋿: has vero formas ſemel & in hoc tantum Codice expreſſas animadverti. Ibidem autem Ω ſic priſco more ſcribitur. Et hæc de literarum formis variis.

PALÆOGRAPHIA GRÆCA,

LIBER QUINTUS.

DE ABBREVIATIONIBUS AC DE NOTIS disciplinarum & artium.

CAPUT PRIMUM.

De Abbreviationibus tritis. Recensentur errores non pauci per abbreviationes tritas importati. De Abbreviationibus singularibus, & de Abbreviationibus vocum & syllabarum, itemque Nominum propriorum, ac de Monocondiliis.

ABBREVIATIONES Græci Calligraphi a nono sæculo summopere frequentant: etenim ante istud ævum, cum unus in Libris uncialium literarum usus esset, infrequentius abbreviatum deprehendimus: abbreviationesque istiusmodi lectu faciles sunt, & obviæ. Excepta vero particula καὶ, quæ sic in uncialibus Manuscriptis, subjuncto calami ductu scribitur, $^{\kappa}{}_{s}$, ut videas in speciminibus Codicum vetustissimorum, & in alia inscriptione Cretensi, reliquæ priscæ abbreviationes numero paucæ, omissis aliquot unius vocis literis, & superposita linea designabantur: sunt autem illæ, $\overline{\Theta C}$, Θεὸς, $\overline{KC}$, κύριος. $\overline{ANOC}$, ἄνθρωπος, $\overline{ΦΙΛΑΝΟC}$, φιλάνθρωπος, $\overline{OYNOC}$, οὐρανὸς cælum, $\overline{ΠΗΡ}$, $\overline{ΠΡC}$, $\overline{ΠΡΙ}$, $\overline{ΠΡΑ}$, $\overline{ΠΡΕC}$, πατὴρ, πατὸς, πατέρα, πατέρες, & similiter, $\overline{MHP}$, $\overline{MPC}$, μήτηρ, μητὸς, φιλομῆρ, φιλομήτωρ, aliæque pauciſsimæ. Quæ tamen in Bibliis, aliisque Christianorum Libris, quia passim occurrunt, Calligraphorum operam summopere minuebant. Similiterque hæ abbreviationes in omnibus cujusvis ætatis Codicibus frequenter occurrunt $\overline{IHA}$, pro Ἰσραὴλ, $\overline{IΛHM}$, pro Ἱερουσαλὴμ, $\overline{ΔΔΔ}$ pro Δαυίδ. Nam quod

Δαβὶδ a recentioribus Græcis ſcribatur, id ex errore Græcorum infimi ævi, & ex commutatione literæ υ cum β ortum : nam antiquiores Codices omnes, ſicubi vocem integram efferant, ſemper Δαυὶδ habent : idque ad duodecimum uſque ſæculum, & fortaſſis inferius. Hac autem de re jam monuimus in Præfatione ad opera Athanaſii, & in Præfatione ad Commentaria Euſebii in Pſalmos. Itemque in vetuſtiſſimis Codicibus, perinde atque in recentioribus, $\overline{IC}$ ſcribitur pro Ἰησοῦς, $\overline{XC}$, pro χριστὸς, $\overline{KC}$, pro κύριος, $\overline{Iω}$, pro Ἰωάννης, $\overline{YC}$ pro υἱὸς, & in caſibus obliquis $\overline{YY}$ pro υἱῶν, quemadmodum & $\overline{XY}$ pro χριστοῦ, $\overline{ΘY}$ pro Θεοῦ, $\overline{KY}$ pro κυρίου. In Dativo autem $\overline{Θω}$, $\overline{Kω}$, $\overline{Xω}$, Θεῷ, Κυρίῳ, Χριστῷ. Pariter $\overline{CHP}$, $\overline{CPOC}$, $\overline{CPI}$, $\overline{CPΔ}$, σωτὴρ, σωτῆρος, σωτῆρι, σωτῆρα. $\overline{CPIOC}$, $\overline{CPIA}$, σωτήριος, σωτηρία. $\overline{CTPO'C}$, $\overline{CTPOU}$, $\overline{CTPῷ}$, σωροὺς, σωροῦ, σωρῷ. $\overline{Θ'κος}$, Θεοτόκος. Hæ inquam omnes abbreviationes in Codicibus Græcis cujuſvis ætatis, & in Codicibus etiam unciali quadro & rotundo charactere deſcriptis obſervantur : & ſi quæ aliæ in iiſdem reperiantur, eæ admodum paucæ ſunt : ubi notandum eſt, aliam non infrequenter in iiſdem ipſis Codicibus occurrere ; videlicet N per lineolam ſupra poſitam expreſſum, ut $\overline{TH}$, τὴν, $\overline{ΨYXH}$, ψυχὴν, $\overline{ΛOΓO}$, λόγον, maxime autem in fine linearum. Hæ item ſupra memoratæ abbreviationes in exemplaribus charactere unciali oblongo ac deflexo exaratis, quæ ad octavum vel nonum ſæculum pertinent, paſſim obſervantur.

Sub hæc autem nono circiter ſæculo, quando Librarii Tachygraphorum ductus, nexuſque literarum, ut expeditius currerent, adoptarunt, notas etiam & abbreviationes Notariorum paſſim frequentare cœperunt ; alii plus, alii minus pro cujuſque arbitrio : jamque decimo ſæculo emiſſam videmus Exemplarium hujuſmodi copiam. Sunt autem quædam adeo perplexe deſcriptæ, ut non tironibus modo ; ſed etiam peritis negotium faceſſant, occaſioque lapſus ſint. Imo etiam vel in obviis abbreviationibus, peritiſſimos interdum viros erraſſe comperimus ; exempli cauſa in editionibus Xenophontis Hiſt. Græc. lib. 7. legitur Πελλῆς, ubi legendum Παλλῆς : error autem hinc ortus eſt, quod in Manuſcriptis, abbreviandi cauſa, $\overline{Πελλῆς}$ pro Παλλῆς jaceret. Quod autem Παλλῆς ſit legendum plane liquet : nam Libro ſexto Patrocles dicitur is ipſe, qui poſtea Procles vocatur. Auguror item par erratum libro tertio Thucydidis haberi, ubi Πελλῆς legitur, & fortaſſe Παλλῆς legendum oportuit. In ſubſcriptionibus etiam Sardicenſibus apud Athanaſium in prius editis legebatur, Πείκιος, *Pricius*, ubi ſinceriores Codices habent, Πατείκιος, *Patricius*, ut nos reſtituimus : error autem hinc accidit, quod Librarii abbreviandi cauſa $\overline{Πείκιος}$ pro Πατείκιος ſcripſiſſent. Et in iiſdem editionibus Athanaſii, ubi frequenter occurrit in exemplaribus manuſcriptis vox abbreviata $\overline{πρες}$ pro πατέρες, Nannius manifeſto lapſu ſemper legerat Πρεσβύτεροι, *Preſbyteri*.

Græcos etiam Calligraphos in errorem interdum deducunt abbreviationes : ſic in Codice Colbertino, num. 646. locus Epiſtolæ ad Galatas 4. 26. ἡ δὲ ἄνω $\overline{Ιλημ}$. *Illa autem, quæ ſurſum eſt Jeruſalem*, ita mendoſe legitur, ἡ δὲ αἰθέριος Ἱερουσαλὴμ : quia putavit Librarius $\overline{ἄνω}$, abbreviatum, & pro

ἀνθρώπω scriptum fuisse, uti fere semper solet in voce ἄνθρωπος per omnes casus.

Aliud item est abbreviationis genus, & quidem obvium, in quo frequentissime erratur; videlicet ος, quæ duæ literæ per primam solam, quando superne ponitur, exprimuntur, ut in λόγ', λόγῳ, φ', φῷ, & in compositione, φλαμβάνω, φθλαμβάνω; in compositione, inquam, innumeros pene lapsus in libris cusis animadverti, qui sensum pene totum perturbant: nam vocis φθλαμβάνω, verbi gratia, significatio, opposita prorsus est voci φθολαμβάνω, prior enim *prævertere* & *præoccupare* significat; posterior, *admittere* & *accipere*. φθολαμβάνω τινὰ, est quemdam admittere, accipere, approbare; sed φθλαμβάνω τινὰ, est quemdam prævertere, ejus propositum interpellare.

ω pro ευ frequentissime occurrit, & in formas Typographiæ advectum est. Verum a multis pro α vel pro αω habitum fuit, & vicissim α pro ευ, unde lapsus innumeri orti sunt; plerosque notavimus in editionibus Athanasii, maximeque in Historia Arianorum ad Monachos, ubi epitheton, ἀσεβέστατος, impiissimus, quod frequentissime Constantio tribuit Athanasius, a Nannio in ὐσεβέστατος versum est: & quod plane mirum, sub finem operis, ubi Athanasius Constantium Pharaoni, Nabuchodonosori, confert, vere Antichristum esse pugnat, Costyllium γελοίως vocat, quasi cavillando in nomine Constantii, vocem ὐσεβέστατος, *piissimus*, cum talibus convitiis interseri videmus: nec mendum odoratur Nannius. Sed de his ibidem actum est, ac ex Regio aliisque Codicibus vox ἀσεβέστατος ubique restituta fuit. Verum quod Nannius, non usque adeo emunctæ naris homo, in tale erratum lapsus sit, non ita stupeas; quando simile, forteque gravius, Laurentius Valla & post eum Henricus Stephanus in editis Herodoti admiserunt: unde arguitur, quam proclive sit vel nasutioribus, in diuturno exscribendi & vertendi atque emendandi munere labi, & vel in rebus obviis & facillimis interdum corruere. Locus igitur Herodoti sic habet in editis omnibus, Melpom. paulo ante finem, ubi de Libyæ feris agitur, ἐν ἄγρῃσι ἀνδρες, ἐν γυναικες ἄγριαι, καὶ ἄλλα πλήθη πολλὰ θηρία ἀκατάφυτα: ubi Laurentius Valla ita vertit, *Necnon viri feminæque agrestes, & aliæ permultæ feræ haud ementitæ*. Hæc ubi primum legi, risi sane feras illas haud dissimulatas & veraces: nam hic est loci sensus, si stet prior lectio: & mendum statim subodoratus legendum putavi, ἀκατάφαυστα, Codicesque Regios adii, qui hanc lectionem habent: quam veram & germanam esse nemo non fateatur. Vertendum itaque, *Necnon viri feminæque agrestes, & aliæ permultæ feræ intractabiles*.

Si autem in abbreviationibus & notis hujusmodi tritis & obviis tot tantosque Doctorum hominum lapsus deprehendimus, quot putes in aliis difficilioribus accidisse? Ea de causa operæ pretium duximus hic abbreviationes omnes, quas ex innumeris pene Codicibus excerpsimus duabus in Tabulis repræsentare, & explanare. Eas vero solum, quæ in vulgari scriptura occurrunt, hic locamus: nam peculiares nominum propriorum, monocondiliorum, monetarum, Rhetorum, Oratorum, Medicorum, in cæteris postea Tabulis adferemus.

In his autem duabus Tabulis usitatiores abbreviationes ut plurimum negleximus; in iis enim si quis erret, culpa sane sua labitur, quando illæ in vulgaribus Grammaticorum Tabulis exhibentur, & pleræque Typographicis

formis expreſſæ ſunt. In tanta vero Notarum ſylva multas a nobis prætermiſſas fuiſſe non dubium eſt; id quippe vitari nequit, quantalibet cura & otio Codices evolvantur. Tot enim manuſcripta exemplaria, quot in Bibliothecis habentur, legere, & ſingula obſervare, non eſt humanæ facultatis.

Primum locum obtinent abbreviationes quædam ſingulares, quarum prior, nuſquam obſervata, ni fallor, ⸗ pro ἄρα, frequenter occurrit in Codice Regio 2433. bombycino, undecimi ſæculi; habeturque in aliis quibuſdam, ſed rarius. Secunda ⸗ pro σαῖ, in plurimis manuſcriptis paſſim habetur; & innumeris fere mendis anſam dedit, maximeque in compoſitione. Nam plerique omnes legunt σεί, nec culpandi videntur, quia σεί ſic abbreviatum legitur, ⸗, parvo diſcrimine. In verbis autem compoſitis σεί & σαῖ longe diverſum ſenſum efficiunt: nam σειγράφω verbi cauſa, ſignificat, circumſcribere, σαιγράφω autem, vulgo ſibi vult, ſcripta adulterare. Et tamen in multa incidi loca, ubi eadem de cauſa σαῖ pro σεί legitur in compoſitione, ac proinde ſententia vacillat. Inter eaſdem ſingulares abbreviationes Tabulæ primæ occurrit ⸗ pro μοναχός: in qua explicanda a Xylandro erratum eſſe jam notavit Cangius in Gloſſario Græco.

Quæ his ſubjunguntur autem, potius notæ quàm abbreviationes vocitentur: magna pars enim ne unam quidem vocis, quæ ſignificatur, literam præferunt. Eæ vero ex Codice quodam Regio cum explicationibus excerptæ ſunt, rariſſimique ſunt uſus; nuſquam enim adhuc uſurpatas reperi. Reliquæ autem in duabus poſtremis primæ Tabulæ columnis, & in altera Tabula poſitæ, variis ex Codicibus exſumtæ fuerunt.

Obſervandum autem eſt abbreviationes ſæpe eaſdem pluribus ſignificandis vocibus uſurpari; exempli cauſa ⸗ χρυσόν, *aurum*, indicat, itemque χρόνος, *tempus*; atque etiam χρυσόστομος, Chryſoſtomus: idque per omnes caſus. Tunc autem hujuſmodi notæ & abbreviationis lectio ex ſenſu petenda eſt: quamquam fieri interdum poſſit, ut ſententia in utrumvis quadret, & hinc dubitatio oriatur.

Numerales notæ ᾱ πρῶτος, *primus*, ſic in reliquis numeralibus notantur, ubi advertendum eſt notam δ' δεύτερος, *ſecundus* interdum; ſed ſæpius τέταρτος, *quartus*, indicare. Eædem vero notæ quando una litera exprimuntur ᾱ, indiſcriminatim & numeros, videlicet ἕν, *unum*, & voces numerales, ut πρῶτος, *primus* ſignificant. Et ſic de reliquis.

In vocibus abbreviatis aliquando plures, aliquando pauciores literæ ponuntur, ſic μ', id eſt μνήμη, *Memoria*, ſic interdum μη ponitur, aliquando plures literæ in voce abbreviata ponuntur. Caſus autem varii in hujuſmodi notis per notas ſyllabarum finalium, quales in ſecunda tabula poſuimus deſignantur: nonnumquam per accentus. Sæpe tamen ſine ulla accentus nota abbreviatio eadem per omnes caſus ponitur, & tunc caſuum diſtinctio ex orationis ſerie petenda eſt. Horum exempla túte obſervabis in ſequentibus Tabulis.

Φάρα, quæ vox in ſecunda tabula cum abbreviatione legitur, in computis Eccleſiaſticis Græcorum paſſim pro Πάρα ſumitur: quoniam, ut inquit Joannes Damaſcenus, ſic Hebræi pronuntiabant, inde uſus manavit ad Græcos.

Notandum denique eſt, Græcos Librarios plerumque pro arbitrio notas abbreviationum ponere, ita ut etſi multæ ejuſmodi notæ paſſim ab omnibus uſurpentur, aliquæ tamen non infrequenter occurrant, quæ nonniſi ex ſerie poſſint explicari & legi; ideoque in nominibus propriis ſingularibus, ubi ſenſus & ſeries nullatenus juvant, vel peritiſſimi hærent.

abbreviationes singulares

ἄρα

παρὰ

παρα in compositione

κοινόν

πάντα

οὖν νοῦ νοοῦντες

οὐκ οὐ τις

ἐνεργείας

εἰσι.

ὑπερ, ὑπὲρ ut

οὕτως

εἶναι

πρόσωπον R. 1888.

μοναχὸς

ὅσπος

ἡμῶν

λόγος

μὴ μὴν

Alia

εἰσι ut

ἀλάζον

γράμμα

μεσημβρινὸν

ὑπόμνημα χρόνος

χρήσιμον σημεῖον

ἐπειδὴ πῦρ

ἡμέρα ἀὴρ ut ἥλιος

νύκτα, θάλασσα

ὄρθρος κόσμος

λεπτον ἐνιαυτὰς

φροντίσιν θεόλογος

χερουβὶμ λλ, εἰσὶν

σεραφὶμ λ, εἶναι

ἀρχάγγελος ἀ, καὶ ὁμῶ

ἄγγελος ν, γίνεται

δαιμόνιον

Articuli et

particula

adverbia

ἀπὸ

χαὶ

μήποτε

πῶς

περὶ

διὰ

κατὰ

ὥσπερ

μετὰ

χωρὶς

ἐντεῦθεν

ὑπὲρ ut

κεκριμένως

ὅτι

παρὰ

κατὰ κατ'

πάλιν

πρότερον

καὶ

τὴν τὴν τὴν

τῶν

πώποτε

πῶς

τε

aliae confertim

σάββατον

χωριακὴ

ἰνδικτιῶν

χρονος χρόνων

τεσσαράκοντα

ἑβδομήκοντα

et sic alii numeri

πρῶτος

δεύτερος

ὥρα

ἡμέρας

Menses

ἰανουάριος

φεβρουάριος

μάρτιος

ἀπρίλλιος

μαΐος

ἰούνιος

ἰούλιος

αὔγουστος

σεπτέμβριος

ὀκτώβριος

νοέμβριος

δεκέμβριος

Alia

ἀνάγνωσις

ἀδελφὸς

ἀγίου

ἀποκρίσις

ἀκίνητος

ἀνὴρ

ἀποστόλων

ἀρχὴ

ἀξιοθήσεται

βασιλικὸν

βούλεται

γίνεται

γράφεται

δοκοῦντα

ἐρώτησις

δηπότε

ἐκάλεσε

ζῶον

ζητούμενον

εὐλόγησον

θανατικὴ

θερμὴ

θερμαίνονται

θύειν

ἱλαστήριον

— *Aliæ*

κε, κεφάλαιον
κε, κεφαλὴ
κεφιμβίως, κεφιμβίως
λέ, λέγεται
λο, λογος
λό, λόγοις
λό, λογων
λαὸ, λαοὶ
μ, μνήμη
μεξδ, μερίδα
μο, μονῆς
μη, μηνὸς
νο, νοτάριος
νῦ, νοῦς
νομξ, νομικῆς
ὀνο, ὀνομα
οἰκε, οἰκέτην
πντα, παντα
προ, προσωπον
πε πτωλτος, πεπτωκότος
πῆς, παῖς
παιδ, παιδίον
πρχω, προσκυνεῖν
πυρλε, πυρώδης
πας, πάπας
ἀρχιπας, ἀρχιπάπας
πρβυ, πρεσβύτερος ωδ.

colb. 694. item πρ

πρε, πρεσβείαις ωδ.

colb. 24.

πολ, πόλεως
φρᾶ, φρατηρὸν
σ̄ κ̄, σάρκα
σ̄ σ, σωσαι
Σωσζχες, σωσεσερχεται
ⓝ, σημαίνει, et σημειωσαι
σφνδ, σφενδόνης
ταῦ ÷, ταῦτα
χ, χάριν
ψω, ψώμια
πολ πολίτ πολιτεία
Syllabæ finales
-ας
χιλιαδ χιλιάδας
-αν
κακί, κακίαν
-αῖς
κεφαλ, κεφαλαῖς
-εν
εἶπ, εἶπεν
-ες
δαίμον, δαίμονες
ε ς, ης
τῆς γλώσσης
πν, πνὶ, πτ, πτὶ
ἰῖ, εἶν
προσκυ, προσκυνεῖν
εα, εά
Βασιλε Βασιλέα

ss, εις, θss, θεὶς
ς, ις
ἔμφασ, ἔμφασις
κ.ιν
δυναμ, δυνάμιν
ον,
πρόσωπ πρόσωπον
ον, αὐτ, αὐτὸν
ς, ους, αὐτῆ, αὐτοῦ
ς, ς, ως
ων, χων.
μν, μυήν,
οἰκουμ, οἰκουμένην
μτ, μάτων
ἀσμτ, ἀσμάτων
-ης, νης
πλανητ-, πλάνης
-ιος, νιος
ουρανι, ουράνιος
-ν, ναν
ουρανῶ ουρανῶν
δο, δόξα
κεῖ, κεῖται
ὑπὲρ
ὄμω
τγ τπ
πτγαδ πτέρυγας
παυ, παῦλα
φαχ φάχα

Post sequuntur in altera tabula nomina propria abbreviata : in quibus item legendis frequentissime erratum fuit, maximeque in Catenis, ubi ex abbreviationum similitudine, alia nomina pro aliis lecta sunt. v. g. Athanasius pro Didymo, quia cum in Codicibus literæ Δ & λ admodum similes sint, duplex $\overset{\Delta}{\Delta}$ sic positum, pro duplici α habitum fuit interdum, ac lectum Αθανασίου. Nota Gregorium repræsentans, quando sola scribitur, Gregorium Nazianzenum significat. Pro Gregorio autem Nysseno indicando, adjicitur νυ, ut vides in tabula : interdum etiam νυ tantùm, in Catenis, Gregorium Nyssenum significat. S. Gregorium Magnum vocant Græci Γρηγόριον Διάλογον, Gregorium Dialogum, sive Dialogorum auctorem : quia ejus Dialogi jamdiu Græce versi, in Græciamque deportati, apud Græcos, maxime Asceticos, in pretio habentur. Item Θεοδώρητος pro Θεόδωρος accipitur, ac vicissim, ob similitudinem nominum, quæ in abbreviationibus, extremo solum apice plerumque variant. Nam quod Theodorus Heracleotes pro Mopsuesteno interdum sumatur, & vice versa ; id ortum est ex Librariorum negligentia, qui civitatum nomina omiserunt ; deinde vero alii illa substituere conati, alium pro alio posuerunt. Vulgo tamen quando Θεόδωρος simpliciter legitur, intelligas Heracleotam, nam Mopsuestenum cum addito Μόψου ἐπισκόπου ponunt accuratiores Librarii : licet id minime pro norma habendum, sed cautio adhibenda sit. Severus item pro Severiano nonnumquam accipitur : nam etsi quidam Librarii post Severiani nomen, Γαβάλων, *Gabalorum*, addant, sæpe tamen omittunt.

Quod ad vocem autem Σισίνιος, quæ hac nota exprimitur σ″, notes velim eam, sive prorsus similes, non adhiberi solere, nisi postquam nomen totum antea in eodem Libro expressum fuit : alias enim ne divinando posset explicari. Jam diximus supra, siglam hanc ☧ quæ χρυσόστομον, Chrysostomum exprimit, χρόνον item & χρυσὸν vel χρυσοῦν, significare, ex solaque serie deprehendi posse, utra ex his vocibus exprimatur. Eadem vero ipsa nota antiquitus in marmoribus & in nummis pro χριστῷ, Christo, significando usurpabatur, & depingebatur in Labaro, seu vexillo Imperatorio : qua de re vide Cangium in utroque Glossario. In manuscriptis autem hæc nota ad Christum significandum raro usurpatur ; sed ejus vice scribitur $\overline{\chi\varsigma}$, $\overline{\chi\upsilon}$, $\overline{\chi\tilde{\omega}}$, $\overline{\chi\iota}$, χριστὸς, χριστοῦ, χριστῷ, χριστὸν. In sigla sequenti, ☧ pro Ὠριγένης, erratum persæpe fuit. Multi quippe in marginibus Librorum eam notatam cernentes, Origenem indicari putaverunt. At illâ notâ marginali ὡραῖον, sive speciosum, eleganseque significatur : eamque Calligraphi apponere solent, ut eleganti loco lectorem attendere moneant. Ex solo autem spiritu hæc internosci possunt : nam ὡραῖον, densum habet ; Ὠριγένης vero lenem.

Eædem vero abbreviationes, modo breviores omissis pluribus literis sunt, modo prolixiores paucioribus suppressis, ut ex usu quivis animadvertat. Etsi autem non universas, quæ variis in Codicibus exstant, neque etiam nomina propria omnia, quæ similibus notis & abbreviationibus exprimuntur secundum varias formas, hic adtulerimus ; hæc tamen, quæ repræsentamus, ad alia hic prætermissa explicanda juvabunt : siquidem is, qui notam $\Gamma\rho^{\eta}$ verbi gratia, Γρηγόριον significare novit, notam $\Gamma\rho\eta^{\gamma}$, idipsum sibi velle statim intelliget, & sic de reliquis.

Secundùm illas nominum abbreviationes, Monocondilia ponimus. Est autem Monocondilion ductus calami, quo magnis, perplexis, continuatis

NOMINA PROPRIA ABBREVIATA.

Ἀ ἀ Ἀχιλλας	θεοφ̃ι, Θεόφιλος
Ἀθ Ἀθανάσιος.	ἱλ̄ημ̀, Ἱερουσαλὴμ
Ἀμμ̃ω Ἀμμωνιος	ιουβενα) Ἰουβενάλιος
ἀπ̀) Ἀπ̀, Ἀπ̀ὸ, Ἀπολινάριος	ἱππ̃ο Ἱππόλυτος
ἀνέπ̀ ἀνεπίγραφος	ἰσ̃δ Ἰσίδωρος
Βα, Βᾳ, Βᾶ, Βασίλειος.	ἰηλ Ἰσραὴλ
Βίκ̃τ Βίκτωρος πρεσβυτέρου	Ἰω, Ἰωάννης
Γρ̃ Γρ̃η Γρηγόριος	Κ̃χ, Κ̃γ Κ̃, Κύριλλος
Γρ̃ῆ μυ, vel. ῆ̃ ταntum, Γρηγόριος νύσσης.	Κ ων Κωνσταντῖνος
Γεν, Γεννα Γενναδίος	Νει) Νεῖλος
Γ̃ρ Γεώργιος	ὀλυμ̃πδ ὀλυμπιόδωρος
Δ̄αδ, Δαυὶδ	ὁμ̃ῤ ὁμ̃ηρ ὅμηρος
Δ̀ Δίδυμος	πολ̃υ Πολυχρόνιος
Δ̀ιω, Δ̀ωδ̃ν, Δ̀ιῤ, Διόδωρος	σ̃τ, σεβαστὸς
εὒ Εὐάγριος	σ̃βῆ, σε̃, Σεβήρος, et Σεβηριανὸς
ἐν̓, Εὐσέβιος. ἀσεκ̃ς, Εὐσέβιος καισ. -αρείας	σ̃βηρ̃ι̃ν̃α Σεβηριανὸς παβάλων.
ἐὐδ̃ξ φιλ̃σ̃φ, Εὐδόξος φιλόσοφος	σ̃ῖ Σισίννιος
εὐσ̀θ, Εὐσάθιος	σ̓, σ̃; Συ̃μ̃χ Σύμμαχος
θ̀. Θεοδοτίων	τ̃ῖ Τίτος
θεοδ̃ωτ̀ κ̃ῦ Θεοδώρητος Κύρου	φι) Φίλων
θ̃ωδ̃ν, Θεόδωρος	χ Χρυσόστομος
θεοδ̃ηρα̃χ. Θεόδωρος Ἡρακλείας	ὡῤ, ὡῤ̃ν, ὡῤ̃ι, ὡριγένης

nec intermissis lineis, nomina, lineæ integræ, interdumque plures una serie scribuntur : nos vocamus, *trait de plume*. Nomenque ortum est a χανδύλιον, sive κονδίλιον, *calamus*, vel *penicillus pictorius*. Monocondilia vero in Chrysobullis & actis publicis, Notariorum sive Tachygraphorum manu scriptis, remotæ originis esse putamus ; in libros autem a Calligraphis invecta Monocondilia sunt decimo circiter sæculo ; nam in Codicibus ejusdem ævi, maxime vero sequentium sæculorum, Monocondilia observantur : infimis autem temporibus usque adeo multiplicata sunt Monocondilia, ut si omnia referre quis vellet, vix posset uno & quidem peramplo volumine complecti. Monocondilia multa exhibet Martinus Crusius in Turcograecia ; sed infimi ævi, ac in quibus legendis non multum exercearis. Alia quædam profert Henr. Meibomius in collectione rerum Germanicarum. Nos ad specimen tantum bina Monocondiliorum exempla adferimus, sive inscriptiones duas Monocondiliis descriptas : aliud Monocondilion observatur infra in Diplomate Rogerii Regis ; imo vero totum pene diploma Monocondiliis constare videtur. Ipsum infra prout in Autographo habetur, in tribus Tabulis repræsentamus.

Prima Monocondiliorum Tabula prodit ex Codice Regio 3271. fol. 88. atque ita vulgaribus typis legitur.

Τειας φαεινὴ τειατυμμὴν θεότης
Στέφος βεβαίωσε τῷ σῷ λάτρῃ Στεφάνῳ,
Καὶ παραδείσου τὸ πολύμορφον κάλλος.

Hoc est,

Trinitas splendida, deitas trina,
Coronam confer cultori tuo Stephano,
Et Paradisi speciosissimam pulcritudinem.

Eodem in Codice fol. 345. hæc item Monocondiliis descripta sunt : ἁγία τειὰς Στεφάνῳ τῷ σῷ δούλῳ καὶ λάτρῃ σῶσον, ἀμὴν, ἀμὴν, ἀμὴν : Id est, *Sancta Trinitas Stephanum servum & cultorem tuum salvum fac, amen, amen, amen.*

Secunda Monocondiliorum Tabula profertur ex Codice Regio 2385. & sic habet, ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος ἐν τῇ μονῇ τοῦ Γενεσίου διὰ χειρὸς Ἀθανασίου ἁμαρτωλοῦ μηνὶ φεβρουαρίῳ ἑπταικαιδεκάτῃ, ἡμέρᾳ πέμπτῃ, ἰνδικτιῶνος δ'. Id est, *Absolutus est hic Liber in Monasterio Genesii, manu Athanasii peccatoris, mensis Februarii die decima-septima, feria quinta, Indictione quarta.* Hanc item Libro primo retulimus.

Quædam Monocondiliorum exempla adfert item Henricus Stephanus in fine Libri de infidis Græcæ linguæ Magistris, ex variis & longe disparatis locis consarcinata, & hæc ἀποσπασμάτια præferunt, τελευτήσαντος τοῦ Κύρου, παρέλαβε, *mortuo Cyro, accepit* ; secunda linea hæc præfert, Ἀνακρέων γέρων εἶ, *Anacreon senex es* : tertia, λαβὼν ἔσοπτρον ἄθρει, *accepto speculo inspice* : quarta, κόμας μὴ ὀκέτ' ὄσας, *comas non ultra exsistentes.*

Alia multa Monocondilia in Exemplaribus Græcis occurrunt, plerumque ita perplexa ut vix legi queant. Multi namque Calligraphi & Tachygraphi Græci id studebant, ut lectorem quam maxime poterant exercerent : quod item in Cryptographia observatum est.

I



II



CAPUT II.

Notæ Rhetoricæ & Oratoriæ, omnium lectu difficillimæ. Tabula Alphabetica hujuſmodi notarum.

EX Codice Regio, numero 3514. Notas omnium lectu difficillimas binis Tabulis deſcriptas, incredibili labore explicavimus. Codex ille Hermogenis Rhetorica complectitur, initio mutilus, eſtque decimi ſæculi: notæ prima manu ſcriptæ ſunt; ita concinnatæ ut ſinguli pene characteres, ſingularis figuræ, ſyllabas ut plurimum exprimant. Hoc vero characteris genere notæ tantum marginales delineantur; reliqua, vulgari decimi ſæculi forma; ita tamen ut identidem pauci characteres marginalibus ſimiles interſerantur. Cæterum non in hoc uno Codice notas hujuſmodi Oratorias & Rhetoricas reperimus; ſed etiam in paucis aliis.

Literæ, exceptis quibuſdam vocalibus, numquam ſolutæ ſunt, ſed ſyllabas exprimunt, duarum, trium, & interdum quatuor literarum, unde major inter legendum difficultas oritur. Etſi autem in paucis hactenus exemplaribus in tales formas inciderim; alia, ut credere eſt, latent, ſimilibus inſcripta notis, quæ ſicubi occurrant, binarum Tabularum, quas ſubjicimus, auxilio facilius legentur.

Iſtiuſmodi autem vel ſimilibus notis uſos olim Tachygraphos & Notarios fuiſſe non dubium: ab illoque notarum uſu Notarii nomen ortum putatur. Notarum autem uſum, non in actis publicis modo, ſed etiam in Epiſtolis, & in aliis diſciplinis, inque Libris varii generis adhibitum fuiſſe, non eſt quod ambigamus. Pro Epiſtolis quippe docet Ammianus Marcellinus, notas quaſdam arcanas fuiſſe, narratque Libro XVIII. mulierem quamdam Aſſyriam nomine, nec taciturnam nec prudentem, *Ancillâ adſcitâ notarum peritâ*, de re graviſſima, que ibidem refertur, ad maritum ſcripſiſſe. Et eodem Libro dicit. *Quò reverſis exploratoribus noſtris, in vaginæ internis figuris notarum membranam reperimus ſcriptam, a Procopio ad nos perferri mandatam. . . . . His ob perplexitatem ægerrime lectis, conſilium ſuſcipitur prudens.* Origenes in expoſitione Scripturarum, hortante & procurante Ammonio amico ſuo, Tachygraphis utebatur, qui currenti calamo, & Tachygraphicis haud dubie notis adhibitis, ejus dicta exciperent. Ταχυγράφοι τε αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἄριθμὸν παρῆσαν, ὑπαγορεύοντι χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλοις ἀμείβοντες. βιβλιογράφοι τε οὐχ ἧττον, ἅμα καὶ κόραις ὅτι δὲ καλλιγραφίᾳ ἠσκημέναις: Id eſt, *Tachygraphi autem plus quam ſeptem ipſi aderant, qui ſtatis temporibus & per vices dictantis verba notarent, Librarii item non pauci, cum puellis in ſcribendi elegantia exercitatis.* Quod ego ſic intelligendum arbitror, ut Tachygraphi priùs, dictantis, nec moras trahentis verba, pari celeritate notis exprimerent; Calligraphi autem & puellæ, ex Tachygraphorum notis hujuſmodi, Libros eleganter perſcriberent. Ludimagiſtros etiam notis uſos eſſe ſic Prudentius, de Caſſiano Martyre canens, refert:

Præfuerat ſtudiis puerilibus, & grege multo
Septus, Magiſter literarum ſederat,
Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis, cuncta præpetibus ſequi.

Tachygraphiæ igitur & notarum uſus pro variis diſciplinis adhibebatur, quoniam, ut ait Baſilius Epiſtola 150. ad Notarium, οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπο-πτέρυγα ἔχουσι· διὰ τοῦτο σημείων χρήζουσιν, ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν, λάβῃ ὁ τάχος ὁ γρά-φων: *Verba naturam alatam habent: ideoque notis opus habent, ut ipſis avolantibus, Scriba celeritatem adhibeat.*

Hujuſmodi porro notarum vetuſtiſſimi uſus reliquias, in ſequentibus Tabulis repræſentamus. Licet enim Codices, unde illæ excerptæ ſunt, annos 700. vel 800. non ſuperent, veriſimile tamen eas ex priſcis illis Notariis ad poſterioris ævi Librarios emanaſſe.

Notas igitur illas binis tabulis exprimi curavimus: quarum prior notas ipſas ut in Codice jacent repræſentat: altera vero Alphabetico ordine cum literas, tum ſyllabas exprimit. Prioris autem tabulæ notæ ſic vulgaribus typis habent.

Explicatio Notarum Codicis Regii, 3514.

Fol. 7. verſo legitur, τὰ ὀνόματα τῶν ῥητόρων, *Nomina decem Rhetorum:* ſunt autem illi ut ibidem fertur, Antiphon Rhamnuſius, Lyſias Cephali, Iſocrates, Iſæus, Andocides, Demoſthenes, Æſchines, Lycurgus, Hyperides, Dinarchus.

Fol. 38. verſo, σαφῶς φανερῶς, *Clare, manifeſte.*

Fol. 84. Notam legere nequivimus.

Fol. 89. verſo, περὶ τῶν προτάσεων τῶν ἀντιδίκων προτάσεις, *De propoſitionibus adverſarii in dubium vocandis.*

Ibidem, πόσας καὶ ποίους τρόπους ὁ κατήγορος τὴν τοῦ φιλάνθρωπος προτάσεις προ-τάσῃ . . . . . *Quot & quibus modis accuſator defenſoris propoſitiones in dubium vocet . . . .*

Fol. 90. ποῦ καὶ πῶς ὑπεξήμλυ καὶ ἀκριβῶς ἔμιξεν ὁ ῥήτωρ, καὶ διὰ τί, *Ubinam & quomodo Rhetor res certo cognitas cum auditis miſceat.*

Ibid. πῶς ἔμιξεν ὁ ῥήτωρ τοῖς τρόποις τῶν τῆς ἀντιδίκου προτάσεων, *Quomodo Rhetor adverſarii figuras miſceat.*

Fol. 90. verſo, πῶς τὰ αὐτὰ λέγων ἢ ἑαυτῷ τις ἢ ἄλλῳ μὴ δόξῃ τὰ αὐτὰ λέγειν, καὶ τίς ὁ καιρὸς ἑκατέρας τούτου μεθόδου, ἐν ἑκάστῳ εἴδει. *Quomodo quis eadem ipſa repetens, nec ſibi, neque aliis videatur eadem ipſa dicere, & quodnam utriuſque methodi tempus, in ſingulis ſpeciebus.*

Ibid. ποῖον ἡ συμβουλευτικὴ δέχεται, *Quid conſultatio admittat.*

Ibid. ποῖον ἢ καὶ διατί. *Quid & quare.*

Ibid. πῶς ἐν πανηγυρικοῖς. *Quomodo in Panegyricis.*

Fol. 91. ποίῳ εἴδει ἑκατέρα μέθοδος, *Qua ſpecie utraque methodus.*

Ibid. περὶ τῶν ἀεπαιδεύτως ἑαυτὸν ἐπαινεῖν μεθόδοι τρεῖς, *Tres methodi de modo laudandi ſemetipſum ſine offenſione & moleſtia.*

Fol. 91. verſo. πῶς κοινότητι λόγου, *Quomodo communitate verbi.*

Ibid. πῶς τῇ ἀνάγκῃ, *Quomodo neceſſitate.*

Ibid. πῶς τῇ ὑπαλλαγῇ τῶν προσώπων, *Quomodo mutatione perſonæ.*

Fol. 92. πῶς τὸ οἰκεῖον εἰσάγεις, *Quomodo proprium inducis.*

Ibid. περὶ τῶν ἀντιδίκων ἐκβαλλ. . . . .

Fol. 92. verſo, περὶ δευτερολογιῶν, διὰ ποίας αἰτίας μερίζεται λόγος καὶ πῶς γίνε. *De ſecundis actionibus, qua de cauſa oratio dividatur, idque quomodo fiat.*

TABULA

TABULA NOTARUM RHETORICARUM EX CODICE REGIO, 3514.



Ibid. πόσα καὶ ποῖα δευτερολογιῶν εἴδη, καὶ διὰ τί γίνονται, *Quot & quales secundarum actionum ſpecies, & quare fiant.*

Fol. 93. περὶ διηγήσεως, *De narratione.*

Fol. 93. verſo, περὶ κοινῶν διανοημάτων, καὶ πῶς αὐτὰ ἰδιοσόμεθα λέγοντες, *De communibus ſententiis, & quomodo illas dicendo nobis proprias efficiamus.*

Fol. 94. πῶς οἱ παλαιοὶ κοινὰ διανοήματα λέγοντες ἰδιοποιοῦνται. *Quomodo Veteres communes ſententias dicendo ſibi proprias efficiunt.*

Ibid. περὶ χρήσεως ἐπῶν ἐν πεζῷ λόγῳ. *De uſu carminum in pedeſtri oratione.*

Fol. 94. verſo, κατὰ παρῳδίαν, *Secundum parodiam.*

Ibid. περὶ κεκρατηκότων, *De dominantibus affectibus.*

Fol. 95. περὶ ὁμολογουμένων ἀδικημάτων, *De injuriis in confeſſo habitis.*

Ibid. περὶ τὰ ὡμολογουμένα ἀδικήματα παραμυθητέον, *Quod injuriis in confeſſo habitis conſolatio ſit adhibenda.*

Fol. 95. verſo, περὶ τοῦ τραγικῶς λέγειν, *De modo tragice loquendi.*

Fol. 96. τίς καὶ πῶς ἐδίδαξε τραγικῶς λέγειν, *Quis & qua ratione tragice loquendi modum edocuit.*

Ibid. τί ἔργον τοῦ τραγικῶς λέγειν, *Quod opus eſt tragice loqui.*

Fol. 96. verſo, περὶ τοῦ κωμικῶς λέγειν, *De modo comice loquendi.*

Ibid. παρὰ προσδοκίαν. *Præter expectationem.*

Fol. 97. ὅτι ἀναπάλιν χρῆσθαι ταῖς εἰκόσι, *De contrariarum imaginum uſu.*

Ibid. πόθεν καὶ πῶς τοῦ κωμ. . . .

Fol. 97. verſo, ἐργασία δημηγορίας, διαλόγου, κωμῳδίας, τραγῳδίας, συμποσίων Σωκρατικῶν, *Modus Concionis, Dialogi, Comœdiæ, Tragœdiæ, & Socraticorum conviviorum.*

Fol. 98. ποῖα εἴδη δημηγορίας καὶ πόσα, *Quot & quales Concionis ſpecies.*

Ibid. ποῖα καὶ πόσα κωμῳδίας, *Quot & quales Comœdiæ.*

Ibid. πόσα καὶ ποῖα εἴδη τραγῳδίας, *Quot & quales Tragœdiæ.*

Ibid. πόσα καὶ ποῖα Σωκρατικῶν συμποσίων, *Quot & quales ſpecies Socraticorum conviviorum.*

Fol. 98. verſo, πόσα καὶ ποῖα διαλόγου, *Quot & quales Dialogi.*

Ibid. φανερὸν οὐκ ἀφανὴς πῶς ἐδήλωσεν ἔλαττον καὶ πλέον, *Manifeſtum non occultum eſſe quomodo docuit plus aut minus.*

Fol. 99. . . . περὶ μεθόδου βαρύτητος. . . . *De methodo gravitatis.*

Fol. 112. verſo, περὶ ποιότητος τῶν σχημάτων, *De qualitate figurarum.*

ALPHABETUM NOTARUM RHETORICARUM.

α α-α, ι αν, ι αν, ∫ας, ~ αυ,

β u β, sic semper

χ ξχει, ψχη, qχι, qχο, qχον, ξχος, ξχθ, αχυ, ωχω,

δ ζ δα, ⅁ δευ, ξ δει, γδη, ιδι, ⅁ διη, ⅄ δια, ζδδ, ξδδι
ζ δος, ξ δους

ε. ἰ ἑ, ἴε, ɨ ει, ἓ ἐν

ζ

η ∫ή, ∫η, ∫ην

θ ⅄ θα, ⅄ θη, χ θο, ⅋ θθς, ⅄ θως,

κ ⅃⅃ κα, ⅋ κε, ⅋ κει, ⅃ κη, ⅋ κο, ⅋ κοι, ⅋ κου, ⅃ κφα, ⅃ κως,

λ ⅃ λα, ⅂ λαι, ⅂ λε, ⅂ λει, ⅂ λο,

ι

μ ~⅃ μα, ~⅂ με, ~⅂ μι, ~⅂ μο, ~⅄ μυ

ν ιι να ιι ναν, ιγ νε, ιζ νει, ιζ νο, ιγ νη, ιη νων

ξ

ο ς́ ὁ, ρ οι, \ ον, υ ου

π Z πα, ζ, παι, γ πε, ⅄ πλε, ζ πο, ⅄ ποι, ζ πθ, ⅄ προ,
ζ πως, Z πων, ⅋, πους

ρ ρε ρα, ρ ρι, ρ ρυ

σ ⊂ σα, ϕ σε, ϕ σι, ξ σο, ω σω,

τ ÷ τα, ν ταη, γ τε, γ τες, ν τη, ι τι, ς το, ⅁ τος, ⅄ τον,
ττθς, ψ τθ, ⅋ τρα, ⅋ τρεῖς, ⅋ τρο, ⅋ των,

υ

φ ⅋ φα, ⅋, φως

χ χ⅄, χθως,

ψ

ω ὼ ὼ, ~ ως,

CAPUT III.

De notis Muſicis tam veteribus, quam recentioribus, carptim.

ETSI in hoc opere ea ſolum explanare animus ſit, quæ ad veterem ſcripturam Græcam pertinent, proindeque extra inſtitutum eſſe videantur notæ illæ artium, quæ non literis & ſyllabis, ſive arcano ſive vulgari more ſcriptis, procedunt; ſed aliis notis & ſignis cuique arti propriis; vel etiam literis non proprio ſibi uſu adhibitis; attamen pauca de Muſicis notis tangere viſum eſt: quoniam licet veterum Harmonicorum ſive Muſicorum ſcripta bene multa in lucem edita & a viris doctis explanata fuerint, ea non ſemper in promptu ſunt iis, qui Codices manuſcriptos evolvere ſolent, de recentiore vero apud Græcos Eccleſiaſticos Muſica pauca hactenus tradita ſunt, quamobrem non abs re erit hic pauca ejuſdem ſpecimina proponere.

Antiquæ Muſicæ auctores octo Græcos edidit, reſtituit ac notis explicavit Marcus Meibomius anno 1652. typis Elzevirianis. Ac non ita pridem in Anglia in lucem emiſſa ſunt Ptolemæi Harmonica. Ibi vero non tantum Muſicæ notæ tonorumque diſtinctiones adferuntur & explanantur; ſed etiam ad hodiernas Muſicæ notas, quantum conantibus licuit, reducuntur. Ad ſpecimen dumtaxat hîc Alypii veteris Muſici Notas Lydii modi repræſentare viſum eſt; ut ſi cui iſtiuſmodi notæ in Codicibus Græcis occurrant, qua de re agatur intelligere valeat.

Προσλαμβανόμενος, ζῆτα ἐλλιπὲς καὶ ταῦ πλάγιον.	Ⅎ	Proſlambanomenos, zeta imperfectum, & tau jacens.
Ὑπάτη ὑπατῶν γάμμα ἀπεστραμμένον, καὶ γάμμα ὀρθόν.	⅂Γ	Hypate hypatôn, gamma averſum, & gamma rectum.
Παρυπάτη ὑπατῶν, βῆτα ἐλλιπὲς, καὶ γάμμα ἀπεστραμμένον.	R L	Parypate hypatôn, bêta imperfectum, & gamma inverſum.
Ὑπατῶν διάτονος, φῖ καὶ δίγαμμα.	Φ F	Hypatôn diatonos, phi & digamma.
Ὑπάτη μέσων, σῖγμα καὶ σῖγμα.	C C	Hypate mesôn, ſigma & ſigma.
Παρυπάτη μέσων ῥῶ καὶ σῖγμα ἀπεστραμμένον.	P ↄ	Parypate mesôn, rho & ſigma inverſum.
Μέσων διάτονος, μῦ καὶ πῖ κεκλασμένον.	M Γ	Mesôn diatonos, my & pi diductum.
Μέση, ἰῶτα καὶ λάμβδα πλάγιον.	I ≺	Meſe, iota & lambda jacens.
Τρίτη συνημμένων, θῆτα καὶ λάμβδα ἀπεστραμμένον.	Θ V	Trite ſynemmenôn, theta & lambda inverſum.
Συνημμένων διάτονος, γάμμα καὶ νῦ.	Γ N	Synemmenôn diatonos, gamma & ny.
Νήτη συνημμένων, ω τετράγωνον ὕπτιον, καὶ ζῆτα.	⅃Z	Nete ſynemmenôn, ω quadratum ſupinum & zeta.
Παραμέση, ζῆτα καὶ πῖ πλάγιον.	Z Ł	Parameſe, zeta & pi jacens.
Τρίτη διεζευγμένων, Ε τετράγωνον, καὶ πῖ ἀπεστραμμένον.	E ⅃	Trite diezeugmenôn, E quadratum & pi inverſum.
Διεζευγμένων διάτονος, ω τετράγωνον ὕπτιον, καὶ ζῆτα.	⅃Z	Diezeugmenôn diatonos, ω quadratum ſupinum, & zeta.

Νήτη διεζευγμένων, φῖ πλάγιον, ϕ η καὶ ἦπα ἀμβλυπικὸν καθήκυσμένον.

Nete diezeugmenôn, ϕ jacens, & η negligentius pictum & diductum.

Τρίτη ὑπερβολαίων, Υ κάτω νεῦον, καὶ ἡμίαλφα ἀριστερὸν, ἄνω νεῦον. Λ Ι'

Trite hyperbolæôn, Υ deorsum respiciens, & dimidium alpha sinistrum, sursum respiciens.

Υπερβολαίων διάτονος, μῦ καὶ πῖ καθήκυσμένον, ὅπερ τὸν ὀξύτητα. Μ Π'

Hyperbolæôn diatonos, my & pi diductum, supra habens accentum acutum.

Νήτη ὑπερβολαίων, ἰῶτα καὶ λάμβδα πλάγιον, ὅπερ τὸν ὀξύτητα. Ι <'

Nete hyperbolæôn, iota & lambda jacens supra habens accentum acutum.

Hi sunt Lydii modi apud Alypium secundùm genus diatonum : præter hos autem habentur ibidem Hypolydii, & Hyperlydii eodem genere : Æolii quoque modi in genere diatono, itemque hypoæolii & hyperæolii : Phrygii, Hypophrygii, & Hyperphrygii : Iastii, Hypoiastii, & Hyperiastii : Dorii, Hypodorii, & Hyperdorii. Deinde vero Lydii modi signa in genere Chromatico, & consequenter Hypolydii & Hyperlydii, Æolii item, &c. demum Notæ modorum omnium in genere Enarmonio. In variis autem



illis modis eædem, quæ ſupra, notæ ſæpe recurrunt, additis aliis ad diſtinctionem. Verum hæc ſufficiant ad ſpecimen & exemplum, ut ſi quis in evolvendis Codicibus in tales notas incidat, in his non omnino hoſpes ſit. His ſimilia exhibet Boëtius, Libro IV. de Muſica, Cap. III. ubi notas Muſicas ab his paulum diverſas profert; niſi tamen illa diverſitas Librariis ſenſim a priſcâ formâ deflectentibus adſcribenda ſit. Si quis hac de re plura deſideraverit, ſupra laudatos Muſicorum & Harmonicorum libros adeat.

Quod ad notas vero pro cantu Eccleſiaſtico, eæ duplicis generis ſunt: aliæ ſcilicet pro inflexionibus vocum inter legendum adhibitis, quarum ſpecimina quædam adtulimus ſupra, Libro III. ſub finem: jamque aliud exemplum dedimus ex Codice Baſilianorum Romæ XI. ſæculi, ubi notæ frequentiores ac diverſæ ſunt. Aliæ notæ ſunt pro modulationibus majoribus & prolixioribus, ſuperne & extra ſcriptionis ſeriem depictis: quarum exemplum damus ex Codice Colbertino XI. ſæculi, qui complectitur totum Græcorum officium per annum, cum contaciis, verſiculis, odis, triodiis, aliiſque Officii divini partibus.

In primo legitur ex Epiſt. I. ad Corinthios, cap. I. 10.

Ἀδελφοὶ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα· ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ. ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν ἀδελφοί μου ὑπὸ τῶν Χλόης, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσιν. λέγω δὲ τοῦτο ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει· ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ.

Fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſententia. Significatum eſt enim mihi de vobis ab iis qui ſunt Chloes, quia contentiones ſunt inter vos. Hoc autem dico, quod unuſquiſque veſtrûm dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego vero Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti.

In ſecundo, pro modulationibus majoribus & prolixioribus.

Χριστὸς ὁ ἐρχόμενος ἐμφανὴς Θεὸς ἡμῶν, ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ· ὃς ἀπὸ ταμείου νύμφης ὀφθήσεται, καὶ φάτνῃ Βηθλεὲμ προσπαρήσεται. ἡ φάτνη τῶν ἀλόγων, ὃν δὲ χωρεῖ ὁ οὐρανὸς ὑποδέχου μέλλοντα σπαργανοῦσθαι σὲ σοί, τὸν τῶν λόγῳ λύσοντα τὴν ἀλογίας ἡμᾶς. ἀστὴρ μηνύει, μάγοι προσκυνοῦσι, ποιμένες ἀγραυλοῦσι, φρίκην ὁρῶντες τὸ φαινόμενον, καὶ ἄγγελοι μέλπουσιν ὑπὲρ γῆς, θεώμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν τῶν ἡμῶν ἡμῶν.

Chriſtus qui venit manifeſte Deus noſter, veniet & non tardabit, ex ſponſa nuptialis tori experte apparebit, & in ſpelunca Bethleem reponetur. Præſepe irrationabilium, ſuſcipe eum, quem cælum non capit, qui in te faſciis involvendus eſt, qui ratione & verbo ſoluturus eſt irrationabilitates noſtras. Stella indicat, Magi adorant, Paſtores in agro pernoctant, horrendum cernentes prodigium: & Angeli modulantur in terra, contemplantes redemtionem generis noſtri.

Iiſdem hodieque Notis Muſicis utuntur Græci in cantu Eccleſiaſtico, ut a multis accepi. Plurimos hujuſmodi notarum & Eccleſiaſtici cantus Codices manuſcriptos in variis Galliæ & Italiæ Bibliothecis vidi. Uſum autem Græcarum iſtiuſmodi notarum cum hodierno noſtro cantu Eccleſiaſtico conferre, non eſt præſentis inſtituti.

CAPUT IV.

De notis & de diviſionibus Monetarum, tam veterum quam recentiorum: item de diviſionibus Arithmeticis, & earum notis.

MONETARUM veterum, quæ ante Romanum Imperium apud Græcos in uſu erant, ſigna & notæ non ſuppetunt adferendæ: hic agitur de iis, quæ poſtquam Græci in ditionem Romanorum venerant, in Græcia perinde atque in toto Romano Imperio adhibitæ ſunt, quarum ut ſpecies, ita & notæ a Romanis pariter & Græcis frequentabantur. Poſteaquam vero Romanum Imperium Conſtantinopolin tranſlatum eſt, nova ſenſim monetarum genera, nova quoque ſigna, recepta ſunt. Hic vero de utriſque monetarum generibus agitur. De Romanis hæ paucæ notæ & ſiglæ apud Græcos ſuperſunt.

H--S *Seſtertium*, q. d. ſemiſtertium, quia duos aſſes & ſemis antiquitus valebat. Hæc nota frequentiſſima eſt.

M, μνᾶ μία, *mina una.* M, μναῖ δύο, *minæ duæ.* M, μναῖ, *minæ.* Ex Inſcriptione marmorum Oxonienſium, p. 93. poſita tempore Hadriani Auguſti. Erat autem mina aurea, mina argentea, mina Attica, mina Æginæa, de quarum pretio multi pertractarunt.

μ', μνᾶ, *mina*, item hoc modo abbreviatur in Opuſculo de Menſuris & ponderibus, Analect. Græc. p. 394.

ϟ, vel frequentius, ✕ δηνάριον, *denarius*, ita dictus quod decem aſſes haberet. Vide ſupra, Lib. 2. Cap. 6.

Cæteras Romanorum veteres monetarias notas apud Græcos Scriptores non reperi. Conſtantinopolitanarum vero ſiglas ut in Analectis Græcis edidimus hic apponemus.

φόλλις, vel φόλλεις.

κεράτιον, vel κεράτια.

μιλλιαρήσιον, vel μιλλιαρήσια.

νόμισμα, vel νομίσματα.

νομίσματα.

τραχὺ νόμισμα.

λίτρα, vel λίτραι.

κεντηναρίον.

κεντηναρία.

χαράγματος.

φόλλις, olim majoris pretii moneta, medio & infimo ævo omnium minima erat; ita ut Milliarense, quæ erat tenuis argentea moneta, pretio viginti-quatuor follium esset, κεράτιον autem, utpote dimidium Milliarensis, duodecim folles valeret: Nomisma vero, duodecim Milliarensia; sed postea sub Alexio Comneno, nomisma ad quatuor Milliarensia redactum fertur in Rationario Alexii Comneni, quod in Analectis Græcis edidimus pag. 377. Fortasse vero sub posterioribus Augustis, aliæ in Monetis mutationes, ut fieri solet, accesserunt; sed de iis nihildum reperimus in Mss. Libra septuaginta-duorum nomismatum erat: centenarium vero centum Librarum: & sic intelligas in Scriptoribus Byzantinis, ubi majores pecuniæ summæ passim per centenaria ducuntur. Quod ad postremam vero notam, quæ χαράγματος exprimit, ea vulgo cum nomismate conjungitur in Rationario, ita ut χαράγματος νόμισμα simpliciter, nomisma signatum significet; ad differentiam nomismatis, cum per minutiorem monetam solveretur, quo sensu dicitur, νόμισμα δι' ἐλασσόνων ψηφίων.

Milliarensium notæ peculiari modo scribuntur hoc pacto.



Cujus numerationis ratio sic initur, lineæ supra positæ numeros duplicant, Φ vero numerice sumtum quingenta significat, sed per lineolam supra positam & duplicantem, mille indicat. Similiter α notatum lineola subtus, mille significat, duplicatum vero per alteram lineam jacentem supra positam, duo milliaria, sive Milliarensia: & sic de reliquis. Cur autem argentea eaque tenuissima moneta Milliarense vocetur, non ita convenit inter monetariæ rei Scriptores: crederem ita vocatum quia libræ aureæ millesima pars olim uerat. In Rationario autem nostro de quo supra, libra 864. Milliarensia tantum habere dicitur: libra quippe 72. nomismata habet, nomisma duodecim Milliarienſia; si vero 12. per 72. multiplices, 864. computantur. Olim autem ut credere est libra mille milliarensia habuerat: ac milliarense sic vocabatur, quod libræ millesima pars esset. Subinde vero aucto milliarensis

pretio

pretio, 864. pars libræ fuit, & ſub Alexio Comneno majorem in modum auctum eſt : nam is præcepit ut quatuor milliarenſia in poſterum nomiſma efficerent : cum autem libra 72. nomiſmatum eſſet, illa quater repetita ſumma ad 288. exurgit : tunc igitur Milliarenſe, libræ aureæ 288. pars fuit.

Jam ad diviſiones nomiſmatum earumque notas procedamus, quales ex Cod. Regio 2724. exſumtas edidimus in Analectis Græcis, p. 319.

ἥμισυ, dimidium.

δίμοιρον, duæ tertiæ partes.

 τριτημόριον vel τρίτον μέρος, tertia pars.

 τέταρτον μέρος, quarta pars.

πέμπτον μέρος, quinta pars.

ἕκτον, ſexta.

ἕβδομον, ſeptima.

ὄγδοον, octava.

ἔνατον, nona.

δέκατον, decima.

ἑνδέκατον, undecima.

δωδέκατον, duodecima.

εἰκοστὸν τέταρτον, vigeſima-quarta.

τεσσαρακοστὸν ὄγδοον, quadrageſima-octava.

ὄγδοον τεσσαρακοστὸν ὄγδοον, octava & quadrageſima-octava.

ἥμισυ, τρίτον, δωδέκατον : dimidium, tertia, duodecima.

ἓν ἥμισυ, εἰκοστὸν τέταρτον, καὶ τεσσαρακοστὸν ὄγδοον, unum cum dimidio, vigeſima-quarta & quadrageſima-octava parte.

Hi porro numeri cum ſimul ponuntur, non ita dividuntur, ut ſecundus primi, tertius ſecundi ſit portio, ut putat Goarus in Notis ad Syncellum; ſed omnes quotquot fuerint, nomiſmatis partes ſunt, ut initio λογαριϰῆς ſive Rationarii declaratur his verbis.

Τὸ γ. ὃ ιϐ. ὃ φόλλις ιη. Id eſt, *Quadrageſima-octava pars nomiſmatis, folles ſex; vigeſima-quarta, folles duodecim; vigeſima-quarta & quadrageſima-octava, folles octodecim, &c.*

C″, ἥμισυ, *dimidium*, hæc nota frequenter occurrit in Græcis exemplaribus manuſcriptis, & in quibuſdam editis vel perperam accepta, vel prætermiſſa fuit.

Hæ porro Arithmeticæ diviſiones, non pro Monetis tantum, earumque minutioribus partibus, uſurpabantur; ſed etiam pro aliis quibuſvis numericis diviſionibus in qualibet re & argumento, ut ex Codicibus Græcis ediſcimus; maximeque ex Regio num. 2724. unde ea, quæ præmiſſa ſunt, excerpſimus. Ibi namque primo παλαιὰ λογαριϰὴ τοῦ Αὐγούστου Καίσαρος; id eſt, *Vetus Ratio-*

narium Augusti Cæsaris; sive Ratio vectigalium exigendorum. Ubi notes ea, quæ de Tributis tempore Augusti exigi solitis hoc in Libro traduntur, non prorsus certa & explorata esse, utpote a Græco longe inferioris ævi conscripta; anno scilicet mundi, ut ibidem notatur fol. 48. 6691, id est Christi 1183. sed fides haud dubie habenda iis, quæ de Rationario Alexii Comneni ibidem leguntur, utpote ex ipsis Ærarii generalis Actis excepta, eodemque sæculo constituta, ut ibidem narratur. In his autem duobus Rationariis, Monetariæ notæ superius allatæ passim adhibentur. Similiterque in altero Libro iisdem subjuncto fol. 21. verso, cui titulus, Ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν λιτεισμῶν: id est, *Initium cum Deo enumerationis Librarum*, ubi Nomismatum summæ ad libras reducuntur, septuaginta videlicet nomismatibus pro qualibet libra positis. Deinde fol. 33. verso legitur titulus: περὶ τῶν λεπτῶν τ῀ λίτρας: hoc est, *De minutioribus Libræ partibus*, ubi supputatur quota pars libræ sit, talis talisque nomismatis portio usque ad minutissimas quasque particulas: iisdem semper adhibitis notis & signis, quæ supra repræsentavimus.

Sub hæc autem fol. 46. verso, eædem ipsæ divisiones numericæ cum notis atque siglis ut supra, adhibentur ad calculum Paschalem, cæterasque mensium, dierum, horarumque partes: quæ quomodo ducantur ex initio opusculi liquidum erit.

Ἀρχὴ σὺν θεῷ τ῀ ψήφου τῶν πασχαλίων καὶ ἑτέρων διαφόρων ζητημάτων, καθὼς συνίστανται καὶ ψηφίζονται· καὶ βρίσκεται ἑνὸς ἑκάστου ζητήματος ἡ ἑρμηνεία.

Initium cum Deo supputationis Paschalium, & aliarum variarum quæstionum, quomodo constituantur & supputentur, & quomodo cujusvis quæstionis interpretatio reperiatur.

Ὁ ἐνιαυτὸς ἔχει μῆνας ιβ'. οἵτινες εἰσὶν οὗτοι, Σεπτέβριος, Ὀκτώβριος, Νοέβριος, Δεκέβριος, Ἰανουάριος, Φεβρουάριος, Μάρτιος, Ἀπρίλλιος, Μάϊος, Ἰούνιος, Ἰούλιος, καὶ Αὔγουστος. ἕκαστος δὲ τῶν μηνῶν ἔχει νυχθήμερα πδ῀, ὥρας ρμ.

Annus habet menses 12. Sunt autem hi, September, October, November, December, Januarius, Februarius, Martius, Aprilis, Maius, Junius, Julius, Augustus. Unusquisque autem mensis noctes diesque habet quot infra enuntiantur.

Σεπτέβριος ἔχει νυχθήμερα τριάκοντα, ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιβ'. καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιβ'.

September habet noctes & dies triginta: dies habet horas 12. nox horas 12.

Ὀκτώβριος ἔχει νυχθήμερα λά. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ια. καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιγ'.

October habet noctes & dies 31. dies habet horas undecim, nox horas tredecim.

Νοέβριος ἔχει νυχθήμερα λ'. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ι. καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιδ'.

November habet noctes & dies 30. dies habet horas 10. nox horas 14.

Δεκέβριος ἔχει νυχθήμερα λά. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας θ'. καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιέ.

December habet noctes & dies 31. dies habet horas 9. nox horas 15.

Ἰανουάριος ἔχει νυχθήμερα λά. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ι. καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιδ'.

Januarius habet noctes & dies 31. dies habet horas 10. nox habet horas 14.

Φεβρουάριος ἔχει νυχθήμερα κή. δ῀ ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ια. καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιγ'.

Februarius habet noctes & dies 28. cum quarta parte: dies habet horas 11. nox horas 13.

Μάρτιος ἔχει νυχθήμερα τριάκοντα ἓν,

Martius habet noctes & dies 31. dies

ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιϛ'. καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιϛ'.

Ἀπρίλλιος ἔχει νυχθήμερα τριάκοντα, ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιγ'. καὶ ἡ νὺξ ὥρας ια'.

Μαΐος ἔχει νυχθήμερα τριάκοντα ἕν. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιδ'. καὶ ἡ νὺξ ὥρας ι'.

Ἰούνιος ἔχει νυχθήμερα λ'. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιε. καὶ ἡ νὺξ ὥρας θ'.

Ἰούλιος ἔχει νυχθήμερα λα'. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιδ'. ἡ νὺξ ὥρας ι'.

Αὔγουστος ἔχει νυχθήμερα λα'. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιγ'. ἡ νὺξ ὥρας ια'.

Ὁμοῦ τῶν δώδεκα μηνῶν, νυχθήμερα τξε'. τέταρτον, ἅπινα ποσιοῦται εἰς ἑβδομάδας νϛ'. νυχθήμερον ἕν, καὶ νυχθημέρου ὁ τέταρτον.

Ἕκαστον δὲ τῶν νυχθημέρων ἔχει ἀεὶ ὥρας κδ'. ἑκάστη δὲ ὥρα ἔχει λεπτὰ ε'. ἕκαστον λεπτὸν στιγμὰς τέσσαρας, καὶ ἑκάστη στιγμὴ ῥοπὰς δώδεκα.

Τοίνυν ἡ συμβαίνει ἔχειν τὸ χρόνον νυχθήμερα τξε'. τέταρτον ὥρας τῶν αὐτῶν νυχθημέρων ,ϡξς'. λεπτὰ, μυριάδας τέσσαρας, καὶ Γωλ'. στιγμὰς μυριάδας δεκαεπτὰ καὶ ετκ'. καὶ ῥοπὰς μυριάδας σι'. καὶ Γωμ'. ἐπεὶ ὃ ὃ ἕν νυχθήμερον ἔχει ὥρας εἴκοσιτέσσαρας, δηλονότι καὶ ἑκάστου νυχθημέρου εἰσὶ λεπτὰ ρκ'. στιγμαὶ υπ'. καὶ ῥοπαὶ ,ϡξ'. ὧν ὃ ἔχει ἑκάστην ὥραν καθὼς αὐτέρω εἴρηται, λεπτὰ πέντε, στιγμὰς εἴκοσι, καὶ ῥοπὰς σμ'.

habet horas 12. nox horas 12.

Aprilis habet noctes & dies 30. dies habet horas 13. nox horas 11.

Maius habet noctes & dies 31. dies habet horas 14. nox horas 10.

Junius habet noctes & dies 30. dies habet horas 15. nox horas 9.

Julius habet noctes & dies 31. dies habet horas 14. nox horas 10.

Augustus habet noctes & dies 31. dies habet horas 13. nox horas 11.

Duodecim mensium simul noctes & dies 365. cum quarta parte, quæ conficiunt 52. hebdomadas, cum nocte dieque una, & quarta parte noctis dieique unius.

Unumquodque noctis dieique spatium habet horas 24. Hora habet minuta 5. Minutum quodque puncta 4. Punctum quodlibet momenta 12.

Annus itaque habet noctes dieque 365. cum quarta unius noctis dieique parte: horas pro omnibus diebus 8766. minuta 43830. puncta 175320. momenta 2103840. Cum autem unumquodque noctis dieique spatium habeat horas 24. habet item, ut planum est, minuta 120. puncta 480. momenta 5760. quoniam, ut supra dictum est, quælibet hora habet minuta quinque, puncta viginti, momenta ducenta quadraginta.

Περὶ τῆς Ἰνδίκτου.

Ἰστέον ὅτι ἡ ἴνδικτος, ἥτις καλεῖται ἡ ὑποπέμπτης, ἄρχεται ἀεὶ ἀπὸ τῆς πρώτης τοῦ Σεπτεβρίου μηνὸς, ἀπέρχεται δὲ ἕως ἐτῶν δεκαπέντε, καὶ πληροῦται, καὶ πάλιν ἀποστρέφει καὶ ἄρχεται πρώτη.

De Indictione.

Sciendum est Indictionem, quæ item *Epinemesis* vocatur, semper incipere a prima mensis Septembris, & ascendere usque ad annos quindecim, sicque compleri; iterumque resumi, & incipere primam.

Hæc adferre visum est: quoniam secundum memoratas anni, mensium dierumque divisiones in Codice Regio 2724. inque aliis quibusdam, agitur de Cyclo Lunæ, de Cyclo Solis, de Bissexto, de computo Paschali, de Epactis, de Methodo Epactarum Pastoritia, quæ Græce dicitur ποιμενική. Ad hæc autem omnia adscribuntur notæ & siglæ supra positæ pro numeris & divisionibus; ita ut si quis Codices manuscriptos Græcos evolvens in hæc incidat, statim qua de re agatur, & quo pertineant notæ & divisiones hujusmodi, intelligere valeat.

Observandum autem est in eodem Codice Regio, myriadum, sive deno-

rum millium notas duobus punctis designari, sic ͵α, μυριὰς, sive decem millia. ͵β, μυριάδες δύο, sive viginti millia. ͵γ, μυριάδες τξς, sive triginta millia, & sic in infinitum usque ad myriades myriadum : quod item in aliis exemplaribus manuscriptis observavimus.

Post Monetarum autem notas & Arithmeticas divisiones, quales attulimus supra, subsequuntur in Analectis Græcis, p. 320. notæ vectigalium, hoc modo :

δημόσιον.

δικέρατον.

ἑξάφολλον.

δικερατοεξάφολλον.

ἐλατικόν.

Δημόσιον erat tributum ipsum, quod Imperatori pensitabatur. Abbreviatur autem per ϛ initio, imperitiâ Græcorum infimi ævi, qui δημόσιον legebant, & perinde atque in δικέρατον, quod duo κεράτια indicat, ac si in δημόσιον, δι duo exprimeret, per literam numeralem ϛ, quæ duo significat, nomen δημόσιον expresserunt.

Δικέρατον vox derivata a δὶς & κεράτιον, *duo ceratia* : quia pro unoquoque nomismate tributi nomine pensitato, duo insuper ceratia exigebantur, & ad Secretum, (sic vocabant ærarium, sive ædem vectigalibus recipiendis deputatam,) deferebatur. Hujus autem novi vectigalis institutionem referre videtur Cedrenus ad Leonem Isaurum; Constantinus vero Manasses ad Nicephorum Constantini & Irenes successorem : etsi ex hujus verbis ambigi possit, an de institutione, an de renovatione tantum talis tributi loquatur. Sed vetustiorem ejus originem esse indicat Rationarium ex ærarii instrumentis exsumtum. Cedrenus autem ideo ad Leonem Isaurum hujus tributi institutionem refert, etsi perperam, quia ille hujusmodi tributum redintegravit, & Hexaphollo, sive sex follibus auxit, ut in eodem Rationario narratur : quamobrem δικέρατον, sive *duorum ceratiorum vectigal*, & ἑξάφολλον, *sex follium*, una voce sic exprimuntur, δικερατοεξάφολλον, ut supra, quia videlicet, δικέρατον a Leone Isauro, Hexaphollo auctum est.

Ελατικὸν, sive *Elaticum*, merces apparitoris, seu cogentis ad solvendum, a quibusdam *compulsorium* dicitur : compulsori autem vigesima-quarta pars cujusque nomismatis in mercedem cedebat.

CAPUT V.

De Notis Menſurarum & Ponderum, tam ſolidorum, quam liquidorum : & de notis marginalibus Librorum.

MENSURAS ſolidorum adfert, numerat & explicat Hero nobilis Geometra in opuſculo περὶ διοπτείας, ſeu de menſuris rectis, ſive ut explicat ipſe κατὰ τὸ μῆκος μόνον, *ſecundum longitudinem tantum.* Id autem ait, quia de ſola menſurarum definitione, earumdemque inter ſe comparatione agitur : nam alioqui conſpicuum eſt has menſuras perinde pro latitudine ac pro longitudine uſurpari poſſe.

Menſuræ hujuſmodi ſunt ex Herone, digitus, palmus, dichas, ſpithame ſive dodrans, pes, πυγών, *pygon*, cubitus, paſſus, ξύλον, *xylum*, ulna, calamus, ἄχαινα, *acena*, ἄμμα, *amma*, plethrum, jugerum, ſtadium, diaulum, milliare, ſchœnus, paraſanges. Hæ vero ſolidorum menſuræ, ſecundum ſuperficiem tantum uſurpantur : nam pro cubis, alia menſuræ ratio proponitur.

Δάκτυλος, *digitus*, eſt omnium ſupra memoratarum minima : quæ autem minores illo ſunt, μόρια, ſive particulæ vocantur. Dividuntur autem in dimidium, tertiam partem, quartam, quintam, &c. ac per allatas ſuperiori Capite notas Arithmeticas diviſionum exprimi ſolent.

Παλαιστὴς, *palmus*, habet digitos octo.

Διχάς, *dichas*, habet palmos duos, digitos quatuor.

Σπιθαμὴ, *ſpithame*, habet palmos tres, digitos duodecim : ubi advertas erraſſe quoſdam, qui ſpithamen pro palmo habuerunt, ut jam monuimus, Lib. 1. Cap. 1.

Ποὺς, *pes*, inquit Hero, diſtinguitur in Regium ſive Philæterium, & Italicum ; Regius habet palmos 4. digitos 16. Italicus, digitos 13. & tertiam digiti partem.

Πυγών, *pygon*, habet palmos 5. digitos 20.

Πῆχυς, *cubitus*, habet palmos ſex, digitos 24. vocatur quoque ξυλοπριστικὸς πῆχυς, *xylopriſticus*, ſive ligni ſectilis cubitus.

Βῆμα, *paſſus*, habet cubitum unum cum duabus tertiis partibus, palmos 10. digitos 40.

Ξύλον, *xylum*, *lignum*, (nos dicimus, *perche*,) habet cubitos tres, pedes 4. cum dimidio, palmos 18. digitos 72.

Ὄργυια, *ulna*, habet cubitos quatuor, pedes Philetærios ſex, Italicos 7. cum quinta parte.

Κάλαμος, *calamus*, habet cubitos ſex cum duabus tertiis partibus, pedes Philæterios 10. Italicos 12.

Ἄμμα, *amma*, habet cubitos 40. pedes Philetærios 60. Italicos 72.

Πλέθρον, *plethrum*, habet acenas 10. cubitos 66. cum duabus tertiis partibus, pedes, Philetærios quidem 100. Italicos vero 120.

Ἄχαινα, *acena*, habet pedes Philetærios 10. ſcilicet digitos 160.

Ἰούγερον, *jugerum*, habet plethra duo, acenas 20. cubitos 133. cum tertia cubiti parte, pedes Philetærios, longitudine quidem ducentos, latitudine vero

centum : Italicos autem, longitudine pedes 240. latitudine 120. ita ut in tetragono sint embadi, seu areæ, 28800.

Στάδιον, *stadium*, habet plethra sex, acenas 60. cubitos 400. pedes Philetærios 600. Italicos 720.

Δίαυλον, *diaulum*, habet plethra 12. sive stadia 2. acenas 120. cubitos 800. pedes Philetærios 1200. Italicos vero 1440.

Μίλιον, *milliare*, habet stadia septem cum dimidio, plethra 45. acenas 450. ulnas 750. passus 1800. cubitos 3000. pedes Philetærios 4500. Italicos 5400.

Σχοῖνος, *schœnus*, habet milliaria 4. stadia 30.

Παρασάγγης, *parasanges*, habet milliaria 4. stadia 30. Est autem mensura Persica.

Hæc de antiquis mensuris Hero : ex his autem mensurarum nominibus hæc tantum abbreviantur in Cod. Regio 2724.

α̃ β̃ γ̃ χ̃ χ̃ δ̃
Δ, π, πο, πη, πη, γα. δακτύλους, παλαιστάς, πόδας, πῆχυς, πήχεις, σάγμ.

Divisiones autem mensurarum, iisdem notis significantur, quibus Monetarum divisiones capite præcedenti.

Præter illas veteres mensuras alias item adfert Hero, quæ suo tempore in usu erant: & eæ quidem non nomine differunt, ut plurimum; sed quantitate.

Δάκτυλος, *digitus*, inquit ille, mensura omnium minima, etiam μονάς, sive unitas vocatur & dividitur in particulas.

Κόνδυλος, *Condylus*, habet digitos duos.

Παλαιστὴς, *palmus*, a quibusdam τέτρτον, sive quartum vocatur, quod quatuor constet digitis, vel quod sit quarta pars pedis : quidam vero, τρίτον, *tertium* vocant, quod sit tertia pars spithames : spithame enim tria quarta habet; pes vero, quatuor.

Διχάς, *dichas*, constat palmis duobus, nimirum octo digitis, quatuor condylis : vocaturque duæ tertiæ partes spithames. Dichas vero dicitur, duorum digitorum apertura, nempe pollicis & indicis : quam & cœnostomum, κοινόστομον, quidam vocant.

Σπιθαμὴ, *spithame*, habet palmos tres, nempe digitos 12. condylos 6.

Ποὺς, *pes*, habet spithamen unam cum tertia parte, nempe palmos 4. condylos 8. digitos 16.

Πῆχυς, *cubitus*, habet pedes duos, sive duas spithamas, cum duabus tertiis spithames partibus, palmos 8. condylos 16. digitos 32.

Τὸ βῆμα ἁπλοῦν, *passus simplex*, constat spithamis tribus cum tertia spithames parte, pedibus duobus & dimidio, palmis 10. condylis 20. digitis 40.

Τὸ βῆμα ὁ διπλοῦν, *passus duplex*, constat pedibus quinque, spithamis sex cum duabus tertiis partibus, palmis 20. condylis 40. digitis 80.

Ὁ πῆχυς ὁ λιθικὸς, *cubitus lapideus*, sive melius, cubitus metiendis lapidibus, habet spithamas 2. pedem unum cum dimidio, palmos 6. condylos 12. digitos 24. Simili modo cubitus ligni sectilis.

Ὀργυὰ, ulna, *quâ serenda arva metiri solemus*, inquit Hero, *habet spithamas regias novem, cum quarta parte; vel pedes sex cum spithame una, & quarta ejusdem spithames parte; palmos sive gronthos 27. & pollicem unum; id est, 26. stricta manu, ultimum vero, aut primum extenso pollice, qui dicitur quarta pars spithames, habetque tres digitos. Postea vero ulnam facies in calamo, aut in quodam*

ligno : deinde vero funiculum, sive socarium decem ulnarum, & sic dimetieris, quem dimensurus es, locum; socarium namque serendæ terræ decem ulnas habere debet. Socarium vero pratorum & ambituum, ulnas duodecim. Et cum funiculo quidem decem ulnarum modii unius solum ducentas duntaxat ulnas habet, cum funiculo autem duodecim ulnarum, 288.

Adjicit Hero, modium terræ satui aptæ, quadraginta frumenti libris seri; ulnarum scilicet quinque spatium, librâ unâ; ulnarum 10. libris duabus; ulnarum 15. libris 3. & sic de reliquis.

Hæc autem Tabulæ sequenti præmisimus, quod ad eam explicandam admodum conferant. Modius autem pro spatio terræ ducentarum ulnarum satui apto accipiebatur : quod item mensuræ genus in vineis locum habebat; secus autem in pratis & in salebrosis locis, ubi modius majus terræ spatium occupabat.

Tabula sequens ex Typico Irenes Augustæ Regio, de quo supra Lib. IV. Cap. 6. excerpta fuit, ubi secunda & posterioris ævi manu addita fuit a Monialibus Monasterii Kecharitomenes sive Gratia-plenæ : exhibetque vineas eidem Monasterio Constantinopolitano vectigales : quot terræ modios singulæ vineæ complectantur ostendit, & quantum pecuniæ pro singulis pensitetur.



Illam porro Tabulam sic explicamus, additis popularium vectigalium nominibus.

Βασίλιος ὁ Καλογρίτης, μοδίων γ'. ἔχει, κεράτια κγ'. *Basilius Calogeritis (habet vineam) modiorum trium, sextâ minus modii parte : (pensitat) ceratia viginti-tria.*

Χήρα ἡ Τζιμνογυλίνυ, μοδίων γ'. νόμισμα ά. *Vidua Tzimnogulini, modiorum trium, (solvit) nomisma unum.*

Χήρα ἡ Πλυπερίνυ, μοδίων ϛ'. ἡμίσιος, κεράτια κ'. *Vidua Plyperini, modiorum trium & dimidii, ceratia viginti.*

Δημήτριος ὁ Κανώα, μοδίων ε. πέμπτης, νόμισμα ἕν, κεράτια ιη'. *Demetrius Canoa, modiorum quinque cum quinta modii parte, solvit nomisma unum, ceratia* 18.

Ἱερεὺς ὁ Κανώα ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, μοδίων γ'. ἡμίσιος, νόμισμα ά, κεράτια γ'. *Sacerdos Canoa frater ejus, modiorum trium & dimidii, nomisma unum, ceratia tria.* Hic κεράτια δ'. primum positum fuerat : cujus numeri loco postea γ'. substitutum est.

*Ἀπὸ τῶ ὁ λιθογνόμιων, μοδίων τ'. δεκάτου, νόμισμα ά. κεράτια ιϛ'. . . . . *Lithognomon, modiorum sex & decimæ modii partis, nomisma* 1. *ceratia* 12. Prima manu hic legebatur ιι. ϛ'. κεράτιον ά. nomismata duo, ceratium unum. Dehinc deletis prioribus, hæc substituta sunt νομ. ά. κέρατ. ϛ'. Summa autem infra descripta, cum numeris primo positis consentit, cum substitutis non item.

Γουίος ὁ κένταρχος, μοδίων ε. νόμισμα ά. κεράτια ις'. *Gunius centurio, modiorum quinque, nomisma unum, ceratia* 16.

Ἰωάννης ὁ Τζιβίτζελος, μοδίων γ'. τρίτυ, λεπτῶν γ'. νόμισμα ά. κεράτια ϛ'. ἥμισυ. *Joannes Tzibitzulus, modiorum trium, cum tertia modii parte & tribus minutis; nomisma unum, ceratia duo cum dimidio.*

Κώνστας ὁ Γαλώτης, μοδίων ϛ'. τετάρτου, κεράτια ιη'. *Constans Galotes, modiorum duo cum quarta modii parte; ceratia* 18.

Μακάριος ὁ Κουρσάρης, μοδίων ϛ'. ὀγδόυ, κεράλια ιζ'. *Macarius Cursares, modiorum duo cum octava modii parte; ceratia* 17.

Λαμπάδιος ὁ Παόπλος, μοδίων δ'. δεκάτου, νόμισμα ά. κεράλια θ'. *Lampadius Panoplus, modiorum quatuor cum decima parte modii; nomisma unum, ceratia* 9.

Θεόδωρος κηπουὸς, μοδίων τ'. νομίσματα ϛ'. *Theodorus hortulanus, modiorum sex; nomismata duo.*

Summa autem ad imum Tabulæ posita sic explicatur, νομίσματα ἔχει ιέ. κεράλια η'. ἥμισυ. *Nomismata habet quindecim, ceratia* 8. *cum dimidio.* Nomismatum summa sic habeat necesse est, etsi ϛ'. legi statim videatur. Verum Sanctimonialis, quæ Tabulam & summam descripsit, postremæ literæ numerali transversam lineam adscribere prætermisit : nam alioquin ϛ. illâ formâ nusquam legitur in hac Tabula & in sequentibus, quæ ibidem adjiciuntur: sed est forma τῦ ε, omissa transversa linea, ut diximus; & sane supputatio Tabulæ cum illo nomismatum numero consentit.

Jam dictum est supra ceratium esse dimidium milliarensis sive solidi argentei. De Milliarensi vero & de pretii ejus varietate Cap. præcedenti actum fuit.

Hæc porro figura ΜΧ pro modiis significandis in aliis Græcis Codicibus est, & nominatim in Colbertino, num. 614. fol. 315. ubi dicitur Encliſtram, sive Monasterium Incluſorum, in terra Matriorum agrum possidere trecentorum μοδίων, sive modiorum. Μόδιος item in Tabula sequenti habetur.

Pro mensuris autem solidorum, sive cubicorum corporum, pedibus dumtaxat utuntur, ut videre est in Cod. Reg. 2724. ubi breviſſimum opusculum habetur hoc titulo, Μέτρησις λίθου τετρᾶ, *Mensura lapidis solidi.*

Notæ ad Mensuras liquidorum & pondera, in sequenti Tabula delineantur : ut autem eorum quæ ibidem feruntur mensurarum tenuis saltem notitia

titia Lectori ſuppetat, ac ne nudas voces ſine ulla explicatione demus, hîc opuſculum breve ex Cod. Regio, num. 3284. adferre libet, quale jam edidimus in Analectis noſtris.

Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, καὶ τῶν δηλουμένων αὐτὰ σημάτων.

Η ἀπερίσκεπτος ἁπλῆ γραμμή τις οὖσα πλαγία, —, δηλοῖ μίαν πρᾶγμα, ὀβολός· αἱ δὲ δύο περίσκεπτοι ἁπλαῖ, ⫶ δύο ὀβολοί. Τὸ δὲ Ρωμαϊκὸν σῖγμα, ὅπερ ἀνδρείῳ καθετῆρι πρόσοικε, S, τριόβολον. Εἰ δὲ μέσην ἁπλῆν ἀπερίσκεπτον ἔχοι γραμμήν, S--, τετρόβολον. ἡ δὲ διπλῆ ἀπερίσκεπτος συνέλευσις οὖσα δυοῖν λοξῶν καὶ ὧν πέρας πρὸς ἄλληλας, ≷, ὁλκὴν τινὰ σημαίνουσι δραχμῆν προσαγορευομένην. Τὸ δὲ γάμμα κατὰ τὸ πέρας ἔχον τὸ αὐτῷ πλαγίας προσκείμενον ο, ſο, οὐγκίαν. κάππα δὲ κατὰ μιᾶς κεραίας ἔχον προσκείμενον υ, κύ, κύαθον. λάμβδα δὲ κατὰ μέσον ἔχον ἰῶτα προσκείμενον, λί, λίτραν. ξ δὲ, εἰ μὲν ἔχοι προσκείμενον έ, ξέ, ξέστην· εἰ δὲ, ὁ, ξό, ὀξύβαθρον. μ δὲ κατ' αὐτῷ τεταγμένον ἔχον ν, μν, μνᾶν.

Ἔχει δὲ ἡ μνᾶ ὁλκὰς ἑκατόν· πρὸς δὲ τὸ Ιταλικὸν, ριβ'. ἡ οὐγκία δὲ ὁλκὰς ζ'. Αττικὰς δὲ ϛ'. καὶ ὀβολὸν ά. καὶ χαλκοῦς δ'. οὐγκία δὲ ἔχει γράμματα κδ'. Τὸ δὲ γράμμα ὅστιν ὀβολὸς, χαλκοῦς δ'. ἡ δὲ ὁλκὴ ἔχει ὀβολοὺς ϛ'. ὁ δὲ ὀβολὸς, χαλκοῦς ί. ὁ δὲ μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβ'. Τὸ δὲ ἡμίεκτον, χοίνικας δ'. ἡ δὲ χοίνιξ κοτύλας Αττικὰς δ'. κοτύλη δέ ὅστι τὸ ἥμισυ τοῦ ξέστου. καὶ τὸ τριβλίον δὲ λεγόμενον, κοτύλη ὅστιν Αττική. Τὸ δὲ ὀξύβαθρον, τέταρτόν ὅστι κοτύλης· ὁλκὰς δὲ ἔχει δύο, ὀβολὸν ά. χαλκοῦς δ'. Ο δὲ κύαθος ἔχει κοτύλης ἕκτον, ὁλκὰς ή. ἡ δὲ χήμη ἄγει λίτραν μίαν, ἥμισυ. ἡ δὲ λίτρα ἔχει οὐγκίας ιβ'. ὁλκὰς οέ. ἐν ἄλλῳ, οϐ'. ἰδίως δὲ ἡ Ελληνικὴ κοτύλη τοῦ ἐλαίου ἔχει λίτραν μίαν. ὁ δὲ ξέστης λίτρας ϛ'. ὁ δὲ Ιταλικὸς ξέστης, λίτραν μίαν ἥμισυ. ἡ δὲ Αλεξανδρινὴ κοτύλη τοῦ ἐλαίου ἔχει οὐγκίας κ'. οἵου δὲ οὐγκίας

De Menſuris & Ponderibus, & Notis ea ſignificantibus.

Linea ſimplex tranſverſa, nullo puncto ſignata, obolum unum ſemper ſignificat: duæ vero lineæ ſimplices punctis notatæ, duos obolos. Latinum autem ſigma, quod virili Cathetéri ſimile eſt, S, triobolum ſeu tres obolos denotat: quod ſi lineam ſimplicem nullo puncto notatam in medio habeat, tetrobolum, id eſt, quatuor obolos. Duplex vero linea nullo puncto notata, quæ ſit concurſus duarum obliquarum ſecundum extremitatem, holcen, quæ item drachma vocatur, indicat. *Gamma* ad extremitatem lineæ ſuæ obliquæ habens ο adjacens ſο, unciam ſibi vult. *Kappa* vero, quod ad alterum cornu habet υ adjacens, κύ, cyathum. *Lambda* cujus medio *iota* adjacet, Λί, libram. ξ autem, ſi quidem habeat έ adjunctum, ξέ, ſextarium; ſi autem ὁ, ξό, oxobathum. μ, ſi e regione habeat ν, μν mnam.

Mna autem habet holcas centum: ſecundùm pondus Italicum 112. Uncia habet holcas ſeptem, Atticas vero ſex cum obolo uno, & chalcis quatuor. Uncia habet grammata 24. Gramma eſt obolus cum chalcis quatuor. Holce habet obolos ſex: obolus chalcos decem. Medimnus vero habet hemiecta 12. Hemiecton Chœnices quatuor. Chœnix cotylas Atticas quatuor. Cotyla vero eſt dimidium ſextarii. Tryblion autem, ut vocant, eſt cotyla Attica. Oxobathon eſt quarta cotylæ pars, habetque holcas duas cum obolo uno & chalcis quatuor. Cyathus vero habet cotylæ ſextam partem, holcas octo. Cheme libram unam cum dimidio. Libra vero habet uncias duodecim, holcas 75. ſecundum aliud pondus, 72. Speciatim Græca cotyla olei habet libram unam. Sextarius libras duas: Italicus vero ſextarius libram unam cum dimidio. Alexandrina autem olei cotyla habet uncias 20.

TABULA NOTARUM PRO MENSURIS ET PONDERIBUS.



θ'. ὁ δὲ Ἰταλικὸς ξέξης τῦ οἴνυ, λίτραν μίαν, ουγίας η'. ἡ δὲ Αλεξανδρινὴ μνᾶ ἄγλ ὁλκὰς ρν'. ἄλλαχοῦ ρνη'. ὃ δὲ τέαρ ὑγρὸν μὺ ὂν, ἄγλ ἐις πλὼ μνᾶν ὁλκὰς οϐ'. ξηραινὸν δὲ ὁλκὰς οέ. ἡ δὲ τ ὑγρᾶς πίσσης κοτύλη ἄγλ ὁλκὰς π'. τὸ δὲ ἐρυσίμου λίτρας δ'. ὁ δὲ χοῦς ὅστ μέτρον Αττικόν, κοτύλαι Αττικαὶ ιϐ'. ςαθμοῦ δὲ ἄγλ ὁλκὰς ψκ'. ἡ δὲ χοίνιξ μετρυμένη ὅστ κοτύλαι γ'. ςαθμοῦ δὲ ὁλκαὶ ρπ'. ὁ δὲ ξέξης μετρούμενος ὅστ κοτύλαι ϐ'. ςαθμοῦ δὲ ὁλκαὶ ρκ'.

vini vero, uncias novem. Italicus vini ſextarius, libram unam, uncias octo. Mna Alexandrina pendit uncias 150. alibi 158. Sebum ſi liquidum ſit, pendit pro mna una holcas 72. concretum vero & coagulatum holcas 75. Cotyla picis liquidæ pendit holcas 80. eryſimi vero, ſive reſinæ, libras quatuor. Chus autem eſt menſura Attica, nempe cotylæ Atticæ duodecim. Eſt verò pondo holcarum 720. Chœnix autem habet menſuram cotylarũ trium, pondus holcarum 180. Sextarius continet menſuram cotylarum duarum, pondus holcarum 120.

Quod dicitur autem S, quod τριόβολον ſignificat, αὐδρείῳ καλαμῳ ſimile eſſe, intelligitur de inſtrumento chirurgico concavo, & ab altera parte recurvo, quo urina in veſica virorum detenta elicitur, & veſicæ vitia probantur, vulgo, *la ſonde*.

Notas autem ponderum & menſurarum, tum eas quæ hoc in opuſculo adferuntur, tum alias, quas variis ex libris excerpſimus, in Tabula ſupra adferimus.

Notas vero marginales aut alias interlineares in libris uſurpari ſolitas, deſumpſimus ex Iſidoro, itemque ex Epiphanio, quorum tamen notæ pleræque jamdiu obſoleverunt: itemque ex Codicibus manuſcriptis. De figura & varietate notarum hujuſmodi quædam dicamus neceſſe eſt.

Ὀϐελὸς, *obelus*, ſecundum Epiphanium, lineolæ figuram habet, & tamen quaſi ⸸ deflexum in Libris ejus depingitur; obeli vox, inquit ille, Attici eſt uſus, apud alios autem δόρυ ſive lancea vocatur. Apponitur vero divinæ Scripturæ vocibus, quæ apud LXX. quidem interpretes habentur; ſed apud Aquilam & Symmachum non feruntur. Iſidorus autem ait obelos apponi in rebus vel ſententiis ſuperflue iteratis, ſive in iis locis ubi lectio aliqua falſitate notata eſt, ut quaſi ſagitta jugulet ſupervacanea, atque falſa confodiat. Sagitta enim Græce ὀϐελὸς eſt. Obelus vero ſuperne appunctatus, ὀβελιςμένος, ponitur in iis de quibus dubitatur utrum tolli debeant, necne.

Ἀςτερίσκος, *aſteriſcus*, inquit Epiphanius, ubi jacet, ſignificat vocem eo notatam in Hebraïco eſſe, & apud Aquilam & Symmachum ferri, & interdum ſed raro apud Theodotionem; ſed a LXXII. Interpretibus omiſſam fuiſſe, quaſi duplicatam & ſuperfluam. Iſidorus vero ait, aſteriſcum apponi in iis quæ omiſſa ſunt, ut illuceſcant per eam notam quæ omiſſa videntur. Longe alium aſteriſci uſum docet quidam Calligraphus in Codice Baſiliano Romæ, qui eſt undecimi ſæculi, & S. Gregorii Nazianzeni opera complectitur: ὁ ἀςτερίσκος δῦ τίθεται ἐν οἷς χωρίοις ὁ Θεόλογος περὶ τ σαρκίκου οἰκονομίας τ̃ μεγάλου θ̃υ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησ̃ χριςοῦ λέγηται ἀφ' ἧ φανέντα τοῖς Μάγοις θεὸν ἀςέρα. *Hic aſteriſcus ponitur in locis ubi Theologus de carnali œconomia magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti loquitur: propter divinam ſtellam, quæ Magis apparuit.*

Lemniſcus, ait Iſidorus, *eſt virgula inter geminos punctos jacens: apponitur in iis locis, quæ ſacræ Scripturæ Interpretes eodem ſenſu, ſed diverſis ſermonibus, tranſtulerunt.*

Ἀντίσιγμα, *cum puncto apponitur, ubi in translationibus diversus sensus habetur.* Isidorus.

Ἀστερίσκος μετ' ὀβελοῦ, *Asteriscus cum obelo: hac proprie Aristarchus utebatur nota in iis versibus, qui non suo loco positi erant.* Isidorus.

Ἀνίσιγμα *cum puncto apponitur, ubi in translationibus diversus sensus habetur.*

Παράγραφος, *Paragraphus ponitur ad separandas res a rebus, quæ in connexu concurrunt, quemadmodum in catalogo loca a locis, & regiones a regionibus, in agone præmia a præmiis, certamina a diversis certaminibus, separantur.* Isidorus.

Ἀνθυπόγραφος, sive ut Isidorus habet, *positura, est figura paragrapho contraria; ideo sic formata, quia sicut ille principia notat, ita ista fines a principiis separat.*

Κρυφία, *circuli pars inferior cum puncto ponitur in iis locis, ubi quæstio dubia & obscura aperiri vel solvi non potest.* Isidorus.

Ἀντίσιγμα, *ponitur ad eos versus, quorum ordo permutandus est, sicut & in antiquis auctoribus positum invenitur.* Isidorus.

Ἀντίσιγμα στιγμωτόν, sive, *Antisigma cum puncto, ponitur in iis locis, ubi in eodem sensu duplices versus sunt, & dubitatur, qui potius eligendus sit.* Isid.

Cui inserviant duæ notæ sequentes in Tab. scilicet simplex linea sine puncto, & duplex cum punctis, non indicatur in Codice Regio 3284. unde excerptæ sunt.

Διπλῆ, *duplex, hanc scriptores nostri apponunt in Libris Ecclesiasticorum virorum, ad separanda vel demonstranda testimonia sanctarum Scripturarum.* Isid.

Διπλῆ πλεκτική, vel * στιγμή. *Hanc primus Leagoras Syracusanus apposuit Homericis versibus ad separationem Olympi a cœlo.* Isid.

Διπλῆ στιγμωτή, id est, *cum geminis punctis. Hanc antiqui iis apponebant, quæ Zenodotus Ephesius non recte adjecerat, aut detraxerat, aut permutaverat.* Isid.

Διπλῆ ὠβελισμένη, *interponitur ad separandas in comœdiis vel tragœdiis periodos.* Isid.

Διπλῆ versa ὠβελισμένη, *quoties strophe & antistrophus infertur.* Isid.

Διπλῆ *adversa cum obelo ad ea ponitur, quæ ad aliquid respiciunt, ut,* Nosne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo conamur? nos an, miseros qui Troas Achivis objecit. Isid.

Διπλῆ, *superne obelata ponitur ad conditiones locorum ac temporum personarumque mutatas.* Isid.

Διπλῆ *recta & adversa, superne obelata ponitur, finito loco suo, monade significante similem sequentem quoque esse.* Isid.

Κεραύνιον *ponitur quoties multi versus improbantur, nec per singulos obelantur:* κεραυνὸς *enim fulmen dicitur.* Isid.

Χρήσιμον, *hæc sola ex voluntate cujusque ad aliquid notandum ponitur.* Hæc porro nota apponi solebat Epistolis formatis in fine, ut ex Papia docemur, hisce verbis: *Chrisimon autem hujusmodi effigiabatur specie.* Isid.

Nota sequens, *id est Fortis vel Fortes. Hæc ubi aliquid obscuritatis est, ob sollicitudinem ponitur.* Isid.

Ἄνωθεν *superior ponitur, ubi aliqua res magna omnino est.* Isidorus.

Ἄνωθεν *inferior, ubi aliquid vilissime, aut inconvenientius denuntiatum est.* Isid.

Κορωνὶς, Coronis primo modo depingitur apud Isidorum; secundo, in Codice Reg. supra memorato: eratque nota in fine librorum appingi solita.

Ἄλογον, *Nota, quæ ad mendas adhibetur.* Iſid.

Λαβύρινθος, Labyrinthus, in locis obſcuris apponi ſolebat. Cujus rei exempla habes apud Marium Mercatorem edit. Baluz.

Ὡραῖον, Τὸ σημεῖον τοῦτο τίθεται ἐν τοῖς χωρίοις, ἐν οἷς ἡ φράσις κεκαλλώπισται, ἢ τὸ νόημα ἐξήσκηται, ἢ καὶ ἀμφότερα ὑπερῄρεται: id eſt, *Hæc nota ponitur in locis ubi phraſis elegans eſt, aut ſententia florida: aut ubi utraque excellit.* Sic Codex Baſilianus.

Ἡλιακὸν, τοῦτο τὸ σημεῖον τίθεται ἐν οἷς χωρίοις περὶ θεολογίας ὁ πατὴρ διαλέγεται, διὰ τὸ ἥλιον τὸν δικαιοσύνης ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς τὸν θεὸν ὀνομάζεσθαι. Id eſt, *Hoc ſignum ſolare ponitur in locis, ubi Pater de Theologia diſſerit, quia in divinis Scripturis Deus, Sol juſtitiæ vocatur.*

Σημ. Τὸ σημεῖον τοῦτο τίθεται ἐν τοῖς χωρίοις ἐν οἷς θεώρηταί τι ξένον τι, ἢ κατὰ δόγμα, ἢ καθ' ἱστορίαν, ἢ ὀφεῖλον σημειωθῆναι τοῖς ἀναγινώσκουσι. Id eſt, *Hoc ſignum ponitur in locis, ubi quid ſingulare & inexſpectatum occurrit; ſive ſecundum doctrinam, ſive ſecundum hiſtoriam, ſive quod Lectori ſit annotandum.* Alia item nota eſt, quæ paſſim in manuſcriptis obſervatur; nimirum σημ, vel $\overset{\sigma}{\underset{\eta}{}}$, aut affini modo ſcripta, ſignificatque σημείωσαι, *nota, obſerva*, perinde atque in Tabula.

Quod ad notas autem ab Epiphanio in Libro de Ponderibus & menſuris allatas, quales exhibemus in Tabula, eæ jam penitus obſoleverunt; nimirum, περὶ τῆς ἀποβολῆς τοῦ πρώτου λαοῦ, *De abjectione prioris populi*: περὶ τῆς ἀποβολῆς τοῦ κατὰ σάρκα νόμου, *De abjectione Legis, quæ ſecundum carnem eſt*: περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, *De vocatione Gentium*: περὶ χριστοῦ, *De Chriſto*: περὶ ἐπαγγελιῶν τοῦ πρώτου λαοῦ, *De promiſſionibus priori populo factis*: περὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς ἀσαφείας, *De obſcuritate Scripturarum*: περὶ τῆς καινῆς διαθήκης, *De novo Teſtamento*: περὶ μελλόντων προγνώσεως, *De præcognitione futurorum.*

CAPUT VI.

De Notis Aſtronomicis, Chymicis, Iatricis, &c. Item notæ incognitæ, & περὶ μαντικῆς.

Notæ Aſtronomicæ in Libris Aſtronomorum tam Græcorum, quam Latinorum, paſſim occurrunt; etſi diſſimiles plerumque: non modo enim Græci cum Latinis, in iis adornandis diſſentiunt; ſed etiam Græci a Græcis differunt. Primo loco ponuntur variæ ſeptem Planetarum figuræ, quas priſcæ originis eſſe, & ab Ægyptiis manaſſe tradunt. Ii nimirum cum primi Aſtronomiæ cultores fuerint, cæleſtibus ſignis indicandis Hieroglyphicas formas excogitarunt: quarum pleræque μορφώσεις, ſive *conformationes* ſunt, ſic σελήνη, ſive Luna, hoc ſchemate inſignitur ☾, & in Zodiaci ſignis, Aries & Taurus cornibus, Gemini duabus æqualibus lineis, Sagittarius, ſagitta, Aquarius fluctibus, &c. Alia vero, cum ſecundum rerum formas non ita facile poſſent exprimi, variis pro arbitrio notis diſtincta ſunt, ut videre eſt tam in Planetis, quam in duodecim Zodiaci Signis. In antiquis vero Aſtronomorum Tabulis ſigna illa duodecim interdum plenis figuris, minio aliiſque coloribus depictis, effingebantur; Aries nimirum depicto Ariete, Taurus tauro, Gemini duobus paris ſtaturæ ac formæ adoleſcentibus, Cancer cancro, Leo leone, Virgo virgine, Libra homine bilancem geſtante, Scor-

pius ſcorpio, Sagittarius homine arcum vibrante, Caper capricorno, Amphora muliere hydriam geſtante, piſces piſcibus. Sic duodecim Zodiaci Signa repræſentavit, ſecundum Ptolemaïcum ſyſtema, Coſmas Ægyptius Monachus, qui Juſtiniani ævo florebat, in Topographia Chriſtiana, quam nuper cum figuris edidimus.

Poſt ſeptem Planetas, aliaque Zodiaci Signa, ſequuntur in Tabulis Cangii ad calcem Gloſſarii mediæ & infimæ Græcitatis aliæ Aſtronomorum notæ, hoc præmiſſo titulo, σημεῖα τῶν ἑξῆς δηλωμένων: id eſt, *Signa eorum quæ poſtea declarantur.* Ubi non modo Aſtronomis propria vocabula; ſed etiam alia vulgaria, atque in quolibet orationis genere frequentata, ſingularibus notis & ſiglis delineantur; ita ut in pleriſque rerum μορφώσεις, ſive ut ita dicam, *configurationes*, quantum fieri poteſt, ſerventur, ut ſupra notavimus. Hæ porro notæ, non Aſtronomis modo; ſed iis etiam, qui ἀποτελεσματικὴν, ſive, ut vulgo dicunt, *Aſtrologiam judiciariam*, exercebant, in uſu fuiſſe videntur. Nimiæ porro ſunt, quam ut in hac Palæographia iterum repræſententur, cum maxime ad vaniſſimam omnium diſciplinam pertineant: quamobrem jam cuſas notas hic repetere non juvat. Sed ſatis ni fallor erit, ſi quoſdam inter edendum, & quidem abſente auctore, admiſſos errores annotemus. In notis illis Aſtronomicis col. 6. notæ & explicationes earum confunduntur; ita ut vox τρίγωνον, notæ e regione poſitæ non reſpondeat, ſed præcedenti, quæ vere triangulum eſt, & ſic reliquæ uſque ad vocem ὠροσκόπου, quæ eadem in ſerie cum nota ſua jacet: in ſequentibus item notæ pari modo extra ſeriem ponuntur: verum ex notarum cum vocibus conſonantia poterit eruditus Lector ad quas notas voces ſingulæ pertineant intelligere. Parique modo in notis & vocibus columnæ 7. Notas ponderum & menſurarum, quæ habentur columna 8. cum aliis, quas ex manuſcriptis excerpſimus, in præcedenti Tabula repræſentavimus.

Notæ Chymicæ cum Iatricis permixtæ, in fine laudati Gloſſarii ſubſequentibus Tabulis a columna 8. continentur. Licet autem hæc ſigna Medicis, quod ad maximam partem uſitata fuerint; a Chymicis tamen potiſſimum adhibebantur; ab iis nimirum qui ſacram vel divinam, ut vocant, auri conficiendi artem exercebant: unde titulus hujuſmodi notarum in Codice quodam Regio ita ſe habet, ἑρμήνεια τῶν σημείων τῆς ἱερᾶς τέχνης καὶ χρυσοπόλου βίβλου: id eſt, *Interpretationes Signorum ſacræ artis, & Libri de auro conficiendo:* quam artem a Græcis ſummopere frequentatam comperimus. Exſtat Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana magnæ molis Codex Græcus bombycinus, qui pro Bibliotheca Scriptorum de auro conficiendo haberi poſſit. Titulos & auctorum nomina hic referre non ab re fuerit: hic enim obſerves alios magnificis inſcriptionibus artem commendare ſuam; alios pudentiores, verborum ambagibus quam occulte colebant diſciplinam, ſubindicare.

Stephani Oecumenici de Phyſica conſideratione.
Epiſtola ad Theodorum, compendium ſacræ artis.
Doctrina ad Heraclium Imperatorem.
Heliodori ad Theodoſium de arte Myſtica.
Theophraſti Philoſophi de arte divina.
Hierothei Philoſophi de eadem arte.
Pelagii Philoſophi de divina & ſacra arte.
Oſtanis Philoſophi de eadem arte.

Democriti Phyſica Myſtica, de confectione Azymi.

Syneſii Philoſophi ad Dioſcorum in Librum Democriti.

Anepigraphi Philoſophi, περὶ λευκοποιίας, de Albefactione, & de auro conficiendo.

Zoſimi divini, de virtute & de divina aqua.

Chriſtiani, Labyrinthus Salomonis, de temperando ferro, conficienda Cryſtallo, & de aliis naturæ arcanis.

Hierotheus de ſacra arte.

Pappus Philoſophus de eadem re.

Eſt item in Bibliotheca Regia Codex alter Græcus, totus pene de auro conficiendo, ad cujus calcem eſt opuſculum περὶ χρυσογραφίας, *de aurea ſcriptione*, editum a nobis Lib. 1. cap. 1. Sacram porro illam artem a Græcis etiam infimæ ætatis cultam deprehendimus, ex vocibus quibuſdam, quæ poſtremis ſæculis in Græcam linguam advectæ ſunt, ut eſt verbi cauſa, νεῦρι, *aqua*.

Notas autem hujuſmodi perplexas arcanaſque, ideo commenti ſunt Philoſophi illi Hermetici, nam hoc item nomine ſeſe inſigniunt, ut perinde atque in myſticæ artis exercitio, in Libris quoque ſuis latebras quærant, ac nonniſi initiatis liceat tam arcana myſteria adire. Nam ut quiſque hac phreneſi tactus eſt, in angulis lociſque remotis ſuccos exprimit, metalla varia eliquat, ſubmiſſos ignes carboneſque follibus excitat; modo hæc modo illa vaſa ſollicitus inſpicit, ſicque vitam totam tranſigit, cum magna facultatum ac plerumque valetudinis jactura, nulloque fructu.

Has porro ſiglas chymicas edidit, ut diximus, v. clar. Cangius ὁ μαχαειτης, ad calcem Gloſſarii ad Scriptores mediæ & infimæ Græcitatis. Verum uti ſolet accidere, cum procul auctoris conſpectum, res hujuſmodi intricatæ & perplexæ typis dantur; multi nævi inter edendum irrepſerunt, qui plerumque poſſint incautum Lectorem in errorem deducere. Notæ quippe ut plurimum, non vocibus per eas ſignificatis reſpondent; ſed aliis ſubſequentibus; ut hinc magna perturbatio oriatur. Literæ aliæ pro aliis poſitæ in ſignis hujuſmodi omnia confundunt, Notæ eædem cum explicationibus ſuis aliquando plus quam decies repetuntur. His omnibus mederi non potuit vir ille doctiſſimus & Galliæ decus, tum quia procul poſitus, (nam Lugduni edebatur opus,) editionem curare ſuam nequibat; tum quia vixdum in lucem Gloſſarium prodierat, cum ille e vivis exceſſit. Nam ſi ſuperſtes hæc retractare potuiſſet, has utique mendas ſuſtuliſſet: in extremis quippe laborans multa ab ſe in Gloſſario Græco recognita mihi tranſmiſit, ut in exemplari ſuo emendarem, quæ vitio laborare; adderem, quæ deficere jam ipſe vel moribundus animadverterat. Quare ſupremam tanti viri voluntatem exequi mihi viſus ſum, cum nævos & errores operarum inſcitia advectos eſſe monui.

Scripturæ ignotæ & περὶ μαγικῆς.

Agmen claudent ſcripturæ quædam ignotæ, & commentitiæ, ex Græcis Libris excerptæ, quales accepi a viro clar. Joanne Boivinio altero Bibliothecæ Regiæ cuſtode. Harum ſcilicet figuræ tantum obſervantur in Codicibus: uſus vero, neque tanto diſpendio, ignoratur.

Prima ſcriptura prodit ex Codice Regio 3078. fol. 194. verſo. Videtur autem Calligraphi nomen complecti: in ea accentus & ſpiritus obſervantur.

Secunda ex Cod. Reg. 2506. fol. 483,
Tertia ex Cod. Reg. 2357. initio.
Quarta ex Cod. Reg. 5189. ad calcem.
Quinta ex Cod. 3232. fol. 42. ibi accentus & ſpiritus annotantur.



Sexta ex Cod. 3502. fol. 101. verſo, ubi a Calligrapho additur explicatio his verbis, Ταῦτα τὰ γράμματα ἐγράφησ εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν εἰς τὸ μαθητῆσον ἐν τῇ πέτρᾳ ἐκεῖ τῶν ἀχράντων δακτύλων τοῦ δεσπότου χριστοῦ, ὅπου εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, γρηγορῆτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν· ἑρμηνεύονται δὲ οὕτως. ΚΑΘΙΣΜΑ ΔΕΣΠΟΤΙΚΟΝ, ΑΓΓΕΛΙΚΗ ΠΕΤΡΑ, ΘΡΟΝΟΣ ΧΕΡΟΥΒΙΚΟΣ. Id eſt, *Hæ literæ in petra ſcriptæ fuerunt in Monte Olivarum in loco Magiſterii, intemeratis Domini Chriſti digitis inſculptæ, quo loco Diſcipulis ſuis dixerat*, Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem, *ſic autem explicantur*, *SEDES DOMINICA, ANGELICA PETRA, CHERUBICUS THRONUS.* Hæc porro nugaciſſimum Græculum ſapiunt, qui & inſcriptionem & interpretationem commentus eſt. Ejuſdem farinæ ſunt aliæ arcanæ notulæ eodem in Codice hinc & inde poſitæ, quas ſupervacaneum eſſet adferre.

Occurrunt item in Codicibus Græcis Alphabeta Rabbinica, & Magica a nugaciſſimis Græculis efficta. Quorum quædam Hebraïcis literis rudi more efformatis conſtant, alia figuris commentitiis & arbitratu Græculorum effictis : quædam item notis Aſtronomicis. Exſtant item multis in Codicibus μαγικὰ σημεῖα, ſive notæ divinatoriæ diverſi generis. Frequentiores vero ſunt illæ quæ ab Eſdra Propheta divinitus acceptæ fuiſſe dicuntur ; neque ita recentes ſunt : exſtant ſiquidem in Codice quodam Græco Monaſterii Montis Caſini, undecimi aut duodecimi ſæculi, ubi præmittitur hæc figura.

Id eſt,

Id eſt, Ἑλένῃ ἐκ θεοῦ εὕρεμα ἐδόθη, *Helenæ inventum a Deo datum eſt.* Deinde vero ſequitur: Ταῦτα τὰ σημεῖα ἐφανέρωσεν ὁ θεὸς Ἔσδρᾳ τῷ Ἱερεῖ, ὥστε καταδηλον ποιῆσαι τοῖς ἱερεῦσι (ſic) Ἰσραήλ. Id eſt, *Hæc ſigna declaravit Deus Eſdræ Sacerdoti, ut nota faceret Sacerdotibus Iſraël.* Deinde vero incipiendo a Septembri menſe, indicatur qui dies fauſti infauſtique ſint: quibusdiebus, fodere, ſerere, putare vineas, uxorem ducere, ad bellum procedere, oporteat. Aliæ item hujuſmodi notæ habentur in Cod. Regio 3284. ubi etiam multæ divinandi rationes edocentur. In aliis item Codicibus, Phyſionomicæ & Chiromanticæ notæ habentur. Verum ἄλις δρυός: in his quippe nugis non licet diutius immorari.

PALÆOGRAPHIA GRÆCA,

LIBER SEXTUS.

DE RE DIPLOMATICA GRÆCA.

PROLOGUS.

De Diplomatibus, Chryſobullis, ac de plumbeis cereiſque Bullis. Diplomata quædam Regni Neapolitani & Siciliæ.

SI Orientales Regiones peragrare licuiſſet, non pauca hactenus in Monaſteriis & in Eccleſiis aſſervata Diplomata Imperatorum, aliorumque Principum & Præſulum, in hac Palæographia typis dare potuiſſemus : nam multis in locis, maximeque in Monaſteriis Græcorum, exſtare aliqua comperimus, quæ a frequentibus populationibus, excidiis, Barbarorum irruptionibus evaſerunt. Nuſquam vero tot habentur, ut credere eſt, quot in Archivis & Bibliothecis Monaſteriorum montis Atho ; quæ inter tantas rerum viciſſitudines, paucis exceptis, intacta manſerunt & integra, ut inferius in deſcriptione montis Atho pluribus enarrabitur. In Occidente vero pauciſſimæ Orientalium Bullarum reliquiæ ſuperſunt : unicum fragmentum adtulimus Libro quarto, ex Archivo San-Dionyſiano depromtum : nonnulla item parvi pretii in Notis ad Villeharduinum a viro clar. Cangio allata ſunt. Verum ex his ὑπομνηματίοις admodum pauca ad rem Diplomaticam Orientalem ſpectantia expiſcari fas eſt. Quamobrem quæ de variis Bullarum generibus hic adferimus, aliorum narratu percepimus, nec experti loquimur, ut alias.

Βοῦλλα itaque, Latine item *Bulla*, ſigillum erat diplomatibus appenſum, orto vocabulo a ſimilitudine globulorum in aqua ferventi vel agitata innatantium : hinc bullæ dicebantur crepundia quædam, a collo infantium pendentia, & plerumque ad ſimilitudinem cordis humani efficta : ab his ut putatur derivata conſuetudine, bullæ appellata ſunt ſigilla, quæ diplomatibus Imperatorum aliorumque appendebantur : quibus inſignia quædam, & verba

impressa erant; scilicet nomen dignitasque ejus, cujus erat sigillum. Hinc orta denominatione, Diplomata ipsa indiscriminatim *bullæ*, & *sigilla* vocantur, ut in mox adferendis Neapolitanis & Siculis Diplomatibus frequenter observatur.

Χρυσόβυλλον & Χρυσοβύλλιον, *aurea bulla*, Imperatoriis Diplomatibus in cinnabari subscriptis appendebatur, ut multis exemplis edidicimus. Sic in Novella Phocæ, Jure Græco-Romano, p. 123. καὶ δὴ τὸ πρόσταγμα ἐξέπεμψε χρυσόβυλλον, εἰς ἐπικύρωσιν καὶ πιστοποίησιν τῆς ἀληθείας διὰ μολιβδοβούλλου σφραγῖδος ἐπικειμένης. Et mox: ἐπιστολὴν χρυσοβούλλιον ἐκτυπωθῆναι κελεύσαντος

» anno mundi 6736. ſive anno Chriſti 1228. habetque hanc ſubſcriptionem:
» Ἰ ΩΑΝΝΗΣ ὁ ἐν χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Ὁ
» ΔΟΥΚΑΣ. Digniſſimus profecto eſt totus hic præſtantiſſimus & rariſſimus
» Codex, ut a capite ad calcem diligentiſſime perluſtretur, & omnia eo com-
» prehenſa Diplomata a verbo ad verbum ſtudioſiſſime perlegantur, & accu-
» rate conſiderentur. Quod licet abſque magni laboris tædioſiſſima longitudine
» non potuerit fieri, eam tamen moleſtiam utilitas inde proventura ubertim
» compenſabit, poſtquam res ipſa teſtabitur, tam profanam quam Eccleſiaſti-
» cam Imperii Romani Orientalis hiſtoriam beneficio iſtorum Diplomatum
» incredibiliter illuſtratum iri; & quidem potiſſimum reſpectu Chronologiæ
» aliarumque hiſtoricarum circumſtantiarum, quæ jam memoratis Diploma-
» tibus fideliter inſertæ ſunt. Minime etiam dubium eſt, quin hic ipſe Codex
» olim in ipſo illo Monaſterio apud Smyrnam conſcriptus, & ad perpetuam
» memoriam ibi adſervatus fuerit; ut ſatis clare apparet folii 87. pag. 1. ubi in
» inſcriptione Diplomatis, *Metropolitæ urbis Smyrnæ* legitur: ὁ ἐκδοὺς ἔγγρα-
» φον, ὅταν ἐγενήθη τῇ πρώτῃ βασιλικῇ μονῇ τῶν Λέμβων τοῦ τῆς μητροπόλεως Σμύρ-
» νης, &c.

» Hoc autem Monaſterium cur *Liberum* appelletur, fol. 4. pag. 1. declara-
» tur: ubi, inquit Lambecius, in principio Diplomatis ſecundi a Michaële
» Phoca, qui ibi in ſubſcriptione vocatur, *Imperatoris Joannis Ducæ* σύγγαμβρος
» [*congener,*] ſimul etiam, *Stratopedarcha Thematis Thraceſiorum & Philadelphiæ,*
» anno mundi 6743. ſive Chriſti 1235. dati, Monaſterium illud appellatur, ἡ
» σεβασμία αὐτοδέσποτις βασιλικὴ μονὴ τῆς ὑπεραγίας θεομήτορος τῶν Λέμβων, *Veneran-*
» *dum Liberum Imperatorium Monaſterium caſtiſſimæ Dei Matris Lemborum.* In
» fine autem ejuſdem Diplomatis legitur, ἡ μονὴ τῶν Λέμβων: *Monaſterium Lembi.*
» Et fol. 27. pag. 1. legitur: ἡ σεβασμία βασιλικὴ μονὴ τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης καὶ
» θεομήτορος, ἡ τῶν Λέμβων ἐπικεκλημένη: *Venerandum Imperatorium Monaſterium*
» *caſtiſſimæ Dominæ & Dei Matris, cognomento Lemborum.* Alibi dicitur, τὰ
» Λέμβων, & in monte proxime Smyrnam ſitum eſſe. Hæc de Diplomatibus
Græcis Orientalibus.

Regni vero Neapolitani & Siciliæ Diplomata non pauca vidimus in Monaſterio S. Baſilii Romæ, & aliquot exſcripſimus: ex iis vero novem ſelegimus, quod aliis præſtantiora videantur, & typis damus, miſſis aliis, quæ minoris pretii videbantur eſſe. Inter illa autem, aliquot αὐτόγραφα, ſive originalia ſunt; ſed vulgari charactere conſcripta; ita ut nihil interſit formam literarum repræſentare: ſunt enim eodem aut ſimili calami ductu exaratæ, quo ſpecimina alia duodecimi ſæculi, quæ ſupra Libro quarto retulimus, Græci enim Calabriæ & Siciliæ, quod jam obſervavimus, a vulgari cæterorum Græcorum ſcribendi more non deflectebant. Diploma tamen Rogerii Regis a Tachygrapho Regio anno Chriſti 1139. ſingularibus illis Tachygraphorum ductibus, non ſemel ſupra memoratis, conſcriptum eſt. Ipſumque ideo cum propria characterum forma tribus in Tabulis in ære inciſis exhibendum duximus, ſecundum exemplar cuſum, a Reverendiſſimo Patre D. Petro Mennitio Ordinis S. Baſilii Præfecto Generali mihi oblatum: nam autographum nec ego, nec ipſe fortaſſe vidit. Qui autem primùm in ære incidi curaverunt, formas examuſſim ſequuti, ne quidem qua de re ibi agatur, ob ſcripturæ ſingularitatem, intellexerant. Omnia tamen, nec ſine difficultate, legimus. Alia vero hujuſmodi Diplomata quæ vidimus, non autographa omnia ſunt;

ſed plerumque ex autographo ſtatim exſumta. De ſingulis porro Diplomatibus quædam prælibanda & explicanda ſunt.

PRIMUM INSTRUMENTUM anno 1099. datum eſt, in gratiam Monaſterii S. Joannis Theriſti. Cum enim Joannes quidam Moſchatus vineam Monaſterii fraude ſubripere & ſuam facere vellet, Monachumque nomine Pancratium Eunuchum pactione perpuliſſet, ad teſtimonium pro ſe ferendum, eaque techna optatum conſequutus, deinde promiſſa Eunucho Monacho non ſolveret; indignatus ille fraudem aperuit. Quamobrem iterato ea de re judicio, Moſchatus, dolo partum prædium reſtituere juſſus eſt. In hoc autem inſtrumento obſervandæ juris formulæ, quæ tunc in Calabria ſervabantur. Ibi memoratur Joannes Epiſcopus Squillacenſis, in cujus Diœceſi erat Monaſterium S. Joannis Theriſti de Stylo. Is autem vocabatur Joannes de Nicephoro, Canonicus olim & Decanus Melitenſis Eccleſiæ, *electus*, inquit Ferdinandus Ughellus, *hujus Eccleſiæ primus Latinorum Epiſcopus* 1096. *Rogerius enim Siciliæ & Calabriæ Comes cum uxore ſua Adelaſia valde condolens, quod in hac Squillacenſi civitate, Latina nondum exſtaret Eccleſia, conſilio Epiſcoporum Caſſanenſis Saxonis, Arugerii Catanenſis, Stephani Mazarenſis, Engerlandi Agrigentinenſis, Rogerii Syracuſani, necnon S. Brunonis & fratris Lavini Eremitarum, Latinum Epiſcopum fundavit atque dotavit, ac Joannem de Nicephoro Epiſcopum delegit.* Nominatur ibidem Nicolaus Maleïnus Authentes ex illuſtri Maleïnorum familia, Malenos vocat Pandulphus Colenuccius. Is ipſe fortaſſe Nicolaus Maleïnus eſt, qui anno 1105. Archiepiſcopus Roſcianenſis fertur Libro IV. Cap. IV. & a Ferdinando Ughello inter Archiepiſcopos Roſcianenſes omiſſus fuit, ut & multi alii, qui ex ſimilibus Inſtrumentis quotidie eruuntur. In hoc Diplomate mire vitiatum Græcæ linguæ uſum deprehendas, ut & in ſequentibus: nos ad fidem Exemplaris, ne graviſſimis quidem mendis ſublatis, omnia edimus.

SECUNDUM INSTRUMENTUM anno 1112. emiſſum eſt a Berta Comitiſſa Loritelli: quæ rogante Chriſtodulo tunc Siciliæ Amira, ſive ut vulgo vocitant, Amirali, Eccleſiam ipſi Amirali tradit, Monaſterio Novæ Hodegetriæ, cujus ipſe tunc vices agebat, offerendam. Erat autem Nova illa Hodegetria, ſic dicta, ut jam monuimus Lib. I. Cap. 6. quia ejuſdem nominis Monaſterium Conſtantinopoli erat; nimirum Μονὴ τῆς Θεοτόκου τῆς ὁδηγῶν, vel ὁδηγητρίας, *Hodegetriæ*, ſive *deductricis*. Quapropter hoc Calabrenſe Monaſterium Novæ Hodegetriæ vocabatur, ratione Conſtantinopolitani illius vetuſtioris, ut videtur. De hoc Monaſterio mox fuſius agetur. Hic mentio occurrit Chriſtoduli Amiræ & Protonotarii qui frequenter in ſequentibus Diplomatibus memoratur, & anno 1139. Protonobiliſſimi titulo & honore donatur a Rogerio Rege. Is ipſe in Diplomate Bertæ, & in ſequenti Rogerii Regis, dicitur Amira & Protonotarius. Alius item apud Rocchum Pyrrhum memoratur, qui Amiras ſimul & Protonotarius appellatur. Inter ſubſcriptiones Græcas una exſtat Latine exarata, *Ego Johannes Preſbyter teſtis ſum.* Nam in his nationibus olim Græce loquentibus, jam promiſcuus eſſe ceperat Latinæ linguæ uſus. Apud Ferdinandum Ughellum eſt aliud inſtrumentum Latine, anno 1122. ubi eadem ipſa plerumque nomina, quæ in hoc Diplomate, leguntur: qui autem hic dicitur, Ασκυτῖνος Πορτζέλλης, ibi vocatur, *Aſquitinus Porcellæ*. Alia item nomina Græcis hujus inſtrumenti ſimilia ibidem habentur.

TERTIUM INSTRUMENTUM, datum anno 1130. ex apographo Aureæ bullæ ejuſdem Rogerii Regis exſcriptum eſt. Quod apographum quinquaginta circiter annis poſt datam Auream bullam exaratum, multorum teſtimoniis & ſubſcriptionibus munitum fuit. Hæc porro Aurea bulla data fuit in gratiam Monaſterii Novæ Hodegetriæ, de quo ſuperius, ad confirmandam ipſi omnium, quæ quomodocumque adeptum fuerat, prædiorum bonorumque poſſeſſionem. Ibi memoratur Chriſtodulus Amiras & Protonotarius, quaſi Monaſterii augendi & ditandi ſtudioſus, ut in ſecundo, quod eſt Bertæ Comitiſſæ, inſtrumento. Monaſterium vocatur νέας ὁδηγητείας τῆς πατρὸς, *Novæ Hodegetriæ Patris.* Dicitur autem Monaſterium νέας ὁδηγητείας, ſive νεοδηγητείας, q. d. *Novæ deductricis:* quia Conſtantinopoli aliud Monaſterium erat, τῆ θεοτόκου ὁδηγητείας, *Deiparæ Hodegetriæ*, ad cujus differentiam hoc Calabrenſe Monaſterium, ad illius inſtar fundatum, νέας ὁδηγητείας vel νεοδηγητείας vocatum eſt. Illud autem Conſtantinopolitanum, τῶν ὁδηγῶν vel ὁδηγητείας dictum, a Pulcheria Auguſta ſtructum fuiſſe narrat Theodorus Lector: alii dicunt a Michaële Theophili & Theodoræ filio; ſed antiquius eſſe multorum teſtimoniis veterum aſſeritur. In eodemque ipſo Monaſterio Imaginem Deiparæ, cum aliis Reliquiis poſitam, & ab Eudocia Auguſta Theodoſii Jun. conjuge Jeroſolymâ miſſam narrat Nicephorus Call. L. 24. c. 11. ἓν ᾧ καὶ ὁ τῶν ὁδηγῶν αἰχμάσας ἐπωνυμίαν, ἐφ' ᾧ πάλιν τε θείαν εἰκόνος μορφὴν, ἣν Λουκᾶς ὁ ἀπόστολος σανίδι γράψας κατέλιπεν, ἀνευρόμενος, τό τε θεῖον ἐκείνης γάλα, καὶ ὃ ἱερὸν ἄτρακτον, καὶ τὰ τῆς σωτῆρος σπάργανα ἐθησαύρισεν, Εὐδοκίας πεμψάσης τῆς βασιλίδος, ἥνίκα δὴ ἀφίκτο εἰς Ιεροσόλυμα. *Templum item, quod Hodegorum nomine inſigne eſt, in quo rurſum divinam illius* (Deiparæ) *imaginem nacta, quam Lucas Apoſtolus in Tabula depictam reliquit, & divinum illius Lac, & ſacrum Colum, & Salvatoris ipſius faſcias, perinde ac theſaurum recondidit: quæ quidem ad eam miſerat Eudocia Auguſta, cum Jeroſolymam profecta eſt.* Alibi autem ait idem Nicephorus illam Imaginem primò Antiochiæ aſſervatam fuiſſe. Ejuſdem Eccleſiæ τῶν ὁδηγῶν haud infrequens mentio ſuperius occurrit in ſubſcriptionibus Calligraphorum & alibi: memoratur item paſſim apud auctores Byzantios, ut pluribus narrat Cangius in Conſtantinopoli Chriſtiana, p. 88. & ſequentibus.

Cur autem ὁδηγητείας nomen habuerit non omnino conſtat: alii ita appellatam volunt, nempe, deductricem, quod duobus cæcis Deipara apparuerit, atque ad Eccleſiam deductis viſum reſtituerit. Codinus de originibus Conſtantinopolitanis ideo τῶν ὁδηγῶν vocatam ait, quod antea cæcorum multorum domicilium ibi fuiſſet, qui in fonte ibidem poſito ſeſe abluentes viſum recipiebant: alii nec felicius, quod Angelis tutelaribus dedicata eſſet. Ego vero cum laudato viro Cangio potius credam, ſic dictam fuiſſe, quod cùm Deiparæ illa imago, a S. Luca depicta, ſummopere apud Byzantios coleretur, nullam adverſus hoſtes expeditionem ſuſciperent Imperatores atque Duces, quin prius eam ſalutaſſent, ac quaſi viæ expeditioniſque ducem imploraſſent. Ibidem autem ita pergit Cangius: *Quod hoc loco videtur indicare Zonaras p. 133. ſcribens Bardam Cæſarem moturum in Agarenos Cretenſes,* εἰς τὸν ναὸν τῶν Ὁδηγῶν κεκλημένον, *in Templum Hodegorum profectum,* τὴν ἐκεῖσε στρατοπεδεύσων, *una cum Deipara expeditionem ſuſcepturum. Neque fere aliter verba Scylitzæ interpretatus eſt Xylander*, ubi de Barda: εἰς τὸ τῆς θεοτόκου ναὸν τῶν Ὁδηγῶν φοιτήσας, ad Deiparæ fanum, quod Hodegon dicebatur, quod

eam ſibi itineris ductricem votis ſolebant conciliare, acceſſit. *Continuator Theophanis lib. IV. num. XLJ. de eodem Barda :* « παρὰ τὸ ὑπωρείας διαστῆναι ἡμᾶς « ἡροτέκου ναὸν, ὡς οὕτω δὴ ὁδηγὸν καταινομάζεται, προσφοιτήσας, &c. *Et ſane vox,* « σωτάξόμενον, *apud Zonaram, videtur indicare, eam eſſe Deiparæ imaginem,* « *quam Imperatores in bellicas expeditiones ſecum educebant :* ἣν τὴν θεομήτορος « εἰκόνα, ἣν οἱ βασιλῆς Ῥωμαίων πολεμοῦντες συστρατηγὸν. Deiparæ imago, quam « Romanorum Imperatores belli ſociam aſciſcunt, *ut eſt apud Nicetam in Murz.* « *num.* 1. *ubi de Deiparæ imagine, quam a Francis & Latinis captam ait in eo* « *prælio, quo ab iis ad Phileam ſuperatus eſt : de qua ſic Villeharduinus noſter, n.* « *cxix.* A l'aïe de Dieu fu deſconfiz l'Empereor Morchuflex, & dut eſtre pris « ſes cors domaines, & pardi ſon gonfanon Imperial, & une ancone qu'il fai- « ſoit porter devant lui, où il ſe fioit mult, il et li autre Gré. En cele ancone « ere Noſtre Dame formée. *Id eſt,* Deo juvante fuſus eſt Murzuflus Impera- « tor, ac pene ipſe ab hoſtibus captus eſt ; perdiditque vexillum imperatorium, « & Imaginem quam ante ſe deferri faciebat, cui confidebat plurimum, ut & « cæteri Græci. In hac vero imagine expreſſa erat Deiparæ figura. *Verum ſi* « *quod ait Albericus, ubi de hoc prælio, fidem aliquam meretur, quod vix putem,* « *aliam fuiſſe ab Hodegetria prorſus conſtat.* In his *quippe, ut ille ait,* fabrefacta « eſt Majeſtas Domini, & imago B. Mariæ, & Apoſtolorum cum reliquiis in « ea poſitis. Ibi eſt Dens, quem in pueritia mutavit Jeſus : & ibi habetur de « Lancea qua in Cruce fuit vulneratus, de Sindone, & de triginta Martyribus. « Hanc Yconiam cum in præliis ferre eſſent ſoliti, nequaquam antea potue- « runt ab hoſtibus ſuperari. *At ſi imago illa eſt, quam Balduinus ipſe ad Eccle-* « *ſiam Ciſtercienſem mittere decreverat, ut teſtatur in Epiſtola, quam ad Abbatem* « *Ciſtercienſem ſcripſit de urbis expugnatione, vel ſi tum eadem Venetias translata eſt* « *ab Henrico Dandulo Duce, ubi & aſervari dicitur a Rhamnuſio, alia ſane eſt* « *ab Hodegetria, ſiquidem ad poſtremam uſque urbis expugnationem Conſtantino-* « *poli perſtitit.* «

Hæc ille docte ſuo more ediſſerit : atqui imaginem illam, quæ in bellis deferri ſolebat, aliam ab Hodegetria eſſe colligere debuit. Non erat enim quod in loco Zonaræ interpretando ſe diſtorqueret ac dubium ea de cauſa moveret. Etenim illud, πρὸς τὸν ναὸν τῶν Ὁδηγῶν κεκλημένον, τῇ Θεομήτορι σωτάξόμενον, non ſignificat Bardam Cæſarem, *in Templum Hodegorum profectum eſſe una cum Deipara expeditionem ſuſcepturum*, vel Imaginem illam educturum, ut opinatur ipſe ; ſed Bardam Cæſarem, *in Templum Hodegon profectum eſſe, Deiparæ valedicturum, eique ſe commendaturum.* Vox quippe σωτάζεσθαι, maxime apud Eccleſiaſticos Scriptores, ſignificat, alicui valedicere ante profectum, & ei ſe commendare. Hinc Heſychius, σωτάζεσθαι, ἀσπάσασθαι, *ſalutare, valedicere.* Sic Athanaſius in Apologia contra Arianos, p. 171. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τοιαῦτα γράφει. ἐγὼ δὲ δεξάμενος αἰσθόμην εἰς τὴν Ῥώμην σωτάζεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ ἐπισκόπῳ. *Has igitur literas ſcripſit Imperator : quibus acceptis Romam redii, Eccleſiæ & Epiſcopo valedicturus.* Sic igitur haud dubie explicandus Zonaræ locus : quo poſito nulla difficultas ſuberit, palamque erit Hodegetriam, aliam eſſe ab Imagine Deiparæ, quæ ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis ad expeditiones militares deducebatur. Ad hanc autem Hodegetriam Imperatores ac Duces in bellum exituri ac Deiparæ opem imploraturi accedebant : atque etiam poſt partam victoriam in Hodegorum Templum ſe conferebant, ut gratias agerent & fauſtum exitum Deiparæ ad-

ſcriberent, ut pluribus narrat, multiſque exemplis confirmat laudatus Cangius ibidem.

Inſtar illius Conſtantinopolitanæ Hodegetriæ, aliæ ejuſdem nominis fundatæ ſunt, nempe Hieroſolymitana quædam, de qua Anonymus de locis Hieroſolymitanis, cap. VII. Aliam item dicunt exſtare in Sicilia. At ſecundùm Conſtantinopolitanam illam, nulla inſignior Calabrenſi illa Deipara Hodegetria in Monaſterio ejuſdem nominis RR. PP. S. Baſilii: cujus meminit Cardinalis Sirletus in epiſtola præfixa Liturgiæ S. Marci, vocatque Hodegetriam, quam Itali *de lo patire* vulgo vocant, a quodam Nilo conditam undecimo ſæculo: qui Nilus alius eſt a magno illo Nilo Roſcianenſi, qui in Monaſterio Cryptaferratenſi proxime Romam diem clauſit. Vocatur autem a Sirleto, *de lo patire*, apud Ughellum *de Patiro*, vel, *de Patirio*. Quod haud dubie factum ex Græco νέας ὁδηγητρίας τῆς πατ[illegible], ut aliquoties legitur in Diplomate Rogerii Regis, de quo nunc agimus. Ex illo τῆς πατ[illegible] factum, *de lo Patire*, vel melius *de Patirio*; nam ſic plerumque nuncupantem audivi R. Patrem Mennitium ejuſdem Ordinis Præfectum Generalem. Cur autem ita vocetur non conſtat. Crederem ortum vocabulum eſſe a Patre Nilo Monaſterii conditore, qui per antonomaſiam *S. Pater* vocabatur. Etenim in hiſtoria fundationis ejuſdem Monaſterii a Ferdinando Ughello ex vetuſtis Monaſterii monumentis publicata legitur: *Viſitur adhuc, & grandi circumjacentium incolarum veneratione colitur cella Sancti Patris Nili in locis iſtis, quam Monachi ſequentes, Cryptam Sancti Patris vocant ex antonomaſia.* An hæc vera ſit denominationis origo ex vetuſtis Diplomatibus æſtimare poterunt Monachi iſtic degentes: nam ut ibidem ſubjungit Carolus Blaſcus Canonicus Roſcianenſis, a quo Ferdinandus Ughellus illam notitiam accepit: *Illud* [Monaſterium] *ingentibus privilegiis ac divitiis Rogerius Comes Calabriæ, & alii Normanni Principes nobilitarunt. Plura & pene innumera monumenta in membranaceis, tum Græcè tum Latinè ſcripta, propriis libuit oculis uſurpare.* Ex his autem monumentis duo ille Latinè protulit, apud Ughellum ibid. nos item duo; nempe Bertæ Comitiſſæ Loritelli anno 1112. & Rogerii Regis, de quo nunc agitur: quæ omnia ad Monaſterium Novæ Hodegetriæ de Patirio pertinent.

Qui hujus Monaſterii Hegumenus ſeu Abbas erat cum hæc Rogerii Bulla Aurea data fuit, anno videlicet Chriſti 1130. Lucas vocabatur, ut in ipſo Diplomate fertur, κυρὸν Λουκᾶν, τὸν καὶ νεωστὶ τὸ προεστάναι δεξάμενον παρὰ τῆς κελσεως ἡμῶν ἐν ταύτῃ τῇ σεβασμίᾳ μονῇ. *Domnum Lucam, qui nuper ab Imperio noſtro hujus Monaſterii præfecturam accepit.* Unde corrigendus prorſus videtur Ferdinandi Ughelli catalogus Abbatum ejuſdem Monaſterii, ad Roſſanenſes Archiepiſcopos, p. 388. *Cæterum*, ſic ibidem, *Patiri regulares Archimandritæ in monumentis ejuſdem hi tantum nobis fuerunt obſervati. Lucas primus Abbas ſeu Archimandrita, Bartholomæus anno* 1122. *Coſmas deinde Archiepiſcopus Roſſanenſis. Nicodemus anno* 1196. *&c.* Hæc ſane Ughelli ſeries nec cum Diplomatibus noſtris, imo nec cum ſuis, quæ ibidem adfert, conſentit: ut liquidum erit ex nuda, brevique rei enarratione. Nilus Monaſterium S. Mariæ Novæ Hodegetriæ condidit anno Chriſti circiter 1090. & ut credere eſt aliquot poſtea annis abſolvit: ut ex hiſtoria fundationis ejuſdem Monaſterii ab Ughello allata conſpicuum eſt. Vide col. 385. Anno autem 1104. Indictione duodecima Rogerius Comes ſigillum fecit in gratiam ejuſdem Monaſterii, tradidit-

que

que Bartholomæo tunc Abbati, ut ibidem legitur, col. 385. *Sigillum factum est ex nostra parte Rogerio Comite Calabriæ & Siciliæ, & datum est tibi Patri spirituali meo Domino Bartholomæo venerabili Abbati Abbatiæ sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ Odigitriæ Ursianam in mense Septembris, Indictione duodecima. M. C. IIII.* Annus vero cum Indictione plane consentit. Hoc autem sigillum anno Christi 1122. Indictione 15. renovatur ibid. col. 387. anno autem 1112. Berta Comitissa Loritelli sigillum, sive instrumentum de quo superius, in gratiam ejusdem Monasterii dedit, Bartholomæo item Abbate, ut ibidem fertur. Anno 1122. aliud Instrumentum datur a Ferdinando Ughello allatum ibidem col. 388. eodem administrante Bartholomæo, ut legitur ibidem. Anno autem 1130. datur a Rogerio Aurea Bulla, de qua nunc agitur, cum Lucas Monasterii administrationem & Hegumeniam nuper accepisset. Liquet igitur Bartholomæum ante Lucam Hegumeniam Monasterii Hodegetriæ gessisse. Cosmas vero Lucæ successor, eumdem excepit ante annum 1149. ut patet ex cujusdam Instrumenti excerpto apud eumdem Ughellum col. 389. *Ex quo Cosmas*, sic ibidem, *tunc venerabilis Archiepiscopus Rossanensis ante annum quadragesimum quando præerat Ecclesiæ Patiri, injuste & sine judicio auctoritate sua tantum dirogaverat.* Instrumentum autem illud datum est anno 1189. ut ibidem fertur; unde si demas annos 40. jam anno 1149. Monasterio Hodegetriæ præfuisse Cosmam reperies: quandonam autem cœperit, ac Lucam exceperit, nondum exploratum est. Idem porro Cosmas Aureæ Rogerii Bullæ apographo, sive ἰσοδυνάμῳ, subscribit infra, cum Archiepiscopus Rossanensis esset, ut ibidem dicitur. Hinc vero patet Apographum istud, quod Romæ exsumsimus, annis circiter 50. post datam Auream Bullam exaratum fuisse: quæ Aurea Bulla, ut supra dictum est, anni 1130. notam præfert.

Observandum est Græcos cuiusvis dignitatis Imperatores, Reges, Episcopos, Duces, Principes, atque etiam idiotas, cum Acta publica, vel privata edunt, & violatores diris devovent, maledictionem Sanctorum trecentorum decem & octo Patrum transgressoribus apprecari; videlicet Nicænorum Patrum, qui 318. numero primam œcumenicam Synodum anno 325. celebrarunt. Sic in hac Aurea Bulla Rogerii Regis legitur, καὶ τῶν ἁγίων τιη'. ἁγίων θεοφόρων πατέρων: *Et maledictionem Sanctorum Deiferorum*, 318. *Patrum incurrant.* Similiterque Librarii, ut improbas furum manus arceant, eamdem maledictionem subripientibus Libros immittunt.

Hic memorantur aliquot Familiæ, quæ videntur Nortmannicæ originis esse, Cleremontis, videlicet, & Grantemanil: ad hanc enim usque diem, familia quædam, nomine *Grentemenil*, exstat in Normannia.

QUARTUM INSTRUMENTUM, anno 1131. datum, est Philippi filii Leonis Logothetæ & magni judicis totius Calabriæ. Logothetæ autem inter Officiales aulæ Constantinopolitanæ erant, qui ærarii curam gerebant, magnus vero Logotheta, ærarii generalis præfectus: qua de re vide Cangium in Glossario mediæ & infimæ Græcitatis. Datum est autem Diploma in gratiam cujusdam Joannis Presbyteri, Potamiti filii, cui subrepta a Riccardo de Garen bona restituuntur. Observatu dignum est, Instrumenti violatoribus & transgressoribus indici pœnam 76. nomismatum pro Capella Regia solvendorum.

QUINTUM INSTRUMENTUM est Gerasimi Abbatis

Monaſterii SS. Petri & Pauli. Quæritur autem an idem ipſe Geraſimus ſit, qui apud Rocchum Pyrrhum Libro quarto, duo Monaſteria nomine Sanctorum Petri & Pauli fundaſſe dicitur : aliud SS. Petri & Pauli de Itala vel Gittala anno 1093. ut patet ex Sigillo ſive Diplomate Rogerii Siciliæ Comitis ibidem ; aliud autem SS. Petri & Pauli de Agro, anno Chriſti 1117. ut ex Rogerii ejus filii Diplomate eruitur. Eumdem ipſum Geraſimum eſſe qui ambo illa Monaſteria, nomine SS. Petri & Pauli condidit, exiſtimat Rocchus Pyrrhus, ductus nominum tum Abbatis, tum Sanctorum *Titulariorum*, ſimilitudine : quibus etiam ætas conſentit. Hæc porro omnia in Geraſimum etiam noſtrum quadrant, verum an idem ipſe Geraſimus vel alius cognominis ſit is, qui in hoc noſtro Diplomate memoratur, affirmare non audemus. Rem mittimus Siculis & Calabrenſibus, quibus ad eam explorandam otium & facultas eſt : nobis enim procul poſitis non licet Inſtrumenta locorum evolvere. Geraſimus igitur Monaſterii SS. Petri & Pauli de Spanopetro, cujus item inferius in duobus Diplomatibus mentio habetur, fundator & Abbas, hujuſce Monaſterii bona mobiliaque recenſet ; vaſa videlicet tum ſacra, tum alia ad quodvis miniſterium deputata, veſtes ſimiliter aliaque, quorum vocabula, plerumque ignota & Regionis iſtius propria, partim augurando vertimus, partim Latinè ut in Græco exſtabant expreſſimus. Libros etiam omnes Monaſterii minutatim recenſet, ac Bibliothecæ ſuæ non admodum numeroſæ catalogum texit, ſed quia inter Libros hujuſmodi non pauci ſunt, quorum nomina intelligere & explicare non ita facile eſt, hic de ſingulis iis, quorum non obvia notitia eſt, pauca dicenda ſunt.

Τετραευαγγέλιον, eſt Liber quatuor Evangeliorum : hic autem de quo agitur in Diplomate, aureis Capitulis ornatus erat, καὶ ὃ ἐνδυμάριον φόφουνδον, *& operimentum erat Phuphundum :* eſt autem φόφουνδον, panni ſerici genus.

Εὐαγγέλια ἐκλογάδιον ſunt Libri Evangeliorum per annum. Vocantur autem ἐκλογάδιον, quia pro temporis & ſolemnitatum ratione Evangelia illa delecta ſunt.

Κοντάκια, ſive κοντάκια, erant volumina ſive rotuli, ſeu folia oblonga parvo baculo rotundo hærentia ipſique circumvoluta, de quibus actum eſt Lib. 1. Cap. 4. Dicitur etiam paruum contacium, κοντακάριον.

Πραξάποστολον eſt vox abbreviata pro, αἱ πράξεις τῶν Ἀποστόλων, quæ apud Græcos medii & infimi ævi admodum frequentatur.

Συναξάρια ſunt vitæ Sanctorum in compendium redactæ pro Chori & Eccleſiæ uſu.

Εὐχολόγιον, *Euchologium*, eſt Liber precum in Liturgia & aliis functionibus Eccleſiaſticis recitari ſolitarum.

Μακαριςμάρια, ſunt Libelli beatitudinum Evangelicarum, quibus preces quædam interſeruntur. Μακαριςμάρια vero σὺν φωταγωγίαν, id eſt, *Macariſmaria cum precibus veſpertinis :* nam φωταγωγίαι preces veſpertinæ ſunt.

Συνεφάρια ſunt Libri in quibus ſcribuntur verſus Officii Eccleſiaſtici prolixiores, de quibus vide Jacobum Goarum in Notis ad Euchologium.

Τριῴδιον ſunt Libri Officiorum a Septuageſima uſque ad finem Quadrageſimæ : hoc item nomine vocabatur Liber Officiorum a Paſchate uſque ad Pentecoſten ; ut in Diplomate Geraſimi dicitur, Τριῴδια β'. ὃ ἐν τῇ παραχωρῆς, καὶ ἕτερον ἀπὸ τοῦ πάσχα ἕως τῆς ἁγίου πεντηκοστῆς : id eſt, *Triodia duo ; aliud Quadrageſimæ ; aliud a Paſchate uſque ad ſanctam Pentecoſten.*

Ἀναξάσιμα, ſunt Libelli chorales pro Paſchatis diebus.

Κατανυκτικὸν, eſt Libellus precum, ex compunctione cordis emiſſarum, eodem ſenſu apud Rocchum Pyrrhum in Diplomate Sabæ mox memorando legitur: *Codices Juris Canonici tres, Martyrologia duo totius anni, Catanyſtica* (l. *Catanyctica*,) *Menæa totius anni.*

Παρακλητικὸν, eſt etiam Liber Eccleſiaſticus, pro toto anno, ad quem in aliis Græcorum Libris Eccleſiaſticis plerumque remittitur. Dicitur autem παρακλητικὸν ſive *conſolatorius Liber*, quia Lectiones ibi poſitæ ad conſolationem aptæ; vel etiam *hortatorius Liber*, quia frequenter peccatores ad pœnitentiam hortatur.

Τυπικὸν, eſt Liber Ritualis, in quo aſſignantur omnia per annum in Choro agenda, legenda, canenda, &c.

Σχηματολόγιον, eſt Liber, in quo continetur ritus dandi habitus iis, qui Monaſticam vitam amplectuntur.

Ὡρολόγιον, eſt Liber diurnus pro horis Officii recitandis.

Εἱρμολόγιον, eſt Liber continens hymnos pro Feſtis Domini ac B. M. Deiparæ, aliiſque per totum annum.

Deindeque agros, fundos & vineas Monaſterii pari accuratione deſcribit: tum ruſtica omnia vaſa inſtrumentaque adjicit, quorum plerumque nomina, his regionibus propria, aut divinando vertimus, aut ut Græcè jacebant Latinè ſcripſimus. Eadem pene forma deſcriptum Diploma cujuſdam Sabæ Abbatis S. Pantaleonis, adfert Rocchus Pyrrhus in Sicilia ſacra Notitia IV. p. 55. ex Græco Latine verſum a Conſtantino Laſcaris, ubi ſuppellex tota Monaſterii minutatim enumeratur cum Libris omnibus. Sed mendis innumeris reſperſum eſt Inſtrumentum; exempli cauſa *Retroevangelium* legitur pro *Tetraevangelium*: ibidemque ad hæc verba: *Item dono Imagines perpulcras, & coopertas auro; & Templum pulcrum*, notat Rocchus Pyrrhus ad marg. *Templum quod ædificaverat.* Ignorans ſcilicet Τέμπλον Græcè, ſive *Templum*, non Eccleſiam ſignificare, ſed ciborium Altaris, ut vel ipſa ſeries declarat. Cætera recenſere non eſt præſentis inſtituti. Geraſimus igitur Abbas jam ſenex, ut ipſe declarat, & ætate provectus, hoc ceu Teſtamentum edit: Theodulumque Monachum, quem ſibi ſucceſſorem ante deſignaverat, utpote transfugam & tali munere indignum, abdicat: & ita clauditur Inſtrumentum.

SEXTUM INSTRUMENTUM, quod ad fidem Archetypi Tribus in Tabulis eadem characterum forma delineatum exhibemus, expreſſum eſt ex Bulla Rogerii Regis Siciliæ & Calabriæ: qua Chriſtodulum Amiram de quo ſupra, in ſtrenue navatæ operæ & officiorum mercedem, Protonobiliſſimum declarat. Nobiliſſimorum dignitas jam inde a tertio ſæculo occurrit; ſed priſce Imperatorum filiis & Cæſaribus tantum dabatur: deinde etiam aliis magnatibus & Imperatoriæ aulæ Miniſtris collata deprehenditur. Poſtea vero Protonobiliſſimorum dignitas creata fuit: qui Protonobiliſſimi inter nobiliſſimos primi, & multi numero erant, ita ut Protonobiliſſimorum mentio frequens in hiſtoriis ſit, etiam in Sicilia & Calabria perinde atque in Oriente. Hinc fortaſſe eſt, quod inter familias Regni Neapolitani, Sedis, utvocant, Capuanæ, Protonobiliſſimorum quædam familia recenſeatur; puta quod a quodam Protonobiliſſimo originem ducat. Monogramma in ſecunda Tabula poſitum legere nequivimus: atque opinor id fruſtra tentabunt alii, niſi alterius inſtrumenti ope; ita perplexe deſcriptum eſt, & for-

taſſis non accurate expreſſum. Annus ab Incarnatione non ita nitide ſcriptus eſt : ſed cum nota ſic legatur, ἀπεδόθη μηνὶ ἀπριλλίῳ ἰνδ. β'. ἀπὸ τ῀ θεοφυτίας, (ſic non θεοφυτὸς legas,) *Datum eſt menſe Aprili Ind. ſecunda, anno a Dei ſive Chriſti ortu*, licet nota anni literis numeralibus conſtans, perplexe jaceat; ex Indictione tamen liquet eſſe annum 1139. in quem cadit ſecunda Indictio. Tunc autem jam ab annis ſaltem 27. Chriſtodulus Amiræ dignitatem & munus obtinebat : nam in Diplomate Bertæ Comitiſſæ Loritelli, anno 1112. Amira dicitur. In Tabula, Regis nomen habetur, fortaſſe propria ejus manu notatum ſic, Ε. Ροῦφριος ὁ ἐν χριστῷ δεσπότης, *Ego Rogerius in Chriſto Deſpotes.* Tres autem literæ infra poſitæ Ρ'. Μ'. β'. non video quid aliud ſignificare poſſint, quam Ροῦφριος μεγὰς βασιλεύς, *Rogerius magnus Rex :* quamquam res non vacat difficultate : nam Reges Siciliæ & Regni Neapolitani nomine βασιλεύς uti non ſolent in Diplomatibus Græcis; ſed ῥὶξ vel ῥὴξ appellantur, ex Græcorum conſuetudine, qui nonniſi Imperatores Conſtantinopolitanos βασιλέας nuncupabant : quod ſi interdum Occidentales Imperatores, ut Carolum Magn. & Ludovicum βασιλέως nomine appellaverint, id ex adulatione, quod eorum ope indigerent, admiſerunt. Cæteros autem omnes, ῥῆγας vocant : qua in re Siciliæ & Neapolis Reges in Græcis inſtrumentis, Orientalibus Græcis morem gerentes, nomine ῥὴξ aut ῥὶξ tantum utebantur. Unde in alio quodam Baſilianorum inſtrumento, Fredericus Imperator & Rex his titulis inſignitur : Τὸν Μάρτιον μηνὸς εἰς τὴν εἰκοστὴν, τ῀ ἰνδίκτου τρίτης· ἔτους ἑξακισχίλια ἑπτακόσια πεντήκοντα τρία, ἔτ῀ δ' ὀκταβίου οἰκουμενίας χίλια διακόσια ὀγδοήκοντα ἑπτὰ. βασιλεύοντος τοῦ κυρίου ἡμῶν Φρεδερίκου θεοῦ χάριτι ὑπερλάμποντος βασιλέως Ῥωμαίων, τ῀ Ἱερουσαλὴμ καὶ Σικελίας Ῥηγός· τ῀ βασιλείας αὐτοῦ ἔτ῀ ἑπτακαιδεκάτῳ· τοῦ δὲ Ῥηγάτου Ἱερουσαλὴμ ἔτ῀ κα', καὶ τοῦ Ῥηγάτου Σικελίας ἔτ῀ κθ'. Hoc eſt, *Menſis Martii* 20. *Indict.* 3. *anno* 6753. *Incarnationis vero* 1245. *imperante Domino noſtro Frederico Dei gratia præclaro Imperatore Romanorum, Jeruſalem & Siciliæ Rege. Imperii ejus anno* 25. *Regni Jeruſalem anno* 21. *Regni Siciliæ anno* 29. Verum etſi βασιλέως nomen Reges Siciliæ vulgo non uſurparent, frequenter tamen ubi de ſe loquuntur, βασιλεία ἡμῶν, *Majeſtas noſtra*, ſive, *Imperium noſtrum*, dicunt; quod idipſum fere valet ac ſi ſeſe βασιλέας appellarent : atque ideo fortaſſe hic primam cujuſque vocis literam tantum adhibuit Rogerius, quia ſibi debitam eſſe βασιλέως μεγάλου appellationem putaret, quam tamen ut inſolentem diſerte ſcribere noluerit. Verum hæc conjectando ſolùm dicimus, certiora amplexuri, ſi quando offerantur. Voces ibidem, διακόπου, σωτῆρος, δύο, τῶ μεγαλοδιακόπου, πρεσβυτέρους, πρεσίσιν πρωτάξας, πρωξαν, πραπέζης, otioſi hominis ludus eſſe videntur, nullum enim ſenſum exhibere poſſunt.

SEPTIMUM INSTRUMENTUM, anno 1144. datum, eſt Leonis Maleïni Ducis Styli & Hieracis, ex antiqua Maleïnorum familia : qui obortam Eremitas inter & Monachos S. Joannis Theriſti litem componit. Eſt autem Monaſterium S. Joannis Theriſti caput Monaſteriorum Ordinis S. Baſilii in Calabria.

OCTAVUM INSTRUMENTUM, anno 1165. editum, eſt Philippi cujuſdam Brulli filii, qui facultates ſuas ac ſeipſum Monaſterio S. Joannis Theriſti offert, Monaſticamque vitam amplectitur, Cypriano Abbate tunc Monaſterium a miniſtrante. Singulare eſt quod inter Libros ab ſe Monaſterio oblatos Librum Apoteleſmatices ſive Genethlialogiæ offerat, quem ſic enuntiat, καὶ ἄλλο βιβλίον παλαιὸν χ῀ ἀστρονόμους, ἔχον γενέθλια, *Librum vetu-*

ſtum ſecundùm Aſtronomos, habentem Genethlia. In hoc item Diplomate habentur verba quædam Græco-barbara, iſtis in partibus uſitata, quæ divinando plerumque interpretati ſumus.

NONUM INSTRUMENTUM, anno 1185. editum, eſt Nicolai Luatri, itemque Leonis ac Joannis fratrum ejus, qui Monaſterio SS. Petri & Pauli de Spanopetro fundum offerunt, Paphnutio Abbate tunc Monaſterium adminiſtrante.

Sequitur poſtea Index Græcus CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM SICULARUM Frederici II. Imperatoris & Siciliæ Regis: quæ in Codice Regio 3370². habentur Græce. Eædem vero Conſtitutiones a Frid. Lindenbrogio Latinè editæ fuerunt Francofurti anno 1613. prout Latinè primùm datæ, & a Petro de Vineis Capuano, quo Cancellario Fredericus II. utebatur, conſcriptæ fuerant. Conſuetudines autem illæ Latinè ſcriptæ, anno ſalutis 1221. datæ ſunt, ut in nota ad calcem poſita declaratur his verbis. *Actum ſolenni conſiſtorio Melfienſi, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo-primo, menſe Auguſti, Indictionis quartæ : inſinuatum vero menſe Septembri, ſequentis quintæ Indictionis, amen.* Græcæ autem Friderici Conſtitutiones Imperatoriæ Siculæ, quæ inſcribuntur, βασιλικὴ σύνταξις, poſt Latinas datæ videntur : nam etſi in Latinis multæ Rogerii & Guillelmi Regum Siciliæ leges cum Friderici Conſtitutionibus admixtæ ſint, auctiores tamen ſunt Græcæ illæ, quæ Fredericum ſolum auctorem habent, atque pluribus conſtant Titulis : in Latinis quippe, quæ ut diximus non Fredericum modo, ſed etiam Rogerium & Guillelmum Frederici anteceſſores auctores habent, 208. Tituli ſunt ; in ſolius autem Frederici Conſtitutionibus Græcis 222. ut quiſque videre poſſit. Quamobrem exiſtimo Fredericum II. Imperatorem & Siciliæ Regem, poſtquam illas Conſtitutiones primùm Latinè dederat, eaſdem poſtea auctiores Græce edi curaviſſe, quia in Sicilia & Regno Neapolitano partim Latine partim Græce loquebantur. Unde factum eſt ut Diplomata Comitum, & Regum, promiſcue Latine & Græcè data ſint, ut hodieque in Archivis Siciliæ & Calabriæ aſſervantur. Codex autem Græcus Regius de quo nunc agitur, ex autographo deſumtus eſt, & quidem paucis poſt datas Imperatorias Conſtitutiones annis, & adhuc imperante & in Sicilia regnante Frederico Secundo, ut tum ex forma characteris liquet, tum etiam ex notis, quas ſubinde inſerit Scriba, prima manu ac minio deſcriptis, nempe, Βασιλεὺς Φρεδερίκος, ἀφαύγουστος, Ἰταλικὸς, Σικελικὸς, Ἱεροσολυμίτης, Ἀρελατήσιος, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, νικητὴς καὶ τροπαιοῦχος, *Imperator Fredericus, ſemper Auguſtus, Italicus, Siculus, Jeroſolymitanus, Arelatenſis, pius, felix, victor, & tropæis ornatus.* Has autem Græcas Conſtitutiones, nondum, quod quidem ſciam, editas, hic publicare non eſt animus: nam id prolixioris eſſet operæ : Indicem autem & Titulos omnes edidiſſe ſatis erit, ut quiſque videat quid in iis contineatur, & in quibus a publicatis Latinis Græcæ differant.

Græcis illis Diplomatibus, atque Conſtitutionum Sicularum Indici, ſubjungere viſum eſt Diplomata quatuor Latine ſcripta, utpote quæ præmiſſis Græcis lucem adferant. Exſtant autem in ſcriniis RR. PP. S. Baſilii Romæ. Primum eſt Frederici II. ejuſdem, Imperatoris & Siciliæ Regis, ſecundum Mariæ Reginæ. Tertium Urbani VI. Papæ. Quartum Sixti IV. Papæ. De ſingulis quædam hic prælibanda ſunt.

PRIMUM DIPLOMA LATINUM a Frederico II. Imperatore & Siciliæ Rege datum est anno salutis 1224. in gratiam Monasterii SS. Petri & Pauli de Spanopetro, de quo supra ad nonum Græcum instrumentum actum fuit, Paphnutio tunc Abbate : qui Paphnutius in hoc item Friderici Diplomate memoratus ut Abbas, anno eodem 1224. annum saltem administrationis suæ trigesimum-nonum agebat : nam Diploma Græcum illud, Paphnutio Abbate datum, est anni 1185. si tamen idem ipse Paphnutius, & non alius ipsi cognominis, fuerit.

SECUNDUM DIPLOMA LATINUM, anno salutis 1320. a Maria Jerusalem, Siciliæ, Ungariæque Regina in gratiam Monasterii S. Joannis Theristi, & Archimandritæ sive Abbatis, cujus nomen tacetur.

TERTIUM DIPLOMA LATINUM, anno 1382. datum est Romæ ante valvas Ecclesiæ S. Petri. Estque instrumentum, quo Cyprianus *Archimandritus* Monasterii S. Johannis Theristi, Ordinis S. Basilii, D. Cosmam Crispi de Messana, Procuratorem suum Romæ constituit, ut Camerario Pontificis commune servitium offerret, pecunias solitas Officialibus solveret, necnon Domino Papæ & Collegio Cardinalium; ut præsens adesset ad hæc omnia præstanda, tum etiam ad recipiendas monitiones & sententias excommunicationis, si quæ contra idem Monasterium ferrentur. Inter hæc autem munia hoc notandum est, *Necnon ad visitandum ejus* (Archimandritæ) *nomine limina SS. Apostolorum Petri & Pauli, prout tenetur visitare, &c.* Observandum autem est, hic primum adjici, *Ordinis S. Basilii*, in aliis quippe instrumentis superioris ætatis, quæ hic adtulimus, nomen Monasterii simpliciter scribitur nulla facta ordinis mentione. Quod ideo factum arbitror, quia cum istarum regionum Ecclesiæ Græci ritus essent, nec usque adeo ibi Latinorum ritus & lingua frequentaretur, cum Græcorum Monasteria omnia ejusdem ordinis essent, distinctione opus non erat. Cum autem Latinorum maximeque Mendicantium cœnobia ibidem multiplicata fuerunt, tunc cœptum est Basilianorum Actis ordinis nomen adscribere. Philippus Squillacensis Episcopus hic nominatus, Augustiniani Ordinis, postea a Bonifacio IX. ad Messanensem Archiepiscopatum translatus est anno 1388.

QUARTUM DIPLOMA LATINUM, anno 1473. datum, est Sixti IV. Papæ ad Franciscum Abbatem S. Joannis de Piro Ordinis S. Basilii. Remque continet singularem. Cum enim Monasterium a primæva sua origine Abbatem & Monachos Græcos habuisset, ac *postmodum*, ut ibidem dicitur, *interdum per Abbates Græcos, quandoque per Latinos rectum fuisset*, ac tandem Græci in eodem Monasterio penitus defeciissent : cum item populus partium illarum magis Latinè, quam Græcè intelligerent, & Monachorum numerus usque adeo diminutus esset, ut tres tantum a multo tempore Monachi in Monasterio degerent; rogavit Summum Pontificem Franciscus Abbas, ut sibi Monachos ex aliis Monasteriis adscribere liceret, utque Latine in Monasterio suo celebraretur. Cujus petitioni annuens Summus Pontifex, concedit ut Monachos, sive ex Ordine S. Basilii, sive ex alio quovis, dummodo Mendicantium non esset, adsciscat; utque ad usum Romanæ Ecclesiæ divina Officia in isto Monasterio persolvantur. Hoc Diploma, ni fallor, cusum fuit in Italia, sed quia Libellus in quo jacet, in hasce partes nondum allatus fuit, visum est ad calcem Palæographiæ Græcæ Bullam Græcæ linguæ usum abrogantem subjicere.

EX INSTRUMENTIS MONASTERII S. Basilii Romæ, Diploma anno 1099. datum.

Η πολύσκιλτος τῶν αἱρεσιωτῶν διαγωγὴ, & αἱ βιωτικαὶ τούτων τῶν βίων μέθοδοι οὐδὲν ἀνδελεχίζειν· μᾶλλον δὲ παντοικίλως περιεργάζεσθαι ξένα τινὰ, καὶ περιττὰ, ἐν τῇ αἰσιόργῳ αὐτῶν γνώμῃ· οὐκ ἐπ' ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἐν ἀθέσμοις, καὶ ἀσεβέσι μᾶλλον τὰς περισπουδάστους πολλοὶ αἱρεσιῶται χαρίεντες, πρὸς ἰσχυρότερα ἐν φρονήσει τὰς αὐτῶν κακομαχλείας παραδίζουσιν· ὡς πόθεν τῷ βίῳ περιπετὲς, καὶ ἀνώμαλον οὐδὲ ἐκλέζειν ἀπ' ἀρχῆς ὡς ὁ μακρὸς, καὶ ἕως ἡμῶν αἰῶν παρεπέμψατο· καὶ σπουδαῖον εἶπον· ὁ ἐκ τῆς Μοσχάτου κτῆσιν καταγόμενος λέγω δὴ Γενέσιος υἱὸς Ἰωάννου τοῦ Σπαθακιοῦα Μοσχάτου, τὴν καταφυτευθεῖσαν ἐν τῇ τῶν Σαρκῶν τοποθεσίᾳ τοῦδε τῆς μονῆς τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Θεριστοῦ μοναχῶν ἀμπελῶνα, καὶ εἰς ἐμφανίδιν ἀχθεῖσαν, καὶ καταστᾶσαν ὡς εἰκὸς· ἄσπονδον διηνεκῶς πόλεμον ἐνεπτύη, ὅπως οἷῳ τέτοιῳ ἀφελήσῃ τοῦτον, οὐκ ὀλίγας ἐναγὰς, καὶ ζητήσεις ποιούμενος. Εὐρακὼς οὖν ὡς ἀχείρωτος ἑαυτοῖς ἔργοις καταψηφιζόμενος, καὶ μηδὲν ὀνήσιμος, μηχανᾶται τι τοιοῦτον τῶν ἐλαφρεστάτων καὶ τοῦ τυχόντος φρονήματος ἄμοιρον· μοναχὸν Παγκράτιον, καὶ εὐνοῦχον, ὃ κτῆσιν τῆς οὐκ ἦν Ἀτταλίνου, ἐν ἑαυτῷ προσκαλεσάμενος, κέρδηνται πρὸς αὐτὸν κόμπους τισὶ τοιούτοις, καὶ ἀπατηλοῖς ῥήμασιν, ὡς εἰ ἐν τούτῳ ἄσμενος ἐπιφελέστατος ἀρωγὸς αὖ γένοιτό μοι, ὅπως τοὺς ἄλλους πάντας ὑποπώσωμαι καὶ τὴν ὑπερθυμίας αὐτοῦ ἀμπελῶνος ὑπερτύχω, καὶ ἀναλαβέσθαι, καὶ ἀφελέσθαι με τοῦτο, πᾶσάν σε ἑτοιμὸς εἰ μικρὰν ὑπερθυμίαν ἐκπληρῶσαι. ὅθεν δὴ ἐκ τοῦ ὑποκρίτης τὸν νοῦν συληθεὶς πληρῶσαι ἐσπούδαστο. ὅθεν ὁ Μοσχάτος ἐμοὶ Ἰωσὴφ αὐθέντης (sic) κριτὴς Στύλου προσῆλθεν φάσκων κατὰ τῶν μοναχῶν τῆς μονῆς τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου, καὶ ἐναγῶν ὡς ἀδικούμενος, ὅ προσηνικὸν αὐτοῦ κτῆμα ἀφελόμενοι τυραννίᾳ πεφύτευκαν ἀμπελῶνα, τὰ δοκοῦντα ἐν αὐτῷ

VAria & tumultuosa hominum vivendi ratio, & sæcularia eorum artificia perpetuo exercentur; imo vero stupenda quædã & portentosa variis modis excogitantur per improbam eorum mẽtem: non ad bona quadam, sed ad nefaria & turpia plerique hominum se conferentes, iis qui prudentia potiõres sunt fallaciis suis illudunt: quemadmodum hujus sæculi temeritas & inæquabilitas, jam inde a multis retro sæculis ducta consuetudine, agere solet. Et ut paucis dicam; qui a Moschato originem ducit; videlicet Genesius filius Joannis Spathacua Moschati, vineam a Monachis Monasterii S. P. N. Joannis Theristi in loco Sarcorum consitam, palamque positam & constitutam uti par erat, implacabili indicto bello, abripere suamque facere assidue conatur; non paucis ad eam rem oblatis petitionibus adhibitisque perquisitionibus. Cum videret igitur, se intempestivis illis & contrariis moliminibus damnari, nec quidpiam proficere, rem machinatur sane levissimam, ac sensu prudentiaque vacuam. Monachum Pancratium Eunuchum, ex Attulino quodam ortum, evocans, ipsum magnificis hujusmodi promissis & fallacibus verbis alloquitur: Si hac in re mihi libens opem tuleris; ut alios omnes superem, & optatam vineam assequar, ipsam possideam & illis auferam; quidquid in voto habes complere paratus sum. Istis pollicitationibus deceptus ille, annuit. Quamobrem Moschatus me Josephum Authentem & Judicem Styli convenit, & de Monachis Monasterii S. Patris nostri Joannis conquestus, se læsum dictitabat; cum se paterna possessione privantes, tyrannideque usi, vineam conseverant, & pro libito omnia eodem in loco fecerant, cum nihil ibi portionis vel juris haberent. Siqui-

dem, aiebat, etiamsi ea de re Pater meus & nos sexcentas perquisitiones, & non paucas actiones adhibuerimus, nihil profecimus : nam illi donis sibi assidue conciliantes eos, qui locorum regimen obtinebant, conatus nostros eluserunt, ita ut hactenus nihil acceperimus. Nunc autem Authenti nostro splendidissimoque Comiti nocte dieque supplicantes, prædii nostri possessionem & fructum omnem percipere volumus. Cum autem versuta illorum consilia, propositumque frivolum, quod perficere cupiebant, ego non probe perspectum haberem ; Monachos omnes ejusdem Monasterii evocavi. Illi vero cum Præfectis accesserunt ; videlicet cum Domno Bartholomæo, qui nuper a Præfecto Hegumeniam acceperat : cum eo erat & Theodulus Oeconomus ejus. Qui cum Moschati objecta audivissent, alii quidem omnes siluerunt : hic vero qui virus in corde latens habebat, turpiter & prorsus nefarie se gerens, respondit his verbis : Ego ante hos omnes ab initio in Monasterio fui, & vineam consevi : meliusque his omnibus scio quomodo, quando & cujusnam locus fuerit : fateorque & notum habeo, locum istum Moschati fuisse, possessionem immemorialem, & paternam hujusce rem esse, quam ad hoc usque tempus, violentia & tyrannide usi, consita vinea injuste tenemus. Jam autem veritatem in lucem prodire volo : & confiteor quod feci, me conseviisse vineam, alienus licet essem, ut & ii qui mecum erant ; justumque esse ut sine dubio & disceptatione ulla Moschato, utpote proprio Domino, restituatur. Hæc cum audissem unà cum assidentibus clarissimis Magistratibus, Authente Domno Nicolao Maleïno, & Sancto Patre Domno Constantino, ac Comite Nicolao Genearpullo, & non paucis aliis contuberna-

ποιησάμθνοι, μηδὲν ὠφεληθῆναι· ἠ κλῆσιν ἔχοντες· ἐπεὶ καὶ μύρια ζητήματα, καὶ ἀγωγὰς οὐκ ὀλίγας, ὑπὲρ τῆς ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ ἡμεῖς σὺν αὐτῷ ποιησάμθνοι, μηδὲν ὠνήσαμθν. ὅτοι δωροδοτοῦντες καθ' ἑκάστην τοὺς τῆς πόλεως τῆς χώρας κρατοῦντας, ἠσχήσαμθν ἕως τῆς νῦν, μηδὲν εἰληφότες. τὰ νῦν ὑπὲρ τῆς αὐθέντου ἡμῶν τοῦ λαμπροτάτου κομίτος λατρεύοντες νύκτα πᾶσαν, καὶ ἡμέραν, θέλομθν ἔχειν καὶ τὴν ὑποστάσεως ἡμῶν ἅπασαν τὴν ἀπόλαυσιν. ἐπεὶ καὶ τὰ γραπτικὰ ἃ αἰαμεταξὺ εἶχον βουλεύματα, καὶ ἵνα ἅμφω ἐκτείνωτο, καὶ ἀνθυμοῦντο τοιαῦτα, καὶ αἴσχιστον βουλεύω καὶ μιαρώτατον, καγὼ μηδ' ὅλως ὑποπτάμθνος, τοὺς μοναχοὺς ἤγαγον ἀπαντῆσαι τῆς αὐτῆς μονῆς. ἐναντίον ἐμοῦ ἄφιξιν. ὅτοι μὴ καὶ τῶν προεστώτων ποιησάμθνοι· λέγω δὲ τοῦ τε κυροῦ Βαρθολομαίου προέσφατον τότε τιμὴν ἠγουμενεύσαντα καὶ τοῦ προεστῶτος δοξάμθνος· (sic) ἵνα σὺν αὐτῷ καὶ ὁ Θεόδουλος οἰκόνομος αὐτοῦ· οἱ τὰ ἀναγόμθνα καὶ τοῦ Μοσχάτου πρώτα ἐπιστάμενοι, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἐσίγησαν· οὗτος δὲ ὁ τὸ ἴον ἔχων ἐν καρδίᾳ καὶ τὰ ἄτοπα ἀναβαλόμθνος, καὶ πρωτίστως ὀκνάζων, ἀπεκρίνατο λέγων, ἐγὼ πρὸ πάντων τούτων τῆς μονῆς ἐξ ἀρχῆς εἰμὶ, καὶ τὰ ἀμπελῶνα καγὼ πεφύτευκα, βλέπων ὑποπτάμθνος τοῦτο, πῶς, καὶ πότε, καὶ τίνος αὖ ὁ τόπος ὑπῆρχε τοῦτο πάντως, καὶ ὁμολογῶ, καὶ ἐπίσταμαι ὅτι τὸ χωράφιον τοῦ Μοσχάτου ὑπῆρχεν, κτῆμα αἰῶνιον, καὶ προῖκα γενικὸν ὄντι τούτου, ὅταν ἕως τῆς νῦν ἀλόγως ἴσμθν χρησάμθνοι βίᾳ καὶ τυραννίᾳ καὶ καταφυτεύσαντες ἐκρατοῦμθν τέως πλεονεκτικῶς. ἀφ' ὅτι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας θέλω ἐλθεῖν καὶ ὁμολογῶ ὃ πέπραχα, καὶ ὁ πεφύτευκα ξένον με ὄντα, καὶ τοῖς σὺν ἐμοὶ τοῦ πράγματος δίκαιον ἀποδοθῆναι καὶ τῷ Μοσχάτῳ ὡς ἰδίῳ δεσπότῃ αἰανεμπόδιστον καὶ ἀναμφιβόλως. ταῦτα τὰ ῥήματα σὺν τοῖς συνεδριάζουσιν μοι τιμίοις ἄρχουσιν ἐνωδιάδεις, τῷ τε αὐθέντῃ κυρῷ Νικολάῳ τῷ Μαλεΐνῳ καὶ τῷ ἁγίῳ πατρὶ κυρῷ Κωνσταντίνῳ καὶ τῷ κόμητι Νικολάῳ τῷ Γενεαρπούλλῳ, καὶ

ἄλ-

ὀὐκ ὀλίγοις στωεσίοις καὶ στωδρομίτοις, μηδενὸς ἑτέρου ὑπιταμένου, ἢ ἀπηλέγοντος, μήδ' αὐτῶν τῶν παρεστώτων μήτε τινὸς ἑτέρου, ἀλλὰ σιωπώντων πάντων ἀπειρούντων πῶς τὰ τοῦ πράγματος ἔχοιεν, μὴ ὑπιστάμενοι ὁμολογοῦντες. Εἶπεν πρὸς αὐτὸν τὸν μοναχὸν Παγκράτιον ἀποδοῦναι τῷ λοιπῷ ὃ ἀμπέλιον, ὁ κἀκεῖνός με ἐπέζητε· αὐτὸς γὰρ ὁμολογεῖ. ὃς ἀποσὰς τὸ ἰδίαν ὡὸ ἐπέφερε, καὶ σὺν ᾗ ἐξήνεικτο βακτηρίαν δίδωκεν τῷ Μοσχάτῳ, τοῦ ἀμπελῶνος τὸ ἰδίαν ἐξουσίαν πᾶσαν παραδείκνυμι. δι' ὃ ἡμεῖς μᾶλλον τὰ τῆς δίκης περαιώσαντες μὴ πολλοῦ καὶ πραγικότες χρόνου, δικαίωμα πεποιήκαμεν τῷ Μοσχάτῳ, καὶ ἀπεδώκαμεν, ὡς μηδενὸς ἕως τότε ζήτημα καὶ ἔγκλημα ἢ λόγου ὑπομνήματος ποιησάμενος.(sic)

Ἔπειτα μὴ ταῦτα ὁ ἄφρων καὶ ἄφρων, ὀὐκ τῶν ὑποσχέσεων μηδὲν εἰληφὼς, ἀλλ' ὀὐκ πάντων ἄμοιρος ἀπολειφθεὶς, μεταμεληθεὶς πείθει τοὺς μοναχούς, ὡς ὃ τῶν καστράτων οἶδε ποιεῖν γένος, τόδε πεποίηκεν ἐμοὶ λέγων, ὁ Μοσχάτος, πλανησάμενος με ταῖς ἀπατηλαῖς φωναῖς αὐτοῦ πολλὰ ὑποσχόμενος· καὶ γὰρ ἔλεγεν ὡς ἐδόκει τῷ ὅτι τὰ Ἱεροσόλυμα πορίαν ποιεῖν. ὁμολογεῖ ὅτι ἐστοιβάζετό μοι τὰ τοιαῦτα τὴν ὑπιθυμίαν, καὶ ἐπομόδον τὸ ὑπὲρ τὸν τοῦ κυρίου πάθον· κἀγὼ κατεδυόμην, καὶ δέξασθαι μηδ' ὁδοῦν ὀὐκ ὃ σὸν ὑστερούμενος, ὡς αὐτὸς ἐδόκει τὴν Κωνσταντινουπόλεως πορίαν ποιήσασθαι σὺν τοῦ λαμπροτάτου κόμητος κυροῦ Ρωβέρτου ἀποστολικοῦ ὡὸ κατέχετο. ὃν πῶς πιστοὺς οὖν ὑποκλάσας με λόγοις πεποίηκα ὃ πέπραχα. καὶ γὰρ ὀὐκ ἔστιν ὃ ἀμπέλιον ὡς φάσκει εἰς ὃ χωρίφιον τοῦ Μοσχάτου· ἀλλ' ὀὐκ τῆς κληρονομίας τῶν Σακριτάνων ὄντ μικρόν τι τμῆμα, ἔχον εἰς ὃ ἓν μέρος τοῦ ἀμπελίου ὁ Μοσχάτος ὡς ὀὐκ τοῦ Κλαβίτου. ζητήσεως οὖν ὀὐκ ὀλίγης μετέπραττα γενομένης καὶ σκαμῆς παρὰ τοῦ καθηγουμένου κυροῦ Βαρθολομαίου, καὶ τῶν ἄλλων πάντων μοναχῶν· ὁ μὲν ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου, καὶ θεοφιλεστάτου κυροῦ Ἰωάννου, ὑποθήκης γέγονεν καὶ σαφὴς βατ-

libus, nemine alio, neque præfectis ipsis rei notitiam habentibus, nec contradicentibus; sed silentibus, fatentibusque se nescire quomodo res se haberet: Monacho Pancratio edixi vineam restitueret, quam ille petebat ut suam, ipso Pancratio fatente. Ille vero renuntians, & baculum suum, quo sustentabatur, Moschato tradens, se vineæ possessionem ipsi tradere declarat. Qua re permoti nos, quæ ex jure erant post multum elapsum tempus perficientes, decretum Moschato edimus tradimusque, ac si nemo ad eam usque diem perquisitionem & accusationem ea de re instituisset, aut memoriale quodpiam fecisset.

Deinde stultus & amens ille, cum nihil promissorum accepisset, sed omnibus vacuus remaneret, mutata sententia, Monachis auctor est, (uti solet castratorum genus facere,) ut repetant: ipsosque his verbis alloquitur: Moschatus, inquit, me fallacibus verbis lactans, multa pollicitus est. Dicebat enim se Jerosolymam iter parare, promittebatque me socium itineris futurum, quod ego cupiebam, ad sepulcrum Domini se deducturum reducturumque esse sumtibus suis, ita ut ne obolum quidem expenderem: ac deinde Constantinopolin pari modo mecum iter habiturum, quò mittebatur a splendidissimo comite Domno Roberto. Tali sermone circumventus id effeci, quod factum est. Siquidem vinea non est in agro Moschati, ut ille dicit, sed parva portio est hæreditatis Sacritanorum, habens ex uno latere Moschati fundum quasi ex parte Claviti. Deinde non modica perquisitione facta & actione instituta a Cathegumeno Domno Bartholomæo & ab aliis omnibus Monachis: etiam a piissimo & a religiosissimo Domno Joanne, Monitum prodiit, ubi multa futilitate verborum, quasi pro Ecclesia vindicanda

insurgebat, utpote spiritualis Pater & Pastor in aula magni Comitis: * verba suo & splendidissimi Comitis nomine faciebat, ac negotii speciem & conditionem declarabat. Neque id tantum, sed & ipse & alii omnes Magistratus, qui cum ipso erant, & negotium ab initio non noverant, neque me admodum respiciebant, qui de ea re judicium tuleram; me culpabant, quod non præsens, sed absens a loco vineæ, decretum tulissem: multaque ea de causa loquuti sunt. Cum vero tempus fuit ut ad aulam accederemus, jussu Authentis nostri Monitum ibi ea de re factum est: meque percontati sunt, quo pacto res gesta esset. Cum ego minutatim enarrassem, Moschato ibidem præsente coram maximis Magistratibus; Protonobilissimus, utpote judex totius Calabriæ, & Protonotarius Domnus Nicolaus, una cum assistentibus reliquis Magistratibus, ut de novo judicium redintegraretur, tum ob religiosissimi Episcopi petitionem, ut diximus; tum maxime ob partium litigantium disceptationem, & ut rem accurate dispicerent, decreverunt, utriusque partis sanctiorem fidem deposcere & jurejurando litem solvere statuentes. Inter hæc Moschatus sic obloquutus est: Adjuro Hilarionem Monachum Gangemitanum, & Leonem Presbyterum fratrem ejus & * Patres Joannis Sambatii, & Ursum Ardabastum, ut jurati dicant, & ad majorem firmitatem & auctoriratem in locum se conferant. Tum hortantibus Magistratibus ipsis, ut ego Joseph Authentes & judex Styli ad locum me conferrem: & si ii, quorum fidem Moschatus appellavit, jurati pro Monachis dicerent, vinea Monasterii esset; sin pro Moschato, eidem qui jam possidebat relinqueretur; & fructus præteriti temporis ipsi restituerentur. Cum ergo ad urbem me contulissem omniaque ipsis declarassem, tempus præstitui. Ad lo-

πολιτία, διεξιόντων πολλὰ ὡς ὑπὲρ τ̃ ἐκκλησίας αἰτησαμένος, πνευματικὸς ὢν πατὴρ, καὶ ποιμὴν ἐν τῇ χώρᾳ τ̃ Μεγαλοκώμιτος μᾶλλον, αὐτ̃ κἀκείνῳ τ̃ λαμπροτάτου τ̃ λόγον, καὶ τ̃ πράγματος τὴν ἰδέαν ὑποδείξας. ὃ μόνον ἀλλὰ καὶ πᾶσι ἅπασιν ἄρχουσιν τοῖς μετ' αὐτ̃· οἱ δὲ μὴ παρισάμενοι τὰ τ̃ ἀρχῆς, καὶ τ̃ πράγματος, μήτε ἐμὲ βλέποντες τ̃ τοῦτο κρίναντα, πολὺ ἐμέμφοντο, πῶς μὴ πρὸν, ἀλλ' ἀπὼν τῷ τόπῳ τ̃ ἀμπελῶνος ἀπέδωκεν. (sic) καὶ ὃ δικάσαμα πεποίηκεν· πολλὰ περὶ τούτου διέλεγοντες. ὅτε δὲ καιρὸς ἔφασεν ἀπελθεῖν ἡμᾶς εἰς τ̃ κάστελλον, παρεκάλεσ αὐτ̃ τῶ αὐθέντου ἡμῶν ὑποφήνοις ἐκεῖ καὶ περὶ τούτου γέγονεν· ἐρωτήσαντες με πῶς τὰ συμβάντα ἐγένοντο, καὶ ποίῳ· ἀ κατὰ λεπτὸν αὖθις διηγησαμένου κἀγὼ, τότε καὶ αὖθις ὁ Μοσχάτος ἐκεῖ πρὸν ἐναντίον τοῖς μεγίστοις ἀρχουσιν· ὅ τε ἀοβλησιμος καὶ ἄτε κριτὴς ἁπάσης Καλαβρισπίδος χώρας, καὶ ὁ ἀνθρώπιος κυρὶς Νικόλαος ἅμα τοῖς συνοῦσιν αὐτοῖς λοιποῖς ἀρχουσιν, εἴπως νέαν ἀνάκρισιν ποιῆσαι τ̃ δίκης, ἀφ' τε ὡς ἐπόμην τῶ Θεοφιλεστάτου ὑπισκόπου τ̃ αἴτησιν, ἀφ' τε μᾶλλον τῶδε κἀκείνῳ τῶν ἀμφισβητουμένων μερῶν, θέλοντες βλέπαι τὴν ἄμπελλαν καὶ τὴν ἀγωγὴν, ἔκριναν ὑπεύθυνα τῶν ἀμφοτέρων μερῶν τὰ πιστότερα, καὶ μὲ ὅρκου ἀνάβαίναι τ̃ δίκῃ καὶ ἔπρκες τὰ τ̃ ἀγωγῆς. ὅθεν, ὡς τοῖς εἰρημένοις ὁ Μοσχάτος αὐτὸς αὐτέφη εἰρηκὼς, ἐπορκῶ Ιλαρίωνα μόναχὸν τ̃ τῶ Γαγγέμι, καὶ Λέοντα πρεσβύτερον τ̃ ἀδελφὸν αὐτ̃, καὶ πατέρες Ιωάννη τῶ σαμβατίῳ, καὶ Οὖρσον Ἀρδάβαστον, ὅπι ὡς εἴπωσιν ὀμόρκως καὶ ὅθεν χωρήσωσιν ὑπὲ κυρῷ καὶ βεβαίῳ. ὑπὲ τοῦτο παρεπαρεὶς παρὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν κἀγὼ Ιωσὴφ αὐθέντης καὶ κριτὴς Στύλου ἐν τῷ τόπῳ παρεγενόμεθα, καὶ ἐαν ὅπι ὃς εἴρηκεν ἐπομόσοιεν, καὶ ἠρέσατο, ἐχέτω ἡ μονὴ ὃ ἀμπέλιον· εἰδ' ἀλλ' ἔσω τῶ Μοσχάτου ὃ ἀμπέλιον καθὼς ὑπῆρχε, δοῦτο μᾶλλον καὶ τὰς παρὰ ὅσων ἀφείλοντο ὑπεκρπίας

τῦ ἀμπελίου· τῶν παρεγενόμεθα μὲν ἐγὼ ὁ ἐν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ὁ κῦρ Γουδελμος, καὶ ὁ αἰωτέρω κυρὸς Κωνσταντίνος, ὡς καὶ αὐτοὶ τῶν παρὰ τῦ Μοσχάτου παρακληθέντες, καὶ παρεστάντες ἐπὶ τῆ δίκη σὺν καὶ τοῖς πάσαις κυρῷ Κωνσταντίνῳ, καὶ τοῖς αὐθέντη κυρῷ Νικολάῳ, καὶ ἀδελφῷ τῦ Βεσόμιτος, Γοσφρέδῳ καὶ τῦ Γιδέλμου, καὶ πολλῶν ἄλλων· ὅτι ἐπὶ χρόνοις ὁ χριστὸς ἅπαντες ὁ ἅγιον εὐαγγέλιον, οἱ ὑπολειφθέντες ὅ τε μοναχὸς Ιλαρίων, καὶ Λέων πρεσβύτερος ἀδελφὸς αὐτῦ, καὶ ὁ πρεσβύτερος Ιωάννης, καὶ Οὖρσος Αρδαβάστος ὑπόρχως διεχώρησεν ἔλι ἀπὸ τ βωνὸν ἐξοπίσθεν τ κελλίων, ἔνθα ὁ τέρμων ὑπαρχι καὶ κατέρχεται εἰς τ βαθέαν, ἔνθα τὰ καλάμια ὁ κτ δύσιν, ἔνθα κῆται ὁ ἀμπέλιον, ὃ διασοπίαν ὁ Μοσχάτος ὐκ αὐτῶ ἔσχεν, ἀλλὰ Σακριτανικὸν ὑπαρχι· καὶ οὕτως ἔχι καθὼς διεχωρίζομεν· ὅτι εἰς τ τόπον ἔνθα κῆται ὁ ἀμπέλιον ὁ Μοσχάτος οὐδέποτε ἔσχεν. ὅτι αἰτιολὼς ἔχι ὡς διεχωρίσαμεν, ὡς ὐκ τῦ Κλαβίτου καταγόμενος· ἀκροατοὶ ὄ τῦ ὅρκου μὴ πολύτων ὧν εἰρήκαμεν ἐτύγχανον οἱ αὐτάδελφοι τῦ Μοσχάτου ὅ τε Νικόλαος, καὶ ὁ κυρὸς Βασίλιος ὁ Μανδαράνης ὁ γαμβρὸς αὐτῦ, καὶ ἕτεροι πολλοί. ὅθεν ἀπεδώκαμεν ὐν τῆ μονῆ τῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν τῦ Θερίστου τ ἀμπελῶνα καὶ εἰς πᾶς ὐκᾶς μοναχοὺς, ὅσον καὶ οἷον ὅτι κτ τότε δικαίαν κρίσιν, καὶ παράταξιν τῶν ἀρχόντων τ χάρτης τ αὐθέντου ἡμῶν μεγάλου κόμητος, ποιήσαντες αὐτοῖς καὶ τὸ πρὸν δικαίωμα πρὸς ἀπάντησιν πολύτων τ αὐτιλεγόντων καὶ ἀμφισβητῶν δικαιώτων, σφραγίσας καὶ τῆ δεξιᾶ μου βούλῃ, καὶ τῆ ἰδίᾳ μου χειρὶ ὁ χρύσοβουλλος ἐπιγράφων. Μηνὶ Αὐγούστω θ'. ἰνδ. ζ'.

Et alia manu. Ὁ ὁ παρεισμὸς ὅτι ἔστ, ἀπὸ τὰ καλάμια, ἃ αἰωτέρω εἴρηται, τ βαλίας καὶ αἴρχεται εἰς τ βοιωόν· ὃ ὅτι δυσμᾶς ὅτιν Σακριτανικόν, ἔνθα ὁ ἀμπέλιον τ ἐκκλη-

cum igitur cum adveniſſemus; ego ſcilicet & Vicecomes Domnus Gullielmus, & Domnus Conſtantinus ſupra memoratus; & ii qui a Moſchato ad teſtimonium ferendum in jus appellati fuerant, cum Papa Domno Conſtantino, & Authente Domno Nicolao, necnon Domno Gosfrido Vicecomitis Gullielmi fratre, multiſque aliis; iſti ſupra memorati; videlicet Hilarion Monachus, Leo Preſbyter frater ejus, Joannes Preſbyter, & Urſus Ardabaſtus, ſumto præ manibus ſancto Chriſti Evangelio, jurati affirmarunt, a colle retro cellulas, ubi terminus eſt & deſcendit in profundum, ubi arundines ſunt verſus Occidentem, quo loco jacet vinea, non fuiſſe ex poſſeſſione Moſchati, ſed Sacritanicum fuiſſe, & ita ſe habere ut illi terminos ponebant. Quia, inquiunt, in loco ubi jacet vinea Moſchatus nihil umquam habuit: ſed ad orientem habet ſecundum terminos a nobis indicatos, utpote qui ex Clavito originem ducat. Juramentum audierunt præter eos, quos ſupra memoravimus, fratres Moſchati, Nicolaus & Domnus Baſilius Mandaranes gener ejus, aliique multi. Quamobrem vineam Monaſterio ſancti Patris noſtri Theriſti, & Monachis ejus reſtituimus, ut æquitas poſtulabat, & ut principes aulæ Authentis noſtri magni Comitis juſſerant, hoc illis inſtrumentum edentes ad ſedandos omnes, qui contradicere & diſceptare vellent: ſigillantes cerea noſtra bulla &, quod melius eſt, manu propria ſubſcribentes, menſis Auguſti die nona, Indictione ſeptima.

Et alia manu. Circuitus autem eſt hujuſmodi: a calamis ſive arundinibus, de quibus ſupra, in valle, aſcendit in collem: ad occidentem eſt Sacritanicum, ubi eſt vinea Eccle-

ſiæ uſque ad Cannabatianum, & æqualiter procedit uſque ad vallem prope Canalitem, & æquali ſpatio procedit uſque ad Templum Sancti Blaſii, & ad Clavitum verſus orientem.

Joſeph Terroes Authentes & judex Styli, huic inſtrumento ſubſcripſi propria manu, & firmum ipſum reddidi anno 6607. id eſt Chriſti 1099.

σίας ἕως τῦ Καναβατιανοῦ· καὶ ἀποδίδη ὁ ἴσον ἕως εἰς τ βαθείαν πλησίον τῦ Καναλίτου, καὶ ἀπέρχεται ὁ ἴσον ἕως εἰς τ νεὸν τῦ ἁγίυ Βλασίυ, καὶ ὁ ἀναπαλιὼ Κλαβίτον.

Ιωσὴφ αὐθέντης καὶ κριτὴς Στύλου ὁ Τηρρόης ὁ πρὸν δικάιωμα ἐπέγραψα οἰκεία χειρὶ, καὶ ἐκύρωσα ἐν τῷ ,ϛχζ ἔτῃ.

Diploma RR. PP. S. Baſilii Romæ, anno 1112.

SIgillum factum per me Bertam Comitiſſam Loritelli & per filios meos Gioſphre (al. Geofridum) Comitem & Raimundum: & traditum tibi Domno Chriſtodulo Protonotario & Amira, ut des illud Monaſterio Neodegetriæ Ruſiani. Menſe Novembri, Indictione quinta, cum Meſſanæ degeremus. In nulla alia re Deus tantum colitur, quantum in augendis & conſtruendis ſanctorum Templis, & in porrigenda ad auxilium manu. Quare tu ſupra memoratus ſplendidiſſimus Domnus Chriſtodulus, rogaſti nos ut ſanctum Apolinarium in Conchile fluvio ſitum tibi daremus: quem olim habuerat Aſcengtinus Portzelles, cum agris, incolis, & aliis omnibus ibidem exſiſtentibus. Et rurſum hæc a te conſecrabuntur Monaſterio Neodegetriæ Ruſiani, necnon caſtiſſimo ſeni illic Hegumeno Domno Bartholomæo. Nos autem, quia nobis officia non pauca contuliſti, & quæ nobis in optatis erant exſequutus es, petitioni & hortatui tuo ceſſimus: & ecce prædictum Templum S. Martyris Apolinarii tibi damus cum omnibus ad ipſum pertinentibus; nempe fundos, vineas, arbores fructiferas, & cætera omnia, ut petitio tua ſuperius declaravit; ut in perpetuum conſecrata ſint Monaſterio Novæ Hodegetriæ, & apud ſpiritualem Patrem Domnum Bartholomæum: ut hoc dono permoti Monachi, qui in prædicto Monaſterio variis temporibus

Σιγίλλιον γεγάμενον πρὸ ἐμοῦ Βέρτης κομητίσσης τῦ Λωρετέλλυ, καὶ τοῦδε τοῖς ἐμοῖς υἱοῖς τῷ τε Γιοσφρὲ κόμητι, καὶ Ραιμουνδῳ· καὶ ἐπιδοθὲν σοι τῷ κυρῷ Χειροδούλῳ τῷ ἀποστείᾳ καὶ Αμήρᾳ, ὥστε ὁ ἀποδοῦναί σοι τοῦτο ἐν τῇ μονῇ τῆς Νεωδηγητείας Ρ'ουσιακοῦ. Μεὶ Νοεμβρείῳ ἰνδικτ. ε'. ἐν Μεσίνῃ ἡμῶν πολιτῶν. οὐ τοσοῦτον ἐν ἄλλῳ τινὶ θεὸς θεραπεύεται, ὅσον ὅτι ὁ βύπιος καὶ οἰκοδομεῖν ἁγίων ναοὺς, καὶ χεῖρα βοηθείας ὀρέγειν. Ἀφ' ὧ καὶ σὺ ὁ ῥηθεὶς μεγαλεπιφανέστατος κύριε Χειρόδουλος ὥστε αἰτήσω ἡμᾶς τῦ ἀποχωρίσασθαί σοι τ ἅγιον Ἀπολιναρίον τ ἐν τῷ Κογχείλῃ ποταμῷ, ὡς ὁ ποτὲ Ἀσκηγτίνος Πορτζέλλης αὐτὸν ἔσχεν σὺν χωραφίων καὶ προίκων καὶ ἑτέρων πραγμάτων τῶν ἐκεῖσε πολιτῶν. καὶ πάλιν ἀπὸ σῦ ταῦτα ἀφιερωθήσονται ἐν τῇ μονῇ τ Νεωδηγητείας Ρ'ουσιανῦ, καὶ ὥστε τ ἐκεῖσε ἡγουμενεύοντα ἐπαγγόπατον γέροντα κύριν Βαρθολομαῖον· ἡμεῖς δ' ὡς οὐκ ὀλίγα δουλεύσματά σε ἡμῖν, καὶ τὰ ἡμῖν καταξύμια πρᾶγμα ἀναπληροῦντα, ἐξαιτοῦμαι τῇ σῇ αἰτήσι καὶ παρακλήσι. καὶ ἰδοὺ τὸν ῥηθέντα ναὸν τῦ ἁγίυ ἱερομάρτυρος Ἀπολιναρίυ χαρίζομαί σοι αὐτὸν σὺν πάσης τ πύπου ἁπλουστάτου χωραφίων τε, φαγητῶν, ἀμπελίων, ἡμερόδενδρίων καὶ λοιπῶν πραγμάτων, ὡς ἀνωτέρω σὴ αἴτησις διετάξατο, ἵνα εἰς ἀεὶ ἔστωσιν ἀφιερωμένα ἐν τῇ μονῇ τ νέας ὁδηγητείας καὶ ὥστε τ πνευματικὸν πατέρα κύριν Βαρθολομαῖον, ὅπως προεύχωμαι (sic) ἐκ ταύτης τ δωρεᾶς οἱ ἐν τῇ ῥηθείσῃ μονῇ

μονῇ προσκαρτεροῦντες τῷ καιροὶ μοναχοὶ, μεῖζον ὃ θεῖον ἡμῖν ἱλεώσωνται. Εἴτις δ' φορεθῇ τὴν δοσαλοῦσαν τήνδε τὴν ἀφιέρωσιν, εἴη ὁ τοιοῦτος παρὰ τῆς φιλανθρώπου θεοῦ κατηραμένος, καὶ τὴν ῥηθεῖσαν Ὡδηγητρίαν ἀντίδικον ἔχοι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ φοβεροῦ καὶ μεγάλης κρίσεως· ἀφ' ἡμῶν δ' πάλιν οὐ μικρὰν ἕξῃ τὴν ἀγανάκτησιν, καὶ τῆς φιλίας ἡμῶν ἐστερημένος. Εἰς δὲ τὸ μετέπειτα πάλιν ἀποδοσάλευτον κρῖναι τὴν τοιαύτην δωρεὰν τοῦ τὸν ναὸν τῆς νέας ὁδηγητρίας χρυσόβουλλα πρέπειν· ὅπερ τοίνυν καὶ τὸ παρὸν ἡμῶν σιγίλλιον ποιῆσαι καὶ σφραγισθὲν τῇ ἀμφοτεριθῇ ἡμῶν βούλλῃ τῇ δι' ἑαυτοῦ κήρᾳ, ἐπεδόθη τοῦ τὴν μονὴν τῆς μεγάλης ὁδηγητρίας, καὶ τοῦ τὸν αὐτῆς ἡγούμενον Βαρθολομαῖον καὶ εἰς τοὺς μετ' ἐκεῖνα αὐτῆς ἡγουμένους. Μηνὶ καὶ ἰνδικτιῶνος τῆς ἄνω γεγραμμένης τοῦ ἔτους ϛχκ'. ἐν προυσίᾳ μαρτύρων.

† Γουλιέλμος Βάμμος μάρτυρος ὑπέγραψε τὸν τίμιον σταυρόν.

† Ἀρκάδιος Καπριλλίγγα μάρτυρος.

† Νικόλαος ἀνταῖος πρωτοβρεθεὶς μάρτυρος.

† Ego Johannes Presbyter testis sum.

† Χρυσολέων Βίσκων μάρτυρος ὑπέγραψε τὸν τίμιον σταυρόν.

† Νικόλαος Νόθος υἱὸς Ἀπαπακτάνι μάρτυρος ὑπέγραψε.

† Ὁ Καλκέος Νοτάειος ὁ ταῦτα γράψας.

in disciplina perseverabunt, Deum nobis magis propitium reddant. Quod si quis hanc oblationem perturbare voluerit, sit ille a Deo misericorde maledictus, & prædictam Hodegetriam adversantem habeat in die tremendi & magni judicii: in nostram item nec parvam indignationem incurrat, & amicitia nostra privetur. Ut autem hæc donatio Templo Novæ Hodegetriæ facta posthac inconcussa & omni perturbatione libera maneat, ideo præsens nostrum sigillum, solita nostra Bulla cerea munitum, datum est Monasterio magnæ Hodegetriæ, & Bartholomæo ejus Hegumeno ejusque successoribus Hegumenis. Mense & Indictione supra scripta, anno 6620. id est Christi 1112. in præsentia testium.

Gullielmus Bammus testis subscripsit cum signo Crucis.

Arcadius Caprillinga testis.

Nicolaus Protonotarius, ibi forte repertus, testis.

Ego Johannes Presbyter testis sum.

Chrysoleon Biscon testis subscripsit cum signo Crucis.

Nicolaus Notrus filius Apapactani testis subscripsit.

Calcorius Notarius, qui hæc scripsit.

In aversa folii parte hæc leguntur.

† Σιγίλλιον τῆς (τῶν) Ῥουτηλίσας καὶ τῶν τέκνων αὐτῆς (αὐτῶν) περὶ τοῦ ἁγίου Ἀπολλιναρίου.

Sigillum Rutellissæ & filiorum ejus de Sancto Apollinario.

Diploma Rogerii Regis, anno 1130. *Exstat Apographum hujusmodi apud RR. PP. S. Basilii Romæ, factum annis circiter* 50. *post datum Diploma.*

Τὸ κατὰ πάντα ἰσοδυνάμων τῷ χρυσοβούλλῳ τῆς μονῆς τῆς νέας ὁδηγητρίας τῆς πατρίδος.

Ὁ Ῥόγηριος ἐν χριστῷ τῷ θεῷ εὐσεβὴς κραταιὸς εἶναι. † εὐσεβοῦς διανοίας καὶ βασιλικῆς φιλοφροσύνης ἐστὶ τὸ τὰ τῆς ψυχικῆς φροντιστήρια καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς θείοις

Apographum in omnibus simile Chrysobullo Monasterii Novæ Hodegetriæ Patris.

ROgerius in Christo Deo pius potens Rex. Piæ mentis & Regiæ munificentiæ est Monasteria, & eos qui in divinis & sacratissimis Templis, per-

vigiliis, & non intermissis precibus, Christiano generi, & potentiæ nostræ sub Dei tutela positæ Deum propitium assidue reddunt, pura & profunda sub dominatu nostro tranquillitate frui, & a nullis ullatenus turbari, aut damno adfici, vel in quacumque re injuriam pati. Ad hæc,ea quæ a decessoribus nostris & a nobis pro animarum salute ipsis consecrata sunt, vel quæ ab ipsis acquisita, vel possessa, habita, administrata sunt, confirmare, firmitatemque ipsis providere, id sane salutem conciliare potest. Quapropter honorabilissimum & religiosum Cathegumenum sancti Monasterii intemeratæ Deiparæ & Novæ Hodegetriæ Patris Domnum Lucam, qui nuper præfecturam hujus venerandi Monasterii a potentia nostra accepit, ad sereniſſimam potentiam nostram accedentem, supplicantemque, ut decreto confirmaremus ea, quæ tum a nobis, tum a decessoribus nostris, aut quovis alio modo oblata fuerant, incolas nempe, loca,aliasve res; nos non sanctum putavimus, talem nempe virum, supplicem abjicere, & petitionem ejus non implere; sed ejus rogatui aurem inclinantes, optatis ejus annuimus, & postulationem ejus religiose implevimus. Quare per præsens meum Chrysobullum rursus confirmo pro salute animæ patris mei, & filiorum meorum & meæ, cætera omnia sigilla, & locum & modum uniuscujusque declarans; omnia, inquam, quæ tenebat Phramundus, in fundis, villis, horreis, ovilibus: & omnia quæ dixi, quotquot prædictus Phramundus possidebat. Vallem Grati possedit, & fidelissimo meo Amiræ vendidit, cui ego confirmavi, & locum Ascetenì Portzellæ, in quo sanctum Apolinarium fundavit, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, & aliis fundis, vineis, ovilibus, incolis; & si quid aliud a Duce tenuit, quæ emit Pro-

καὶ πρωτέροις σηκοῖς πρωτυχίαις χάσιν, καὶ ἀδιαλείπτοις ἐντεύξεσι τὸν τῆ τ χριστιανῶν γλώσης, καὶ τῆ θεοφρουρήτου κράτους ἡμῶν. διὸ ἐκεχῶς ὁ θεῖον ἐξιλεωμένους καθαρᾶς καὶ ἁγνείας τὸν τῆ διαστείαν ἡμῶν ἀπολαύειν γαλήνης, καὶ μηδοκωσοῦν ὅτι πιῶν χρηστιμεῖσθαι, ἢ βλάπτεσθαι, ἢ ἐν οἱωδηποτιοῦν ἐπηρεάζεσθαι. τοῖς τούτοις δὲ, καὶ τὰ τοῖς τῶν τοῖ ἡμῶν ἐν αὐτοῖς τὸν ψυχικῆς σωτηρείας ἀφιερωθέντα καὶ πρὸ ἡμῶν δωρηθέντα, ἢ καὶ ἄλλως πως τὸν αὐτοῖς τὸν κτισθέντα, ἢ καταοχθέντα, καὶ κατεχόμενα, καὶ νεμόμενα, καὶ διαποζόμενα, κυροῦν καὶ ὁ ἀσφαλὴς αὐτοῖς πρόπολον τοῖνον καὶ ὑπερεφεβούλιον, * οὐ τ τυχόσης σωτηρείας καθέστηκε τοῖξενον. ὁθένδε καὶ τ ἐντιμότατον καὶ θεοφιλῆ καθηγούμενον τ ἁγίας μονῆς τ ἀχραίπου θεοτόκου καὶ νέας ὁδηγητρείας τῆ παῖς κυρὸν Λουκᾶν, τ καὶ νεωστὶ τῶν τοῖστασίαν δεξάμενον τοῖδε τῆ κράτους ἡμῶν ἐν ταύτῃ τῇ σεβασμίᾳ μονῇ, ἤλθοντα τοῖς ὁ γαλήνιον κράτος ἡμῶν ἠτῆτο (sic) λιτομυθίαν τῆ καὶ αὐτῶ κυρῶσαι δι' ἐντάλματος τὰ πρὸ ἐμοῦ, καὶ τῶν τοῖ ἐμοῦ δωρηθέντα, ἢ οἱαδήποτε ἔτερα δοθέντα * προίκων τε καὶ χωρίων καὶ ἑτέρων τοῖαγμάτων. Ἡμεῖς οὖν οὐκ ὄκνον ἠνασάμεθα μὴ τῶν δίκαιον τῆ τηλικούτου ἀνδρὸς ἐκπλῆρῶσαι, τ οὓς (sic) δίκαιως τῇ τούτου δεήσει ἐντυγχάνοντες τ ἱκετηρείαις αὐτοῦ τυχεῖν ἠξιώκαμεν (sic) καὶ τὰ τῆς αἰτήσεως αὐτῆ φιλοθέως ἐκπεπληρώκαμεν. διὸ ἐντὸ τ πρόντος ἡμῶν χρυσοβούλλου αὖθις ἔργω, ἐντὸν ψυχικῆς σωτηρείας παῖς ἐμοῦ, καὶ ἅμα τῶν ἐμῶν τέκνων καὶ ἐμῆς, ὡς καὶ τὰ ἐμὰ ἕτερα σίγιλλα τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον ἑνὶ ἑκάστῳ δηλοῖ· ἅπαντα φημὶ ἅπερ ἐκράτει ὁ Φραμοιῶδος ἀπὸ τῶν χωραφίων, βιλλάνων, ὡρῶν, μιλίων, καὶ ἃ τοῖνυν ἄπαντα ὅσαπερ τοῖρρήθης Φραμοιῶδες ἐπη... τῶν βαλίαν τ Γεβλου ἐδίαστεν, καὶ τῶ ἐμῶ πιστάτῃ Ἀμιρᾶ ἐπόλησι, τῶ αὐτῶ δὲ ἕτερξα, καὶ ὃ χαρίον τ ἀσκηπῶν πορφύλλης, ἐν ᾧ ἐποιήσαμεν τ ἅγιον Ἀπολιναρίον σὺν πάσης τ προσηκατήσεως αὐτῆ, καὶ ἑτέρων χωραφίων, καὶ ἀμπελίων,

μιλίων, προίκων, καὶ εἴτι ἄλλο ἐπιχεάτει τοῦδε τοῦ δουκὸς, ἃ ἠγόρασεν καὶ αὐτὰ ὁ ἀνεψιὸς Χειρόδουλος καὶ Ἀμηρᾶς, σεὺν τῷ τοῦ Φουλκδὶ Βασολζέρης, καθὰ τὰ αὐτῆς σίγιλλα δηλοῖ, φέρω δὲ καὶ τὰ ἐκ τοῦ Χουῶδε Κληρεμουῶτος, καὶ τοὺς αὐτοῦ δύο ἀνεψιούς, Χουῶ, καὶ Ἀλέξανδρος δοθέντα ἀνηπτῶς, σεὺν καὶ πάντων τῶν δοθέντων τοῦδε Γουλλέλμου Γραμδτεμανῆλ τῶν αὐτῶν δὲ καὶ τοὺς ἀνθρώπους οὓς ἐπιχεάτει ἐκ τῆ Ρο.... ἀγίας Σεβερίνης, σεὺν καὶ τῆ ὑποστάσεως αὐτῶν, χωράφια, ἀμπέλια, οἴκους, καὶ εἴτι ἄλλο σεὺν καὶ τοῦ αὐτοῦ οἰκεῖα προάγματος ὅτι τὸ Ρουσιανὸν καὶ ἅγιον Μαῦρον, ὡς κατηγόρασιν καὶ αὐτὸ ὁ προρρηθεὶς προτονοτάριος Χειρόδουλος καὶ Ἀμηρᾶς. Καὶ ἁπλῶς φέρω ἅπαντα ἃ ἐπιχεάτει ὅτι πᾶσαν τὸ βαθξαν τοῦ Γραζου καὶ Ρουσιανῶν, καὶ ἅγιον Μαῦρον, δωρηθέντα τε τοῦδε τοῦ δουκὸς τῷ πιστάτῃ Ἀμηρᾷ, καὶ τὰ ἀγορασθέντα μᾶλλον παρ' αὐτοῦ, σεὺν καὶ ἃ αὐτὸς ὁ Δ^ξ ἀφιέρωσεν· λέγω δὲ ἀμπέλια, χωράφια, ὄρεσι, νομαὶς ὑδάτων, ἀνθρώποις, βοϊβόλοις, οἴκοις, μήλια, καὶ εἴτι ἄλλο ἐδίασωσεν πρώην (sic) ταύτης τὴ ἡμέρας, φέρω αὐτῇ τῇ ῥητείσῃ ἁγίᾳ μονῇ τὴ νέας Ὁδηγητρίας. σεὺν τούτοις δὲ καὶ τὸ μονάδιόν ἐστε εἰς τὸν Δαφνεάτησιν Μηλήτου καὶ Μεσογαιοῦ, τὴ ἁγίαν Θεοτόκου Σκαλίτων, ἤγουν τοῦ Ἀπερξη, μετὰ πάντων τῶν αὐτῆς σιγίλλων τε καὶ Δαφνεατήσιων, βιλλαίων φημὶ, χωράφια, ἀμπέλια· καὶ ἁπλῶς ὅσα καὶ αὐτὴ ἄχρι ταύτης τὴ ἡμέρας ἐκεάτησε καὶ ἐδίασωσεν. φέρω δὲ καὶ τὸ μετοχίον ὃ ἔχει ἡ ἁγία μονὴ εἰς τὸ Κεῖχρεον Κρότου, ἤγουν τὸν ἅγιον Κωνσάντιον ἀσίλον, μετὰ πάντων τῶν αὐτοῦ δικαιωμάτων, καὶ σιγίλλων τε καὶ Δαφνεατήσιων, καὶ νομῶν πάντων, κτηνῶν, ἔχει ἀκωλύτως, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ζῶα καὶ τὰ κτήνη Δαφόρα τὴ ἁγίας μονῆς τοῦ πάσῃς, εἰς ἅπασαν τὴν τοῦ χεῶτος μεγάλην ἀκώλυτα καὶ βουλήσεις νέμεσθαι, ὁμοῦ καὶ τῶν προίκων αὐτῆς, ὧν καὶ τὴν χρῆσιν ἰδίως ταῦτα ἔχειν φέρομεν. ὅτι τούτοις δὲ ὑπικρεωσῶντες φέρομεν ἅπαντα τὰ ἀφιερωθέντα ἢ οἱωδήποτε τρόπῳ δοθέντα τῷ ἡμῶν τε καὶ τῶν τοῦ ἡμῶν καὶ τοῦδε

tonotarius Chriſtodulus Amiras, cum poſſeſſionibus Phulcde Baſolzeres, ut ejus Sigilla declarant. Confirmo item bona Chounde Cleremontis & duorum ejus conſobrinorum Chuni & Alexandri, quæ ſine exceptione & in perpetuum oblata ſunt, cum omnibus etiam a Guillelmo Grandtemanil datis: itemque homines quos habebat ex.... ſanctæ Severinæ cum poſſeſſionibus eorum, fundis videlicet, vineis, domibus, & quibuſque aliis, & rebus ſuis propriis in Ruſſiano & ſancto Mauro, quæ emit prædictus Protonotarius & Amiras Chriſtodulus. Et in ſumma confirmo omnia, quæ tenebat in tota valle Grati & Ruſiani & ſanctum Maurum, quæ fideliſſimo Ammiræ a Duce data fuerunt, & ea quæ ab ipſo Amira emta fuere, cum iis etiam quæ ipſe Dux conſecravit; nimirum vineas, fundos, horrea, diviſiones aquarum, homines, ſepta, domos, ovilia; & ſi quid aliud poſſederit ad hunc uſque diem confirmo eidem prædicto ſancto Monaſterio Novæ Hodegetriæ. Ad hæc etiam Monaſterium, quod habetis in territorio Meletis & Meſogiani, ſanctam Deiparam Scalitorum, ſive Apraxæ, cum omnibus ejus Sigillis & poſſeſſionibus; villanis, inquam, fundis, vineis, & in ſumma quæcumque ad hunc uſque diem tenuit & poſſedit. Confirmo etiam cellam, quã habet ſanctum Monaſterium in agro Croti, ſive ſanctum Conſtantium Aſilum, cum omnibus ejus inſtrumentis, Sigillis & poſſeſſionibus, cum omnibus paſcuis & jumentis, ut iis ſine impedimento fruantur; ſed etiam omnia animalia, jumenta varia ſancti Monaſterii Patris, in omnibus dominatus mei regionibus ſine impedimento; ita ut libere illa adminiſtrent, pariterque incolas, quorum uſum iiſdem confirmamus. Præter hæc autem confirmamus omnia quæ conſecrata, aut quovis modo data ſunt, tum a nobis, tum a deceſſoribus noſtris, & a quibuſcumque perſonis, aut quæ dabuntur & conſecrabuntur in poſterum, villas, horrea, cam-

pos, ſylvas, ſaltus, vicos, ovilia, incolas, ſacra delubra divinorum Templorum, & quæcumque antea tenuit & poſtea tenebit ſanctum hoc Monaſterium, & omnia quolibet modo ipſi data vel danda, a parvis & magnis & a diverſis perſonis, ut jam dictum eſt, & a præſenti hora firma, ſolida, auctoritate firmata a divina potentia mea ſunto. Nec liceat cuivis noſtrorum filiorum, ſucceſſorum, principum, magiſtratuum, aut Eccleſiaſticarum perſonarum, hæc perturbare, aut iis quovis modo moleſtiam adferre, ſive auferre ab illo vel minima quælibet; eo quod prædictum ſanctum Monaſterium Regium ſit, ac proprie noſtrum. Hæc omnia ſuperius enumerata confirmavi, & auctoritate munivi. Si quis autem deprehenſus fuerit, præter præſentis noſtri Sigilli vim quidpiam agere aut in contrarium facere; ſive damnum inferre, aut innovare, aut a prædicto noſtro dono auferre; nos ipſos & filios hæredeſque noſtros adverſarios & ultores habeat: inſuperque in maledictionem ſanctorum & deiferorum 318. Patrum incurrat. Deinde ita maneat hoc donum firmum & inconcuſſum uſque ad terminum ſæculorum. Hac de cauſa ſcriptum eſt præſens ſigillum aſſueto more, auctoritate munitum & obſignatum aurea bulla noſtra. Datumque eſt prædicto Patris Monaſterio, & tibi Patri & Cathegumeno, totique fraternitati. Scriptum eſt a Potentia noſtra in urbe Meſſana, menſe Maio, Ind. 8. anno 6638. i. Chriſti 1130. Rogerius in Chriſto Deo pius potens Rex, & Chriſtianorum adjutor.

πόντων προσώπων, ἢ δωρηθησόμενα καὶ ἀφιερωθησόμενα ἐν τοῖς ἐξῆς, χωρία, ὄρεσι, πεδιάδας, ὕλας, δάσους, κώμας, μήλιά τε καὶ προῒκους, καὶ ἱερὰ τεμένη θείων ναῶν· καὶ ὅσα τέως (sic) ἐκέκτηται καὶ ἐς ὕστερον κεκτήσεται ἡ τοιαύτη ἁγία μονὴ, καὶ πάντα ᾧ δήποτε ἐν αὐτῇ δεδώκασι καὶ δωθησόμενα παρά τε μικρῶν καὶ μειζόνων καὶ διαφόρων προσώπων, ὡς εἴρηται, ἀπαντεῦθεν καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς ὥρας βέβαια ἔστω καὶ κεκυρωμένα πρὸς ἡμῶν κράτους μου ἔστωσαν. καὶ μὴ ἐξεῖναί τινα τῶν ἡμετέρων παίδων καὶ διαδόχων ἢ καὶ ἀρχόντων καὶ ἐξουσιαστῶν, ἢ ἐκκλησιαστικῶν προσώπων διαπῆσαι ἢ ἐπηρεάσαι ὁπωσοῦν, ἢ ἀφελέσθαι ἀπ' αὐτῆς ἄχρι καὶ τοῦ μικροτάτου, διὰ δ' εἰ τούτου τὸ ῥηθὲν ἁγίαν μονὴν βασιλικὴν ἐν ἰδίοις ἡμετέροις. ταῦτα πάντα τὰ αἰωτέρω ἔστερξα ἐν ἐκύρωσα. εἴπερ δὲ εὑρεθῇ πρὸ τοῦ δ' πρώτου σιγίλλου ἡμῶν δυνάμει ποιόν τι προστῆσαι ἢ ἐναντίον, ἢ ζημίαν ἢ καινοτομίαν, ἢ ἀφαιρέσεις εἰς τὸ εἰρημένον τοῦτον ἡμῶν δωρεάν, ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν τοὺς ἡμῶν υἱοὺς καὶ κληρονόμους ἀντιμάχους ἐν ἐκδίκους ἕξει· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὴν ὀργὴν ἕξει αὐτῶν τῶν ἁγ'. ἁγίων Θεοφόρων πατέρων. εἰθ' οὕτω μενάτω ταύτην τὴν δωρεὰν βεβαίαν καὶ ἀδιάσειστον μέχρι τερμάτων αἰώνων. ὅπερ τούτῳ ἐγράφη καὶ ὁ πρὸν σίγιλλον σεσήμανται, πιστωθὲν, σφραγισθὲν τῇ δι' ἐμοῦ βύλλῃ ἡμῶν. ἐπεδόθη τῇ δ' πάσῃ ῥηθείσῃ ἁγίᾳ μονῇ, καὶ σοὶ τῷ πατρὶ καὶ καθηγουμένῳ ἐν πάσῃ τῇ ἀδελφότητι· ἐγράφη ἐν τῇ πρὰ τῶ κράτους ἡμῶν πόλει Μεσσήνῃ μηνὶ Μαΐῳ ἰνδ. η'. ἐν τῷ ͵ϛχλη'. † Ροδέριος ἐν χριστῷ τῷ θεῷ εὐσεβὴς κραταιὸς ῥὴξ ἐν τῶν χριστιανῶν βοηθός.

In adverſa pagina.

Coſmas vilis Monachus & Archiepiſcopus Roſciani, lecto autographo, apographo ſubſcripſit.

Turuſanus Paſchalius vilis Protopapa, lecto autographo, apographo propria manu ſubſcripſit. † Turuſanus.

† Κοσμᾶς εὐτελὴς μοναχὸς ἐν ἀρχιεπίσκοπος πόλεως Ροσσάνης, ἀναγνοὺς τὸ κύριον, τῷ ἰσοδυνάμῳ ὑπέγραψεν.

† Ο Τουρουσάνος εὐτελὴς πρωτοπαπᾶς Πασχάλιος, ἀναγνοὺς τὸ κύριον, τῷ ἰσοδυνάμῳ ἰδιοχείρως (sic) ὑπέγραψεν. † Ο Τουρουσάνος.

Λυκίφερος,

Λυκίφερος, ἀναγνοὺς ὁ κύριον, τῷ ἰσοδυνάμῳ ὑπέγραψεν. †

† Ροβέρτος ὁ Ἀρκίας, ἀναγνοὺς ὁ κύριον, τῷ ἰσοδυνάμῳ ὑπέγραψε.

† Βασίλιος ὁ Κροτῶνος καὶ κρητ. . . . ἀναγνοὺς ὁ κύριον, τῷ ἰσοδυνάμῳ ὑπέγραψεν.

† Σιωάτωρ. Μαλένος ὁ σιγιλλιοφ ὁ ἀξιομνήστου εἴτε Ροδρίκ ἀναγνοὺς, τῷ καταπεμφθέντι ἰσοδυνάμῳ ὑπέγραψεν.

Lucifer, lecto autographo, apographo subscripsit.

Robertus Arciæ, lecto autographo, apographo subscripsit.

Basilius Crotonæ & * judex, lecto autographo, apographo subscripsit.

Senator Malenus, lecto sigillo semper memorandi Rogerii, apographo per omnia simili subscripsit.

Ex Diplomate RR. PP. S. Basilii, anno 1131.

Κατὰ ὁ ἐνεστῶτος ἰνδικτιῶνος. Τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, τὸ κριτηρίου τοῦ αὐθέντου ἡμῶν προσελθὼν Ἰωάννης πρεσβύτερος ὁ τοῦ Ποταμίτου υἱὸς εἰς τὴν χώραν Μελίτου, ἐκάλεσε τότε διατρίβοντος καμοῦ Φιλίππου υἱοῦ Λέοντος τοῦ λογοθέτου, ἔκλησιν ἐποιήσατο πρός με τοιάδε βοῶν· ὅσιος (sic) ὁ Βέσκομος τοῦ Ῥικκάρδου ὁ Γαρίου ἀφείλατό μοι τὰ πατρῷά μου κτήματα ἃ πρὸ ἔχω ἐν τοῖς, ποίῳ τρόπῳ οὐκ οἶδα. τοιαῦτα τοῦ ἱερέως ὑπερωμένου, ὅτι πλεῖστα τὰ ἀναγκαῖα μοῦ τοῦ ἀναγομένου ἐνώσαμεν. Καὶ δὴ ἐγκλησιάσας ἐγὼ τοὺς τῆς χώρας ἄρχοντας, καὶ ὑπατίμους ἄνδρας, ὁ προγραφεὶς Ἰωάννης ἱερεὺς τὰ αὐτὰ ἐξεταγόθησεν, ὡς ἀδικίαν παθὼν πρὸ τοῦ αἰωτέρου ῥηθέντος Νικολάου Βεσκόμου. ἡμεῖς οὖν θέλοντες ὁ ἀληθὲς μαθεῖν, ἠρωτήσαμεν αὐτὸν, ποίῳ τρόπῳ τὸν πρεσβύτερον ἠδίκησας; ἀντέφησεν ἡμῖν, ὅτι ὁ πατὴρ τοῦ πρώτου ἱερέως βιλλανός ἡμῖν ὑπῆρχεν, καὶ μὴ ἔχοντες τιὼ προέστωσεν ἀπ' αὐτοῦ δουλείαν, ἀφείλομεν ἀπ' αὐτοῦ τὴν αὐτοῦ ὑπόστασιν. πρὸς ταῦτα ὁ ἱερεὺς Ἰωάννης σφοδρῶς ἀντέλεγεν αὐτῷ· μὴ γένοιτο, δέσποτα ὁ μοῦ πατὴρ ὑπῆρχεν βιλλανός ὑμῶν· ἀλλ' ἐγκωμαστευόμενος ἐκ τοῦ Τοροάλδου. Ἐ μᾶλλον. . . . ἀπέλαβεν ὁ Ῥικκάρδος ὁ Γαρίου τοὺς βιλλανοὺς οὓς εἶχεν, προτελευτήσας ἐκ ὁ μοῦ πατὴρ χρόνοις πλείστοις. ταῦτα δ' ἕτερα πλεῖστα ἀντιλεγόντων ἐκείνων, προστάξαμεν φέρειν τὸ σιγίλλιον ἐν ᾧ ὑπῆρχον γεγραμμένοι οἱ βιλλανοὶ τοῦ Ῥικκάρδου ὁ Γαρίου. ἐρωτήσαντες πρό-

PRæsente nona Indictione, mense Septembri, ad Tribunal Authentis nostri accedens Joannes Presbyter Potamiti filius in regione Melitensi, ibi tunc degente me Philippo filio Leonis Logothetæ, me appellavit cum clamore, his verbis: Vicecomes Riccardi de Garen paterna mihi prædia abstulit, quæ his in locis habeo, qua vero ratione ignoro. Hæc clamante Sacerdote, accusatorem cum reo in conspectum deduxi. Atque evocatis regionis Magistratibus & optimatibus viris, memoratus Joannes Sacerdos de iisdem ipsis conquestus est, ac si injuriam a præfato Nicolao Vicecomite passus esset. Nos igitur veritatis ediscendæ cupidi, interrogavimus ipsum, Quo pacto Presbyterum injuria affeciſti? Ille contra respondit, Pater hujus Presbyteri Villanus noster erat, cum autem nobis debitum servitutis officium non præstitisset, ejus facultates abstulimus. Ad hæc Sacerdos Joannes vehementer contradicebat: Absit, aiebat ille, Pater meus numquam villanus vester fuit; sed villicus erat Toroldi. Imo quando Riccardus de Garen villanos quos habuit accepit, a multis jam annis pater meus obierat. Cum his & talibus dictis illi disceptarent, jussimus afferri sigillum, in quo descripti erant villani Riccardi de Garen. Priusque percontati Sacerdotem, Quomodo vocabantur avus & pater

tuus. Avus meus, infit ille, vocabatur Scholarius Potamites, ac Ormitus cognomento, ab agro vocabatur: Pater vero meus, Papas Chriſtophorus, & ego Joannes Potamites ejus filius ſum. Sigillum itaque evolventes, illos ibi deſcriptos non reperimus. Sed quia ibidem erat quidam deſcriptus, nomine Chriſtophorus, putabant eſſe Sacerdotis Patrem. Cujus rei fide dignos teſtes nobis adduxit Preſbyter Joannes, Alexandrum Magiſtrum, Theodorum Trumarchum, Nicolaum Meclaviti filium, Nicolaum Calogeropalum, Joannem fratrem ejus, Leonem judicem, Nicolaum generum Preſbyteri Sinatii, Joannem Anyptum & alios numero octoginta & plures, qui dicebant: Abſit, alius quidam erat hic Chriſtophorus Gurunes. His auditis nos non æquum eſſe cenſuimus rem in oblivionis profundum demergere, quia æqui & boni rationem habemus; ſed Sacerdoti eadem de re Sigillum dedimus, atque liberum ipſum conſtituimus a vexatione Riccardi de Garen. Quare ad majorem fidem & ſecuritatem legentibus faciendam, ſolita noſtra Bulla obſignavimus, menſe & indictione, quibus ſupra, anno 6639. i. Chriſti 1131. De his ita judicatum & ſtatutum eſt per me Philippum filium Logothetæ & judicis totius Calabriæ, cum iis qui mihi aſſidebant, Roberto Duce Meliti, Bartholomæo Pelliteri, Conſtantino Duce Nicoti, Philagatho Sancti Menæ, Conſtantino fratre Baſilii Periboli, aliiſque multis Magiſtratibus. Quod ſi quis ex Ducatu aut Vicecomitatu hoc præſens Sigillum abrogare tentaverit, mulctetur pro Sacello Sancti noſtri Authentis & magni Regis nomiſmatibus 76. & ponatur firmum permanenſque hoc Sigillum perpetuo inconcuſſum: ecce præſens cerea bulla noſtra adeſt.

Philippus filius Leonis Logothetæ, & magni judicis totius Calabriæ.

περὶ τ̃ ἱερέα· πῶς καὶ τίς ἔλεγετο ὁ σὸς πάππος καὶ ὁ πατήρ σε; ἀπεκρίναντο, ὅτι ὁ μὲν πάππος μου ἔλεγετο Σχολάριος ὁ Ποταμίτης, ὅθεν καὶ Ὄρμιτος ἔχων καὶ τ̃ αὐτ̃ς χώρας τ̃ ἐπωνυμίαν· ὁ δ̃ ἐμὸς πατὴρ ὁ πάπας [Χειστοφόρος] .. Ἰωάννης ὁ Ποταμίτης οἱ υἱός. ἀναπεμψάντες οὖν τὸ σιγίλλιον οὐχ εὕρομεν τούτοις ἐκεῖσε γεγραμμένους. ἀλλ' ὅτι εἶχεν ἕνα τινὰ ἐκεῖσε γεγραμμένον Χειστοφόρον ὀνόματι, ἐνόμιζον εἶ) πατέρα τ̃ ἱερέως. ὅθεν ἤγαγεν ἡμῖν ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης ἀξιολόγους μάρτυρας, Ἀλέξανδρον Μαΐστρον, Θεόδωρον τρούμαρχον, Νικολάον ὁ (sic) τ̃ Μεκλαβίτου υἱὸν, Νικολάον Καλογηροπάλαν, Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτ̃, Λέοντα κριτὴν, Νικολάου γαμβρὸν πρεσβυτέρου Σινατίου, Ἰωάννην ἄνυπτον, καὶ ἑτέρους τὸν ἀριθμὸν ἐγδοήκοντα καὶ ἐπέκεινα, λέγοντες, μὴ γένοιτο· ἄλλος τις ἦν οὗτος ὁ Χειστοφόρος ὁ Γουρούνης. ταῦτα ὕστερον ἡμεῖς σκοπιαθέντες οὐκ ἄξιον ἡγησάμεθα τ̃ παραδόσαι λήθης βυθίοις, ἔροντες (l. ἐρῶντες) ὃ δ̃ δικαίῳ δίκαιον, ἀφ' σιγιλλίου ἀπεδώκαμεν πρὸς τὸν ἱερέα ὃ αὖθ' πρόσγραμμα(sic) καὶ ἐλεύθερον τ' ὑπείας τ̃ Ῥικκάρδου δὲ Γαριὼ ἀπεκατεστήσαμεν. διὰ δὲ πρὸς ἀσφαλεστέραν πίστωσιν καὶ ἀσφάλειαν τ̃ συντυχόντων τῇ συνηθ̃ (sic) ἡμῶν ἐπεσφραγίσαμεν βύλλῃ. Μαΐου καὶ ἰνδ. τ' δι' ὧν γεγραμμένης τ̃ ἔτους ͵ϛχλθ'. ταῦτα οὕτως ἐκείθη ἐτελείθη πρ' ἐμοῦ Φιλίππου υἱοῦ λογοθέτου καὶ κριτ̃ πάσης Καλαβρείας σὺν τ̃ συνεδριαζόντων μοι ἀρχόντων Ῥωμαν̃ου καὶ γραπτοῦ Μιλίτου καὶ Βαρθολομαίου Γηλιτέρη, καὶ Κωνσταντίνου γραπ̃ Νικοτί. καὶ Φιλαγάθου τ̃ ἁγίου Μηνᾶ, καὶ Κωνσταντίνου ἀδελφ̃ Βασιλείου Περιβολ. καὶ ἑτέρων πλείστων ἀρχόντων. εἰ δέ τις φανῇ ἐκ τ̃ γραπ̃ ἢ βεστιαρίου μεταγράψαι τὸ πρὸν σιγίλλιον ζημιούσθω εἰς τ̃ σακέλλιον τ̃ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου μεγάλου ῥηγὸς Ν.Ν° οϛ'. καὶ πλοῦτον (sic) τέρψιν καὶ ἐμμένον ἔσται τὸ πρὸν σιγίλλιον ἀπράσαλευτον. καὶ ἰδοὺ ἡ πρόσοψίς μου χηρόβουλλος ὑπάρχει.

Φίλιππος υἱὸς Λέοντος λογοθέτου καὶ μεγάλου κριτ̃ πάσης Καλαβρίας.

Diploma RR. PP. S. Basilii Romæ, post annum circiter 1135.

Γεράσιμος ἐλέῳ Θεοῦ ὁ καθηγούμενος τῶν κορυφαίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οἱ τῶν τοῦ πρωτοπλάστου κατακριθέντες πάσμασι ἄνθρωποι, καὶ ὑπὸ τούτου τῷ θανάτῳ παραδοθέντες, δεῖν ἡμᾶς τὸ καθ' ἡμέραν μνήμιον ὑπὲρ τοῦ τοιούτου προσέχειν, ἵνα μετ' ὀλίγου πρὸς ἡμᾶς ἥξοντος αἰφνιδίως, ἀνεπίμους εὕρῃ ἡμᾶς, καὶ πληρωθῇ τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐν εὐαγγελίοις εἰρημένον· ὅτι εἰ ἴδῃ ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἂν καὶ οὐκ ἂν εἴασεν διορυχθῆναι τὸν οἶκον αὐτοῦ· διὸ καὶ γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ποίᾳ ὥρᾳ ὑμεῖς οὐ δοκεῖτε ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. τοῦτο κἀγὼ Γεράσιμος ὁ προεστὼς τοῦ τῶν ἀποστόλων καὶ κορυφαίων μονῆς Πέτρου καὶ Παύλου, υἱὸς γνήσιος γνησίου παιδὸς Πέτρου Χαρτουλαρίου τοῦ μετονομασθέντος Σπανοπεδῆ, τούτου ὑπ' αὐτοῦ καλῶς παιδαγωγηθεὶς, καὶ διατραφεὶς ἐν νουθεσίαις τοῦ αὐτοῦ, τῆς τῶν ἱερῶν γραμμάτων κανόνι ἐνισχωθεὶς, τετύχηκα μικρόν τι μέρος. οἱ δ' ἕτεροι αὐτοῦ παῖδες ὃ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προσῆγμα εἰληφότες, τοῖς γνήσιοις συνήφθησαν. κἀμοῦ τε τὴν μονὴν βίον ὑπεσπασάμενον (sic) καὶ πολλὰ ἕτερα αὐτοῦ δέδωκέν μοι τῶν ἔνθα, ὃ Πάριζον, ἔνθα ὃ πρὸν δόμα τῶν κορυφαίων αἰστρηθὲν ὑπὸ οἰκείων γηπόνων, κἀμοῦ δ' ὀλίγου τλήμονος. ἄγειόν τε μοὶ ἔχων, ἀλλ' ἢ ἄκανθα καὶ ἕτερα τὰ τῆς ἐρημίας πλησιάζοντα. ταῦτα τῇ τοῦ θείου πνεύματος βουλῇ καὶ συνεργείᾳ ἐπεμελήθην, καὶ ἃ δὴ ἐξ οἰκείων πόνων δι' ὀλίγου χρόνου συνηρτήσατο· καὶ εὐθὺς τὸ δωμάτιον τῶν ἁγίων ἀνοικοδόμησα ἕπτα χωρίδια . . . . οἰκήσεσι, οἴκους τε καὶ ἀμπελῶνας, βίβλους ἱερᾶς καὶ ἕτερα σκεύη, ἃ μετ' ὀλίγου κατ' ὄνομα λέξω. βούλομαι πάντων τούτων πρώτων μνήμιον ποιήσασθαι, ἵνα μή πως τῇ χρονίᾳ προδρομῇ λήθης βύθιος

GErasimus misericordia Dei cathegumenus, sive Abbas Monasterii Principum Apostolorum Petri & Pauli.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Homines cum simus primi parentis lapsu condemnati, & ab eo morti traditi, par est quotidie hujusce rei memoriam tenere: ne paulopost ad nos de repente accedens Dominus, imparatos inveniat, & impleatur id, quod ab eo in Evangeliis dictum est: *Quoniam si sciret paterfamilias, qua custodia noctis fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi donum suam; &, estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.* Hoc institutus præcepto ego Gerasimus Præfectus Monasterii Apostolorum & Coryphæorum Petri & Pauli, germanus filius Patris mei Petri Chartularii, cognomento Spanoperi; & hæc ab eo pulcre edoctus, talibusque monitis educatus, in sacrarum Scripturarum canone initiatus, hanc modicam portionem sortitus sum. Cæteri autem ejus filii, bonis & facultatibus ejus acceptis, rebus terrenis adhæserunt. Cum autem Monasticam vitam amplexus essem, multa alia ex suis dedit mihi, his in locis posita; nempe Paritzum, ubi hæc domus Coryphæorum adornata fuit: quem, tum propriorum agricolarum, tum mea miserabilis hominis opera, colere cœpi, cum antea locus spinis consitus eremi pene conspectum præberet. Hæc divini Spiritus voluntate & efficacia curavi, manuumque laborem assidue toleravi. Statimque domunculam Sanctorum excitavi. Deinde villas paravi, ædificia, domos & vineas, Libros item sacros & vasa alia, quæ paulo post proprio nomine recensebo. Volo itaque horum omnium mentionem facere, ne temporis decursu

Matth. 24. 43.

in profundum oblivionis veniant: neve quæ ad me ſpectant ſilentio in poſterum prætermittantur, quod multis contigit. Hic ædificia ex nomine primùm commemorabo. In agro Thigiaſtirin, Mappæ ſive vilaria novem, quatuor ſerica, cætera linea. Poculum argenteum deauratum, cum operculo & anſa argentea; aliud ſtanneum cum anſa, continetque vaſculum, ubi ex oleo S. Martyris Demetrii quidpiam, item ex pulvere ſancti Sepulcri, & icuncula parva argentea, ubi Salvator crucifixus & aliorum Sanctorum effigies repræſentantur: Antiminſia duo, vela ſex: corporale unum: caſulæ ſeptem, quarum duæ blatteæ: alia phuphunda, (eſt ſerici genus,) una ex villoſo ſerico, (*velours*,) lanea una, altera ſerica, duæ albæ lineæ: alia item nigra pro Quadrageſima. Stolæ quinque, una blattea, altera ſerica villoſa, alia phuphunda, alia lanea, alia nigra. Manipulorum paria tria, aliud villoſum ſericum, aliud blatteum, aliud cochleum. Horaria quatuor: condacia.... & unum Tetradium: mantilia tria ad mutationes. Liber quatuor Evangeliorum aureis capitulis ornatum, cujus operimentum eſt phuphundum: Libri Evangeliorum per annum duo: condacia alia duo, quorum aliud Præſanctificata, aliud ritum Baptiſmi continet: Acta Apoſtolorum: Libri duo magni pro ſolennitatibus: Liber ubi Commentaria in Acta Apoſtorum, Studites, Synaxarium, Joannes Climacus, Geronticon, ſive dicta Seniorum: alius Liber ſancti Ephræm, alius ſancti Baſilii: alius ſancti Athanaſii, S. Athanaſii item alius: Liber Nomocanonis, Liber Legis & novus Paradiſus, Damaſceni Dialogus, Interpretatio Liturgiæ S. Baſilii, Euchologium, Menæa tria pro diurno uſu, aliud Menæum menſis Auguſti vitas habens & ſermones pro lectionibus: Libri duo Beatitudinum cum Photagogiis, Sticheraria duo, Pſalteria duo, Triodia duo, unum

πράδοθῶσιν, καὶ ἀνεκδιήγητα τὰ κατ' ἐμὲ ὑπολειφθῶσιν, ὡς σωέβη πολλοῖς. ἅς τε οἰκοδομὰς ἔνθα ἄρξομαι καὶ κατ' ὄνομα λέξω. τὸ δ' ἄγρου Θιγιαστιρίν, ἄμφια ἤγουν βιλάρια θ'. τέσσαρα δὲ αὐτῶν μεταξωτὰ καὶ τὰ ἕτερα λινά. δισκοπότηριον ἀργυροῦν πεπιχρυσωμένον ἅμα τῷ δίσκῳ καὶ τ' λαβίδος ἀργυρᾶς, καὶ ἕτερον κασσιδέρου (sic) σὺν τῆς λαβίδος, πεπιέχῃ ὃ καὶ σκῦος ἔνθα ἀπὸ τ' μύρου τ' ἁγίου μύρτυρος Δημητρίου, καὶ χοῦν ἀπὸ τ' ἁγίου τάφου, καὶ εἰκονίτζαν μικρὰν ἀργυρᾶν, ἔνθα ἡ τ' σωτῆρος σταύρωσις, καὶ ἑτέρων ἁγίων ἐκτυπώματα. ἀντιμήνια β'. καλύμματα τ'. καὶ ἐπιλητὸν ἀ. φελόνια ζ'. δύο ἐξ αὐτῶν καπόλακπα, καὶ φόφουδον ἀ. ἐ χάσδιον ἀ. ἐ ἕτερον ἀ. ἐ ἕτερον μεταξωτὸν, ἐ δύο λευκὰ λινά, ἐ ἕτερον μέλαν ὁ τῆς τεσσαρακοστῆς. ὁπιτραχήλια ἑ. ὁ ἓν καπόλακπον, ἐ ὁ ἕτερον χάσδιον, ἐ ὁ ἕτερον φόφουδον ἐ ἕτερον ἐρίου ἐ ἕτερον * ἀμβάρκιν. ὑπομανίκια ζεύγεις (ζεύγη) Γ'. † ἓν χάσδιον ἐ ὁ ἕτερον καπόλακπον, ἐ ὁ ἕτερον κόχλεον. Οὐράρια Δ'. κωνδάκια... καὶ ἓν τετράδιον· μανδήλια εἰς τὰς ἀλλαγὰς Γ'. τετραβαγγέλιον πεπικεφαλαιωμένον μὲ χρυσῦ, καὶ ἡ καπασκιὴ ἐ σουδαρίου φόφουδον, ἐ βιβλεία ἑκκλησιάσδικα ϛ'. κωνδάκια ἕτερα δύο, ὁ ἓν ἔχων τὰ τεσσαρασμία, καὶ ὁ ἕτερον ἔνθα ἡ βάπτισις· πραξαπόστολον· βιβλία δύο μεγάλα ἑορτασικά· βιβλίον ἡ μετάφρασις τ' πραξαποστόλου, ἐ ὁ Στουδίτης, ἐ συναξαρίων, ἐ ὁ Κλίμαξ, ὁ γεροντικὸν, ἕτερον βιβλίον τ' ἁγίου Ἐφρέμ, βιβλίον τ' ἁγίου Βασιλείου, ἐ ἕτερον τὰ Ἀθανασίου, ἐ τ' ἁγίου Ἀθανασίου ἕτερον, βιβλίον τ' νομοκάνονος, βιβλίον νόμων ἐ ὁ νέος παράδεισος, ἐ ὁ Δαμασκηνὸς ὁ διάλογος, ἡ ἑρμηνεία τ' λειτουργίας τ' ἁγίου Βασιλείου, εὐχολόγιον, Μηναῖα γ'. καθημερινὰ, ἐ ἕτερον Μηνέον ἔχοντα τὰ Αὐγούστου καὶ λόγους ἀναγνωστικούς· δύο μακαρισμάρια σὺν τῷ φωταγωγῶν. στιχηράρια ϛ'. ψαλτήρια ϛ'. τριῴδια ϛ'. ὁ ἓν τ' τεσσαρακοστῆς, ἐ ὁ ἕτερον ἀπὸ τ' πάσχα ἕως τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν,

κοσὴν, προφητικὸν ἀ. ἀναστάσιμα ϛ'. κατανυκτικὸν ἀ. καὶ παρακλητικὸν, κωνδακάριον, καὶ τυπικὸν, καὶ σχηματολόγιον καὶ ὡρολόγια β'. καὶ εἱρμολόγιον α'. βιβλίον τοῦ Ισαάκ. καὶ ἀπὸ τῶν ἔνθα ποιῶμεν μνήμην περὶ τοῦ χώρου, καὶ ἀμπελῶνα· ἔχω γὰρ ἄμπελον καὶ περίβολον καὶ ἕτερα κτήματα ἔνθα ἡ μονὴ καὶ τὰ πρῶτα πρὸ τῆς παρούσης μου καταστάσεως. ἔχω καὶ ἕτερον ἀμπελῶνα εἰς τοῦ γωνίαν τοῦ ἀμφιέρωτον τοῦ Γαλλιαρδου, τοῦ Νικολάου. ἔχω καὶ ἀγρὸν ἕτερον, καὶ ἄμπελον ἀπὸ τῆς Κωρσαλίου Μαγιουικὰ, χώρου ὃ πλησίον αὐτοῦ ἔνθα ἐλαία, ἀμφιέρωτον λεγομένου Μαγιουικὰ, καὶ ὃ ἐπάνω τοῦ ἀμπέλου καὶ ἀπολείπω τοῦ αὐτοῦ λέγεται ἀγρός. ἔχω καὶ ἀγρὰς δύο πέτζια, χώρου πέραν τοῦ Ριάκος ἐκ τοῦ Βαρσάκιου καὶ ἐκ τοῦ Κυρσάλιου. καὶ τοῦ Ραγίτου ὃ πέτζιον ἐκ τοῦ παρούσης μου κληρονομίας· καὶ ὃ λεγόμενον τῆς Πόθου ὁμοίως, ὃ ἐπάνω τοῦ μοναστηρίου· ἔνθα ἡ Καρία ὅσον καὶ Ιονεστίου, καὶ ὃ ἕτερον πετζὸν ὃ ἔχω ἄχρι τοῦ κούρτης εἰς τὸν Ἀτζούτον, ἡ ἀμφιέρωσιν τοῦ Μαγούλου καὶ τοῦ Βαρσάκου. ὃ δὲ ἐπάνω τῆς ἀμφιερώσεως ἐκ τῶν ἐμῶν. καὶ ἕτερον πετζίον τῶν Αχουτζαρρας, καὶ οἱ δύο κουλτουροι τοῦ ἁγίου Φιλίππου, ἔνθα ὃ ἀλώνιον καὶ ἄχρι τῆς ἐξόδου· οἰνοβούτια ις'. πιναρία κ'. μύρες ῖ. κοπάνες δ'. πελέκια ζ. δισγράλια Γ'. χάγκιες δύο. δύπεννον α'. δρεπάνια ια'. ἴνια ιϐ'. κλαδοτόμεια ϛ'. ἀσμόνιον καὶ διλάβια Γ'. καὶ σφῦραν μεγάλον καὶ ἐξώκεντρον· σίγγατα ϛ'. δύο μεγάλα, δύο μέσα, δύο μικρά. τηγάνια ϐ'. ᾶ. χαλκοῦν, καὶ ἕτερον σιδηροῦν, τρίποδα, ἐγδοῦν. κρεμαστήριον ᾶ. σιδηροῦν, σκεπάρνια ϐ'. δύπινα ῖ. σκεπάρνια β'. γαργαριστήρια ϐ'. ποτῆρα μεγάλον, ζεύγη βοῶν ϛ'. ὑποζύγια ζ'. ἄλογα ϐ'. ἔχω καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας μαργαρίτα δ'. καὶ ψηφιστὰς οϛ'. ἔχω μετόχιον τοῦ ἁγίου Φιλίππου καὶ τοῦ μοναστηρίου καθὰ καὶ τὰ σίγιλλα διαγράφουσι. μνήμην δὲ ποιοῦμαι περὶ τοῦ

pro Quadrageſima, aliud a Paſcha uſque ad ſanctam Pentecoſten, Propheticum unum, Anaſtaſima duo, Catanyctícum unum, & Paracleticum, contacium parvum, & Schematologium, Horologia duo, Irmologium unum, Librum Iſaaci. Hinc autem de agro & de vinea mentionem faciamus. Vineam quippe habeo & ſeptum, aliaque prædia, ubi Monaſterium & omnia circumpoſita, ex paternis meis bonis accepta. Aliam item vineam habeo in angulo, a Nicolao Galliardo datam & conſecratam. Habeo item aliam emtam poſſeſſionem & vineam a Conſtantino Magiurica: agrum item illi vicinum ubi ſunt oleæ: quæ poſſeſſio conſecrata, dicitur Magiurica; & quod ultra vineam eſt ad orientè, dicitur Agora. Habeo item duas emtas agri portiones ultra Rivum ex Barſace & ex Curſale, & portionem agri, qui vocatur Ragitus, ex paterna mea hæreditate: & ſimiliter quod dicitur Pothi, ſupra Monaſterium, ubi eſt Caria & Joneſtes: & aliam agri portionem habeo uſque ad Curtos in Atzuto, donum oblatũ & conſecratum a Magulo & a Barſace. Quod autem ultra illud dono oblatum ſitum eſt, ex meis poſſeſſionibus eſt: & aliam agri portionem Acutzarræ, & duas culturas S. Philippi, ubi eſt area uſque ad viam. Dolia 16. tinaria 20. marras 10. mortaria quatuor, ſecures ſeptem, dextralia tria, chancies duas, bipennem unum, falces undecim, inia (menſuræ genus) duodecim, cultros putatorios ſex, cremathram & forcipes tres. Malleum magnum & extra centrum: patinas ſex, 2. magnas, 2. medias, duaſque parvas: ſartagines duas, alteram æneam, alteramque ferream: tripodem, egdem, & cremathrã ferream: dolabra duo, bipennes decem, gargariſteria duo, poculum magnum: boum paria ſex, aſinorum paria ſeptem, jumenta duo. Habeo Eccleſiæ candelabra quatuor, thuribula quatuor. Habeo autem villam nomine S. Philippum &. . . . . Monaſterii, ut ſigil-

la declarant. Nunc de Monacho Theodulo mentionem faciam : quem a teneris ut pater filium enutrivi & educavi, ſacris literis & diſciplinis inſtitui quaſi mihi proprium & genuinum: quem perſeveraturum eſſe, & ipſum ad meas implendas vices S. Dei Eccleſiæ addictum iri ſperabam : qui fortaſſe inſtitutionis ac doctrinæ finis fuiſſet. Poſtquam enim Monachum illum conſtitueram, & omnia quæ præ manibus erant ipſi tradideram, ut pro me præfecturam dominatumque gereret; idque ex Dei & ſanctæ Matris ejus voluntate meoque conſilio ; libellum ipſi feci, ut poſt obitum meum Cathegumenus eſſet, adeo ut benedictionem acceperit, ipſumque omnibus, quæ labore & expenſis meis compararam, dominari juſſerim. Ille vero invidiâ diabolicâ correptus, hæc omnia pro nihilo reputavit : ſed quæ in manibus erant diſpenſavit ut Dominus novit. Demum quidquid volebat abſtulit, atque e Monaſterio diſceſſit præter meam voluntatem. Multis ſane cum eo habitis colloquiis ipſum a propoſito reducere tentavi ; ſed ille monita mea ne ferre quidem potuit, ut teſtis eſt mihi Dominus : meam vero ſenectutem afflixit : meoſque labores, ac ſi nihil feciſſem, fruſtra cedere curavit. Quapropter omnia, quæ illius gratiâ ſcripto tradideram, irrita declaro ; ita ut poſt obitum meum facultatem nullam habeat quidvis ſcripto vel voce proponendi ; utpote qui ex propria voluntate defecerit. Quod ſi in Monaſterium reverti voluerit, ſit quaſi unus ex aliis fratribus & propinquis meis. Et hoc ut expoſui ſtatutum erit ; ne ſi ea de cauſa litigare velit, hinc contentio oriatur & apud Judices patrocinium inveniat. Quod ſi quis hæc irrita facere voluerit, ne audiatur ; ſed in anathema ſanctæ Synodi incidat, quemadmodum ii, qui condemnantur. Sitque per me pecca-

μοναχοῦ Θεοδούλου, ὃν ἀπὸ νεαρῶν ἀνεθρεψάμην αὐτὸν καὶ ἐπαιδευσάμην ὡς πατὴρ τέκνον, καὶ τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν μετέδωκα, καὶ τοῖς μαθήμασιν, ὅσα τε οἰκείου προσήκοντα· ὡς ἐνόμιζον καρτερῆσαι, ἴσως αὐτ' ἐμοῦ προσοικειωσάμενον αὐτὸν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ. καὶ τοῦτο τυχὸν καὶ τῆς μαθήσεως ὃ πᾶσας οἰκειώσῃ. καὶ μοναχὸν βούλεσθαι καταστήσας, καὶ πάντα τὰ ὑπὸ τὴν χεῖρά μου αὐτῷ δεδωκώς τοῦ ἄρχειν καὶ διακοσμεῖν αὐτ' ἐμοῦ, καὶ τοῦτα βουλῇ θεοῦ καὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ μου, λίβελλον ποιῶ αὐτὸν πεποίηκα, ἵνα μετὰ τὴν ἐμὴν ἄφιξιν ἔσηται καθηγούμενος, ὡς καὶ εὐλογίαν μετέλαβεν, καὶ διακοσίτιν τοῦτον προστάξαι ἔσεσθαι πάντων τῶν οἰκείων μου πόνων καὶ ἀναλωμάτων. αὐτὸς δὲ φθόνῳ διαβολικῷ συλληφθείς, εἰς οὐδὲν ἐλογίσατο πάντα· ἀλλὰ τὰ ὑπὸ τὴν χεῖρα αὐτοῦ διῳκήσατο ὡς ὁ κύριος οἶδεν. τέλος καὶ εἴ τι δ' αὖ ἠθέλησεν ἀφεῖλεν, καὶ ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου ἐξῆλθεν, ὡς ἐγὼ οὐκ ἤθελον. πολλούς τε (sic) ὑπὲρ τοφὰς λόγων προσέβαλλον, ἴσως αὐτὸν ὑποστρέψαι. ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθη, καὶ τούτου μάρτυς ὁ κύριος, ἐλύπησέν τε τὸ γῆρας μου, καὶ ἀπὸ τοῦ κάματου ἔστρεψέν με κενὸς, ὡς μηδὲν κεπιάσθματα. ὑπὲρ τούτου ἀκύρου πάντα ἅπερ αὐτοῦ ἐγράφως ἔδεδώκειν, ὡς μὴ ἔχειν ἄδειαν μήτε τινὰ ἄφιξίν μου λόγον τινὰ προσθῆσαι μήτε ἐγράφως μήτε ἀγράφως, ὡς αὐτὸν τῇ οἰκείᾳ βουλῇ ἀποσφαλπιώσθματα. εἰ δὲ καὶ τῇ μονῇ βουληθῇ μεταστρέψαι, ἔσεται ὡς εἷς τῶν ἑτέρων ἀδελφῶν καὶ πλησίων μοι· καὶ οὕτως ἔσεται ὅρος ὡς ἔδεδώκειν, ἵνα μὴ λόγοι ὑπὲρ τοῦ πιούτου ἔσωνται μήτε τῆς κρίσεως εἰ ἀγῶνα ὑπὲρ αὐτοῦ προσκτήσηται, ἵνα προὸς αὐτῶν βοηθοὶ ἔσωνται. εἰ δέ τις βουληθῇ τοῦτα ἀκυρῶσαι, μὴ εἰσακούεσθαι· ἀλλὰ πᾶν ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου ὑποπεσάτω ἀναθέματι ὡς οἱ κατάκριτοι. ἔγω ὁ καὶ ἀφορισμὸς πρὸ ἐμοῦ τῶν ἁμαρτωλοῦ, ὡς εἷς τῶν ξέ-

νων τῆς πίστεως. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ μοναχὸς βουληθῇ κινῆσαι περὶ τούτου, ἔστω ἐπάρατος ἀπὸ κυρίου Θεοῦ παντοκράτορος, καὶ δεσμούμενος ὑπ' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, ὡς παραβάτης τῆς ἐμῆς ἐντολῆς. καὶ ταῦτα πάντα ἐξεθέμην ὡς ὑγιὴς καὶ ἐρρωμένον ἔχων τὸν νοῦν καὶ τὰς φρένας.

torem excommunicatus, quasi a fide alienus. Quod si idem ipse Monachus aliquid ea de causa movere voluerit, sit maledictus a Domino Deo omnipotente, & vinculis constrictus per me peccatorem in præsenti sæculo & in futuro, utpote transgressor præcepti mei. Hæc autem omnia sanus & mentis compos exposui.

Monitum in ſequens Diploma.

Diploma Rogerii Regis, de quo jam quædam prælibavimus in Prologo, ad fidem autographi in ære inciſum, a R. P. Petro Mennitio Baſiliani Ordinis Præfecto Generali, Romæ mihi oblatum fuit. In Tabulas autem quinque diſtributum erat: quia enim Autographum multis in foliis ſimul aſſutis deſcriptum fuerat, folia illa deinceps disjuncta ſeparataque ſunt: atque ut erant in quinque partes ſeparata, in Tabulis etiam quinque inciſa fuerant. Primæ duæ Tabulæ æqualis inter ſe magnitudinis Diploma totum ſine titulo & ſubſcriptionibus continent, ut nos repræſentamus.

Tres autem reliquas multo minores, in una poſuimus; ne diviſim locatæ, ceu ἀποσπασμάτια *eſſe viderentur. Eæ vero titulos & ſubſcriptiones continebant; tertia videlicet lineam tantum primam, quæ ſic habet,* † Ρογήριος ἐν χριστῷ τῷ Θεῷ εὐσεβὴς κραταιὸς ῥὴξ καὶ τῶν χριστιανῶν βοηθός: Rogerius in Chriſto Deo pius potens Rex, & Chriſtianorum adjutor: *quæque, ut videtur, Diplomati præfixa erat: nam alia Rogerii Regis inſtrumenta per hanc clauſulam ineunt. Quarta Tabula, jam præcedenti conjuncta, ſic habebat, & primo quidem manu, ut videtur, ipſius Rogerii Regis, & charactere non eleganti.* Ε. Ρογήριος ἐν χριστῷ δεσπότης: Ego Rogerius in Chriſto Deſpotes. *Cui ſubſcriptioni ſubjiciuntur tres literæ* P'. M'. B'. *id eſt, ut opinamur,* Ρογήριος μέγας βασιλεύς, Rogerius Rex, ſive Imperator Magnus: *qua de re vide quæ ſupra in Prologo dicta ſunt. In hac item Tabula duo monogrammata adſunt, & e regione aliquot verba ab otioſo homine adjecta, nimirum,* δεσπότου, σωτῆρος, δύο, τῶ μεγαλοδεσπότου, πρεσβυτέρου, πρωτάξας, πρᾶξαι, πραπέζης, *appoſitis inter ſingulas voces perpendicularibus lineis, quo autem uſu, nec vacat nec libet exquirere. Quinta Tabula, quæ jam cum tertia & quarta unam, numero tertiam, Tabulam efficit, hæc habet;* ἀξίωμα . . . . . ἐκ τῆ φιλοχρίστου δεσπότου πρὸς Χριστόδουλον τ̃ Ἀμίρδα ἀνοθεσιμαίτου. *Secundam vocem hactenus legere nequivimus. Senſus eſt,* Dignitas Protonobiliſſimatûs collata Chriſtodulo Amiræ, a Chriſti amante Deſpota. *Duas quidem priores Tabulas, quæ totum Diploma complectuntur, legimus & explicavimus: verum fatemur nos hærere in voce, quam* [κηροβούλλω] *expreſſimus initio ſecundæ Tabulæ, ubi ſic legitur,* ὑμᾶ̃ ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν διὰ τ̃ προύσης, [κηροβούλλω:] *quæ vox poſtrema, (ſi tamen ita legendum ſit) admodum abbreviatur.* Χρυσοβούλλω *legi non poteſt, prima quippe litera* κ *potius quam* χ *exprimit. Litera ſupra poſita* ϵ *videtur eſſe, ſive potius* ϵ: *quæ literæ in his ſingularibus calami ductibus facile confunduntur. Rem eſſe dubiam fatemur, & meliori conjecturæ, ſi quidem adferatur, facile aſſentiemur.*

Diploma







Ex autographo RR. PP. S. Basilii. Anno 1139.

Ὡς ὅπερ ἡ τοῦ ἡλίου ἀνατολὴ καὶ τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς πόρρω τῶν οἰκείων ἀκτίνων τὴν ἔλλαμψιν ὑποδαψιλεύεται, οὕτω δὴ καὶ ἡ θεοστεφὴς ἡμῶν βασιλεία ὑποβραβεύειν οἶδε τοὺς γνησίους καὶ τοὺς πιστοὺς ἀναλόγως τῆς ἑκάστου εὐγνωμόνος καὶ πιστῆς δουλωσύνης· διὸ δὴ καὶ σὲ Χριστόδουλον τὸν Ἀμήραν τιμᾷ ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν διὰ τῆς πρέπουσης εὐσεβοῦς [χηρουβούλλου] τῶν μεγαλεπιφανεστάτων τῶν πρωτονοβελισσίμων ἀξιώματι, τοῦ εἶναί σε ἐν τῷ ἀνωβελισσιμάτῳ καὶ συντιμᾶσθαι τοῖς οὕτω τιμηθεῖσι, καὶ τῆς βασιλείας ἡμῶν ὑποφήτην. †.

μηνὶ Ἀπριλίῳ ἰνδ. β'. †.

α. . . . . μηνὶ Ἀπριλ. ἰνδ. β'. ἀπὸ τῆς θεοφυτίας [αρλθ'.]

Ρογήριος ἐν χριστῷ τῷ Θεῷ εὐσεβὴς κραταιὸς ῥὶξ καὶ τῶν χριστιανῶν βοηθός.

E. Ρογήριος ἐν χριστῷ δεσπότης.

P. M. B. [forte] Ρογήριος μέγας βασιλεύς.

Ἀξίωμα. . . . . ἐκ τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου πρὸς Χριστόδουλον τὸν Ἀμίραν ἀνωβελισσιμάτου.

QUemadmodum ſolis ortus & prope & procul poſitis radiorum ſuorum ſplendorem elargitur; ſic & Majeſtas noſtra a Deo promota præmiis & honoribus ſingulorum ſtudioſam & fidelem ſervitutem remunerare novit; quapropter te Chriſtodulum Amiram Majeſtas noſtra a Deo conſtituta, per præſentem piam ceream Bullam, magna & ſplendidiſſima Protonobiliſſimorum dignitate exornat; ut in Protonobiliſſimatu accenſearis, & cum paris dignitatis viris pari honore fruaris, proque Majeſtate noſtra preceris.

Menſe Aprili Indictione II.

. . . Menſe April. Ind. II. anno a Dei Nativitate [1139.]

Rogerius in Chriſto Deo pius potens Rex & Chriſtianorum adjutor.

Ego Rogerius in Chriſto Deſpotes.

R. M. R. Rogerius magnus Rex, (*ut opinamur.*)

Dignitas . . . . Protonobiliſſimatûs a Chriſti amante Domino noſtro collata Chriſtodulo Amiræ.

Diploma RR. PP. S. Basilii Romæ. Anno 1144.

QUi proximi sui bona concupiscunt, si quidem potestate valeant, occasiones captant; ut quæ alii a multis annis possident, avaritia & cupidine permoti subripiant. Verum summa Dei potestas, quæ alium nobis Dominum magnum Regem constituit & roboravit, terribilissimo decreto suo omnes ad justum judicium agi præcepit: qua ratione a Deo coronatum Regem, cum sua item a Deo coronata stirpe, in sæcula immotum conservaturus est. Amen.

Me Leone Maleïno Duce in urbe Hieracis, Styli, & aliis, contentio fuit Eremitas inter & Monachos S. Joannis Theristi circa agrum Buturauli, quem tenebat eadem ipsa Ecclesia S. Joannis, emtumque possidebat a multis annis ad hoc usque tempus. Eremitæ autem & Monachi S. Joannis uno consensu huc accedere decreverunt cum Optimatibus Regionis. Evocarunt item utrique Petrum cognomento Comitis, Vicecomitatum in Stylo gerentem, ut secum esset ibi. Et præstituta die, utræque partes amicos suos Regionis optimates adduxerunt: neque tantum illos; sed etiam ex sancta Eccaterina duxerunt Eremitæ Raum Galculinum, Nicolaum Vicecomitem & alios. Congregatis itaque illis ibidem in loco Buturauli, cœperunt Eremitæ conqueri & expostulare dicentes: Hoc in loco est fundus Buturauli, in tres partes divisus, & una ex partibus est hominis nostri Calogeritzæ. Responderunt Monachi sancti Joannis: Nos scimus hos agros a multis annis nostros esse, & ante nos Ecclesiam ipsos tenuisse & possedisse sine lite: ac eamdem Ecclesiam chartas emtionis jam antiquitus habere: & hic adsunt vindices nostri, qui hac de re

Οἱ τὰ τῶ πλησίον ἐπιποθοῦντες κατέχειν, ἢ αὖρα ἢ δυνάσαι ὑπάρχωσιν, μηχανῶνται διά τινων προφάσεων τὰ τῶ πλησίον ἐκ πάλαι διαπεζόμενα παρὰ πολλῶν ἐνιαυτῶν, πλεονεκτικῶς ὡς ἁρπαγὰς ἀφαρπάζειν ἀσυδαίζωσιν. Ἀλλ' ἡ πολύτροπος τοῦ θεοῦ δύναμις, ἡ τὸ ἄλλον ἡμῖν δεσπότην μέγαν Ῥῆγα καταστήσασα, θεσπίσμασιν αὐτοῦ φοβερωτάτοις τοὺς πάντας ἐν δικαίᾳ κρίσει ἀγεσθῆναι παρίστησιν, ἧ τινος τὸ θεόκτιστον (sic) βασιλείαν σὺν τοῖς θεοκτίστοις αὐτοῦ βλαστήμασιν εἰς αἰῶνας ἀσάλευτον διαφυλάξῃ, ἀμήν.

Στρατηγεύοντος κάμοῦ Λέοντος Μαλεΐνου ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἱέρακος, καὶ Στύλου καὶ λοιποῖς, ἀμφιβολία ἐγένετο ἐν τοῖς ἐρημίταις παρὰ τοῖς μοναχοῖς ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεριστοῦ ἐν τῇ χωρᾳφίᾳ τῆ Βυθυραύλου, ἃ ἐπεκράτησεν ἡ αὐτὴ ἐκκλησία τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, καὶ ἐδίαιτησεν ἐξ ἀληθοῦς παρὰ πολλῶν ἐνιαυτῶν ἄχρι τοῦ δεῦρο. συνεβουλεύσαντο οὖν ὁμοθυμαδὸν οἱ ἐρημῖται καὶ οἱ Μοναχοὶ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, ἀπελθεῖν ἐκεῖσε ὅπου ὁ ποῖ (sic) μετὰ τῶν χρησίμων ἀνθρώπων τῆς χώρας. παρεκλήθησαν οὖν ἀμφότεροι καὶ τὰ παρεμβεσκωμένα εἰς ὁ Στύλου Πέτρου τῇ ἐπωνυμίᾳ ὄντα Κώμητος, ὅπως ἦ) σὺν αὐτοῖς ἐκεῖσε. καὶ διαιρείας διδείσης, ἦλθον ἀμφότεροι καὶ τὰ δύο μέρη ἐν τοῖς φίλοις αὐτῶν χρησίμοις ἀνθρώποις τῆς χώρας. ὧν μόνον οὐ τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆ ἁγίας Εὐκατερίνης ἦλθον οἱ ἐρημῖται τὸ Ῥάου Γαλκουλίνον, καὶ Νικόλαον βέσκομον καὶ ἑτέρους. καὶ δὴ συναθροισθέντες ἐκεῖ ἐν τῷ τόπῳ Βουταραύλα, (sic) ἤρξαντο οἱ ἐρημῖται ἐγκαλεῖν λέγοντες ὅτι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ἐστὶ ἡ ὑπόστασις τοῦ Βουτουραύλα, μέρη Γ'. καὶ ὃ ἓν μέρος ὑπάρχει τοῦ ἀνθρώπου ἡμῶν τοῦ Καλογηρίζη. ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Μοναχοὶ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου λέγοντες· ἡμεῖς τὰ τοιαῦτα χωράφια πρὸ πολλῶν χρόνων, καὶ παρὰ ἡμῶν ἴδιόν ἐστι τῆς ἐκκλησίας διαπεζόμενα καὶ ὑπηκρατοῦντα ἀφιλονείκως, καὶ ἀληθινὰς χάρτας ἔχει ἡ ἐκκλη-

σια ἔκπαλαι, καὶ οἱ διεκδικηταὶ ἡμῶν ὑπάρχουσιν ἐνταῦθα· αὐτοὶ δὲ ἀποκριθήσονται περὶ τούτου, ὡς κληρονόμοι ὑπάρχοντες. οἱ διεκδικηταὶ τῶν μοναχῶν, ἀπεκρίθημεν μιᾷ φωνῇ λέγοντες· ἡμεῖς τὰ Καλογρίτζια εἰς τὰ τοιαῦτα χαράσια οὔτε ἀδελφὸν ἔχομεν οὔτε συγκληρονόμον. ἀλλ' αὐτὴ ἡ ὑπόστασις ἐν δύο μέρη δύο, μέρος τοῦ Παρίλλου, καὶ μέρος τοῦ Βασιλίσσης. ἐπηρώτησεν ὁ Πέτρος βέκεκομος τοὺς ἐρημίτας σὺν τοῖς γεροντίμοις ἀνδράσι, εἰ ἔχουσι τὴν ἱστορίαν σύστασιν ἔγγραφον εἴτε ἄγραφον ὅτι ὁ ἀνὴρ αὐτὸς ὁ Καλογρίτζης κληρονόμος ὑπάρχει ἐνταῦθα. ἀπεκρίθησαν οἱ λέγοντες, ἡμεῖς οὔτε ἔγγραφον οὔτε ἄγραφον δυνάμεθα ἱστορίαν τοῦτο· ἀλλ' αὐτοὶ ἐπιγινώσκομεν αὐτό. εἶπον οἱ γεντίμοι ἄνδρες, δίκαιον ἐστὶ μεταξὺ αὐτῶν ὅπως ἐκ τοῦ μέρους κληρονομίαν δικαιωθῇ εἷς, καὶ ἐκ τοῦ ἑτέρου ἕτερος· καὶ ἵνα ἐπομόσωσι οἱ δύο οὗτοι, ὅτι ὁ Καλογρίτζης εἰς ταύτην τὴν κληρονομίαν οὔτε ἀδελφὸς ὑπάρχει οὔτε συγκληρονόμος. ἠρέθησαν οἱ ἀμφοτέρων τοῦτο δίκαια. διαφορίας δοῦναι δοκίσης, ἀπῆλθον ἐκεῖσε ἐπὶ τοπεῖ (sic) ὡς ἔμπροσθεν ἄπαντες. ὑπῆρχον δὲ ἐκ τῶν δύο κληρονομίας ἕτοιμοι δοῦναι δύο ἀνδράσι ἵνα ἐπομόσωσι· οἱ ἐρημίται δὲ οὐκ ἠθέλησαν λαβεῖν τοὺς ὅρκους, ἀλλ' ἀνεχώρησαν. οἱ Μοναχοὶ δὲ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἀπῆλθον πρὸς τὸν κύριον Ῥωσσίον τὸν κριτὴν τοῦ κριτοῦ, καὶ ὑπέδειξαν αὐτῷ τὸ γεγονὸς (sic) κρίσιν ἐγράφως, καὶ ἔστειλε ταύτην ὅτι δικαίως ἐκρίθη, καὶ προσέταξεν ὁ κύριος Ῥωσσίος καὶ μὲ Μαλεΐνον στρατηγὸν, ὅπως ἔλθω ἐπὶ τοπεῖ, καὶ φέρω τοὺς ἐρημίτας ἵνα ἀποδέξωσι τὸ δίκαιον κατὰ καὶ ἐκρίθη. ὅθεν ἐγὼ αὐτὸς ὁμίλησα πρὸς τοῦτον κυρὸν Ἀνδρονίκαν Μαΐστρον τοῦ ἐρημητοῦ, ἀπέστειλε αὐτὸν τὸν Πετρίλλον κυρὸν Ἰωαννίτην Μεσσηνὸν καὶ ἑτέρους μετ' αὐτοῦ τοῦ ἀποδέξῃ τὴν κρίσιν. ταῦτα εἰδὼς κἀγὼ ῥηθεὶς στρατηγὸς σὺν τοῖς σὺν ἐμοὶ γεντίμοις ἀνδράσι Ἱεράκης καὶ Στύλος καὶ λοιποῖς, ἐπεζήτησα τοὺς κληρονόμους τοῦ δύο μερῶν ἰδεῖν αὐτούς· εὕρομεν δὲ γεντίμους καὶ ἀξιοπίστους ἀνδράσι· ὧν οὓς καὶ ἐκλέξαντες οἱ ἐρημίται τὸν Πέτρον Μονόσκυλλον καὶ Πάπαν Νικόλαον Παρίλλον. οἱ καὶ ἐλθόντες ἐν τῷ ἀγρῷ * εἷς οἱ δύο

responsuri sunt, utpote qui hæredes sint. Vindices autem Monachorum responderunt una voce : Nos Calogeritzen in his agris neque fratrem neque cohæredem habemus. Sed ipsum prædium duas in partes dividitur, pars una Parilli, pars altera Basiliſſæ. Sciscitante Petro Vicecomite & aliis optimatibus ab Eremitis, num instrumentum, vel scriptum, vel non scriptum proferre possent, quo probaretur Calogeritzen ibi hæredem esse; responderunt illi : Nec scriptum nec non scriptum proferre possumus; sed ipsi rem cognoscimus. Tum dixerunt optimares viri, justum esse, ut ex altera parte eligeretur unus; ex altera alius, & ambo jurarent, Calogeritzen in hac hæreditate neque fratrem neque cohæredem esse. Placuit utrique parti tam justum consilium. Præstitutaque die, in eumdem locum omnes ut antea convenerunt. Ex utraque autem hæreditate parati erant duos homines assignare, qui jurarent. Eremitæ vero noluerunt juramenta accipere, sed recesserunt. Monachi autem sancti Joannis adierunt Dominum Rogerium judicum judicem : & tunc latum judicium scripto traditum ostenderunt ipsi; qui, utpote juste datum, confirmavit ipsum, jussitque me Maleïnum Ducem in locum adire, & Eremitis suadere ut jus acciperent prout datum fuerat. Quamobrem ego ipse Domnum Andronicum Eremitarum Magistrum ea de re alloquutus sum, misique pro illo Priorem Domnum Joannem Mesynæ & alios cum illo, ut judicium acciperet. Hæc cum scirem ego prædictus Dux, cum aliis optimatibus viris Hieracis & Styli aliisque, duarum partium hæredes in conspectum evocavi : comperimusque esse viros probos & fide dignos : ex quibus elegerunt Eremitæ Petrum Monoscyllum, & Papam Nicolaum Parillum. Qui ad agrum venientes sic jurave-

runt : Per intemeratum & ſanctum Evangelium Chriſti juramus, Calogeritzen hanc poſſeſſionem Buturauli nobiſcum nec habuiſſe, nec habere. Juramento itaque præſtito, Eremitas ab iniqua petitione compeſcuimus. Monachis vero ſancti Joannis confirmatus eſt fundus, quemadmodum jam tenebant. Terminum autem ejus poſuimus, ſicut chartæ emtionis & conſecrationis enarrant, a Sellade in qua juramentum olim præſtitum fuerat. Deſcenditque a termino in quo ſtabamus ad Selladem Aſonturianum, qui deſcendit uſque ad fluvium Styli. Hæc judicata, confirmata, examinata, juſte ſtatuta ſunt per me Maleïnum ducem Hieracis & Styli, & aliorum locorum: aſſidentibus mihi probis & optimatibus viris : qui propriis manibus teſtimonia ſua ſubſcribentes, ad majorem fidem & ſecuritatem hoc inſtrumentum ſcripſerunt, & Monachis ſancti Joannis Theriſti tradiderunt ad ſedandos omnes eorum adverſarios. Judicavimus autem ſecundum regulam dicentem, *A nemine tollatur diuturna & non dubia poſſeſſio.* Scriptum eſt præſens inſtrumentum menſis Aprilis vigeſima die, manu mea Petri Notarii, filii Garin, genere Maroniti, anno 6652. (Chriſti 1144.) Indictione ſeptima.

ὅτι ἐπομώσαμτο ὅτως. καὶ ἄγραφον ἅγιον εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ ὁμνύομεν ὅτι ὁ Καλογηρίτζης ὡς τοιοῦτον τὴν ὑπόσασιν τοῦ Βουτουραύλου μὴ ὑμῶν οὔτε ἔσχεν, οὔτε ἔχει τῶν ὅρκων οὕτω τελεσθέντων, ἀπεπαύσαμεν τοὺς ἐρημίτας τῆς παλαίας ζητήσεως. τοῖς δὲ Μοναχοῖς τοῦ ἁγίου Ιωάννου ἐστερεώθημεν τὸ χωράφιον καθὰ καὶ ἐπεχράτουν. ἐθέσαμεν δὲ καὶ τέρμωνας ἀπὸ αὐτὸν καθὰ καὶ οἱ πατέρες καὶ ἀμφιεραπικοὶ χάρται διαγορεύουσι, ἀπὸ τὴν Σελλάδα ἐν ᾧ ὅρκος ἔκπαλαι ἐλήφθη. κατέρχεται δὲ ἀπὸ τὸν τέρμωνα ἐν ᾧ ἐστήσαμεν εἰς τὴν Σελλάδα τὸ Ἀσοντουριανὸν, ὃς κατέρχεται ἄχρι τοῦ ποταμοῦ Στύλου. Ταῦτα ἐκρίθη, ἐστερέωθη, ἐξετάθη, ἐδικαιώθη παρ' ἐμοῦ Μαλεΐνου γραπτοῦ Ἱέρακος καὶ Στύλου καὶ λοιπῶν, συνεδριαζόντων μοι τῶν χρησίμων ἀνδρῶν· οἵτινες οἰκείαις χερσὶν τὰς μαρτυρείας αὐτῶν ὑπογραφόντων, πρὸς δὲ πλειοτέραν πίστωσιν καὶ βεβαίωσιν, ἐπέγραψαν τὸ παρὸν δικαίωμα, καὶ ἀπέδωκαν πρὸς τοὺς Μοναχοὺς ἁγίου Ιωάννου τοῦ Θεριστοῦ πρὸς ἀποπαυσιν πάντων τῶν αἰτιατικῶν αὐτῶν. ἐκείναμεν δὲ καὶ τὰ ὁμόρια τὰ λέγοντα. μηδενὸς ἀφερεσθαι τὰ μακρὰν καὶ ἀναμφίβολον νομήν. ἐγράφη τὸ παρὸν δικαίωμα μηνὶ Ἀπριλλίῳ εἰς τὰς κ'. χειρὶ ἐμοῦ Πέτρου νοταρίου υἱοῦ Γαρὶν, τὸ κατὰ συρὰν δὲ τοῦ Μαρωνίτου. ἔτει ,ϛχνβ'. ἰνδ. ζ'.

Joannes Cericas teſtis ſubſcripſi.

† Ιωάννης Κηρικὰς μάρτυς ὑπέγραψα.

Joannes filius Conſtantini teſtis ſubſcripſi.

† Ιωάννης υἱὸς Κωνσταντίνου μάρτυς ὑπέγραψα.

Malliardus Callabares Styli teſtis ſubſcripſi appoſita Cruce.

† Μαλιαρδὸς Καβαλλαρὴς Στύλου μάρτυς ὑπέγραψα † σταυρόν.

Nicolaus filius Urſini Cacri ſubſcripſi.

† Νικολάος υἱὸς Οὐρσίνου τοῦ Κάκει ὑπέγραψα.

Rogerius filius Nicolai Moſchati ſubſcripſi.

† Ρογέριος υἱὸς Νικολάου Μοσχάτου ὑπέγραψα.

Gullielmus Coleſtra teſtis ſubſcripſi, appoſita veneranda Cruce.

† Γουλιέλμος Κόλεστρα μάρτυς ὑπέγραψα † τίμιον σταυρόν.

Georgius Papas & N. . . Styli teſtis ſubſcripſi.

† Γεώργιος Πάπας καὶ Νο[illegible] Στύλου μάρτυς ὑπέγραψα.

Joannes Preſbyter Encliſiarchi teſtis ſubſcripſi.

† Ιωάννης πρεσβύτερος τοῦ ἐγκλισιάρχου μάρτυς ὑπέγραψα.

† Ιωάννης

† Ιωάννης πρεσβύτερος καλούμενος μάρτυς ὑπέγραψα.
† Μαλεΐνος στρατηγὸς Ἱέρακος καὶ Στύλου καὶ λοιποὶ τὰ ἀνωτέρω ἐκύρωσαν.

Joannes Presbyter vocatus testis subscripsi.
Maleïnus Dux Hieracis, & Styli, atque alii, quæ supra scripta sunt confirmarunt.

Diploma RR. PP. S. Basilii. Anno 1165.

† Φίλιππος υἱὸς Ἰωάννου Βρούλλου ἐκθέτομαι τὰ ὑποτεταγμένα καὶ ὑπογράφω ὁ μὲν ὄνομα μὴ τῆς παρρησίας ἰσχύοντος προτάξας τὰ δὲ ἑξῆς, χειρὶ Ἀνδρονίκου.

† Philippus filius Joannis Brulli expono & confirmo ea, quæ subjiciuntur, præmisso nomine meo & nomine patris mei propria manu: quæ sequuntur autem, manu Andronici scripta sunt.

In Diplomate omnes lineæ incipiunt per K.

Καὶ τί ἂν ἄλλο ἦοι (εἴη) τοῖς θεοσεβέσιν ἐρασμιώτερον, ἢ τὸ ἀξίους ὀφθῆναι τοῦ τὰ πάντα ἐπ' ἀγαθοῖς προνοοῦντος θεοῦ δι' αὐτὸ τοῦτο τὸν γήϊνον καὶ τερπνὸν καταφρόνησιν, καὶ τὸν τοῦ θείου σταυροῦ ἐπ' ὤμων φορὰν, ὡς τὰ κυριακὰ διδάσκουσι λόγια. δι' ὃ τοῦτο κἀγὼ Φίλιππος ὁ ἄνωθεν τοῦδε τοῦ ὕφους τὸ σύμβολον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τὸ πατρῴας σημειώσεως ἰδιοχειρίως τὸ ἐπικλὴν ἐπισημειωσάμενος, τῷ ἑξῆς χειρὶ Ἀνδρονίκου τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ, τὴν τῶνδε πάντων καταφρόνησιν γήϊνων, καὶ τὸ βαστάζειν τοῦ κυρίου ζυγὸν φέρειν ἠρεπισμένος, καὶ τὸ τῆς μοναζόντων σχήματος βουληθεὶς ἀμφιάσασθαι, προσέδραμόν σοι τῷ σεβασμιωτάτῳ καθηγουμένῳ κυρῷ Κυπριανῷ, καὶ προσεταμένῳ τὸ ἱερᾶς τοῦ θεοπάτου φροντιστηρίου τοῦ ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ λεγομένου Θεριστοῦ ἀδελφότητος, συγκαταλεγῆναι τῇ λοιπάδι τῶν ἐν αὐτῷ μοναχῶν· καὶ ὅλον ἐξ ὅλου ἐμαυτὸν καὶ τὰ ἐμαυτοῦ ἐξ ἰδίας προαιρέσεως συνευδοκοῦντα (sic) τούτῳ, μᾶλλον δὲ καὶ τὸν κατὰ σάρκα μου ἀδελφὸν σοὶ τῷ δηλωθέντι θεοπάτορι ἀνδρὶ, καὶ τῇ ὑπὸ σὲ ἁγίᾳ μονῇ ἀφιέρωσα. σὺ δὲ ὑπὸ τοῦ ἄγαν ἐνοῦσής σοι φιλανθρωπίας κινούμενος, ἠγκαλισάμενός με κατεπάσω καὶ οὐ κατέστρεψας. καὶ ὡς ἂν ἀφιλονείκως καὶ ἀπαράκλητος διατελοίη ἡ σεβασμία μονὴ τὰ πρὸς ἐμοῦ καλῶς ἀφιερωθέντα σοὶ καὶ τοῖς μετὰ σὲ μελλούσιν διοικήσειν τὰ τῆς μονῆς,

Et quid aliud fuerit piis desiderabilius, quam ut Deo, qui omnia in bonum providet, per terrenarum rerum & voluptatum contemptum digni videantur, & crucem humeris tollant, ut Dominica docent oracula. Ideo ego Philippus supra nominatus, huic contextui signum venerandæ & vivificæ Crucis & paterni nominis cognomentum propria manu adscribens, reliqua Andronici fratris mei manu scribi curavi, terrena omnia despiciens, & leve Domini jugum ferre præoptans, ac Monachorum habitum indui volens, ad te venerabilissimum Cathegumenum Domnum Cyprianum accucurri, Præfectum sacri & divinissimi Monasterii nomine Sancti Joannis, cognomento Theristi, ut electæ fraternitati Monachorum in illo degentium adscribar: meque totum, measque facultates ex propria mea voluntate; fratrem quoque meum carnalem tibi prædicto divinissimo viro, & Monasterio tibi subdito, consecravi. Tu vero innata clementia permotus, amanter amplexus es, nec repulisti me. Ut autem venerandum Monasterium bonis meis, quæ ex æquo & bono tibi, & iis qui post te Monasterium administraturi sunt, consecravi, absque lite & per-

turbatione frui valeat; minutatim ſpeciatimque illa jam enumerabo. Et in primis do tibi ſacro viro, & ſancto Theriſti Monaſterio tibi ſubdito, ad perfectam poſſeſſionem & proprietatem, necnon aliis omnibus, qui poſt te hujus ſacri Templi Præfecturam excepturi ſunt, partem vineæ, quam æquali diviſione cum fratribus peracta, ex paternis bonis ſortitus ſum: quæ ſita eſt in poſſeſſione illa diviſa, in loco dicto Comiæ, ſecundum omnia quæ continet, cum omnibus ejus inſtrumentis, juribus, reditibus & prærogativis, arboribus fructiferis omnibus, quæ in illa continentur; ut poſſideas illam, illaque fruaris, tu & qui poſt te erunt, proprie & cum jure vendendi, largiendi, commutandi & divinis Templis delubriſque quolibet modo conſecrandi; ut in divinis venerandiſque legibus continetur: nemine ex hæredibus vel cohæredibus meis, neque meipſo adverſante vel impediente. Terminatur autem hæc vinea, ab oriente vineâ Nicolai Brazobudi; ab occidente, vineâ ſancti Joannis Spitali; a meridie, torrente: deſcendit autem alius torrens quaſi ex ſeptentrionali parte hujus vineæ, influitque in fluvium dictum . . . umiæ. Hanc itaque totam vineam, quemadmodum terminatur a quatuor partibus conſecrans, tibi ſanctiſſimo Cathegumeno Cypriano Domino meo & tuis ſucceſſoribus obtuli, ut ſupra dictum eſt.

Hac itaque mente & cum hujuſmodi propoſito conſecrans, dedi etiam Libros ſeptem, Acta Apoſtolorum, & Librum alium dictum Flores: Pſalterium item blattis opertum cum cruce argentea, & prominentiis ejuſdem materiæ: aliud quoque Pſalterium, & Grammaticas Quæſtiones: alium etiam Librum antiquum Aſtronomiæ, habentem Genethlia, & Horologium, & τὰ τειάκοντα. Hæc omnia conſecravi

κατ' εἶδος καὶ ἰδικῶς ἀφιερεύζων ταῦτα λέξων ἔρχομαι. ᾧ οὖν ἀφίημι σοι τῷ ἱερωμένῳ αὐθρὶ, καὶ τῇ ὑπὸ σὲ τοῦ Θεριστοῦ ἁγίᾳ μονῇ, καὶ τελείαν νομὴν καὶ διαποτείαν, οὐ μόνῳ ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μετὰ σὲ ἀμφιδεξομένοις τὴν προεδρίαν τοῦ τιμίου θείου ναοῦ τὸ μέρος μου τοῦ ἀμπελῶνος καὶ ἀδελφικὴν ἰσομερείαν τὸ ἐπιπλαχὸν μοι ἐκ τοῦ πατρικοῦ μου κλήρου, ὅπερ καὶ ἀμφικείμενον ἐν τῇ ἀμφικρατικῇ μεσημβρίᾳ εἰς τόπον λεγόμενον τὴν Κωμίας, καθὼς ἔστι προεκτεθειμένον, μετὰ πάντων αὐτῶν τῶν δικαιωμάτων καὶ ζητημάτων εἰσόδων τε καὶ ἐξόδων καὶ προσπιμήσεων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἡμεροδένδρων ἀπάντων κατέχειν αὐτὸν καὶ διαπόζειν, σύ τε καὶ οἱ μετὰ σὲ κυρίως καὶ αὐθεντῶς πωλεῖν, χαρίζειν καὶ ἀνταλλάττειν, καὶ εἰς θείους ναοὺς καὶ τελετὴν ἀφιερεῖν ὡσδήποτε, καὶ τὸν τῶν θείων νόμων καὶ σεβασμίαν προθέλησιν, μὴ ἐναντιούμενοι ἢ ἐμποδίζοντες τοῖς τινὸς τῶν ἐμῶν κληρονόμων, ἢ καὶ συγκληρονόμων, μήτε τοῦ ἐμοῦ αὐτοῦ. προθεσπίζεται δὲ οὗτος κατὰ μηδὲν αἰσθησιν ὁ ἀμπελὼς Νικολάου τοῦ Βραζοβούδου, καὶ ἐκ δυσμῶν ὁ ἀμπελὼν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Σπιτάλου καὶ ἐκ μεσημβρίας ὁ ῥύαξ κατέρχεται δὲ καὶ ἕτερος ῥύαξ ὡς ἐκ τοῦ Ἀρκεύου (sic) μέσης τοῦ τοιούτου ἀμπέλου, ἐκπορεύουσιν εἰς τὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον τὴν . . . υμίας. τοῦτον οὖν ἀπέμ τὸν ἀμπελῶν καθὰ προεθέσεται περιοχῶς ἀφιερώσας παραδίδωκά σοι τῷ ἁγιωτάτῳ καθηγουμένῳ Κυπριανῷ τῷ δεσπότῃ μου καὶ τοῖς μετὰ σὲ ἀμφιδόχοις, καθὼς λέλεκται.

Κατὰ ταύτην οὖν τὴν γνώμην καὶ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως ἀφιερώσας ἀπέδωκα καὶ βιβλία ἑπτὰ, πράξαποστόλων, καὶ βιβλίον ἕτερον λεγόμενον ἄνθη, καὶ ψαλτήριον κεκαλυμμένον μετὰ σταυροῦ ἀργυροῦ καὶ κουμβουθηλικῶν ὡσαύτως, καὶ ἕτερον ψαλτήριον καὶ γραμματικὰ ἐρωτήματα, ἄλλο βιβλίον παλαιὸν περὶ ἀστρονόμιας, ἔχον γενέθλια, καὶ ὡρολόγιον, καὶ τὰ τειάκοντα. Ταῦτα πάντα ἀφιερώσας κα-

λως ἀποδίδωκα, κὴ εἰ μεταμέλομαι γλώμην καταλῦσαι βουλόιμην τὰ καλῶς πρὸς ἐμοῦ τεθέντα, μᾶλιστα ἢ σὺν ἴσταμαι, κὴ διεκδικῆσαι αὐτὰ ἐκ πάντος ἀναπιμπλάμενος, ξένον τε κὴ ἴδιως ὑπάρχειν με κὴ κατηραμένον παρὰ κυρίου θεοῦ παντοκράτορος κὴ παρὰ τῶν τιη'. ἁγίων θεοφόρων πατέρων, τοσοῦτο ζημιοῦσθαι· εἰς τὸν δηκαπόρον ῥογάτα ἑβδομήκοντα δύο· κὴ ἤδον· τέτρω κὴ ἐκκλήτω τῷ προδοσθῆ ἀφιέρωσιν βεβαίαν κὴ ἀπαράσαλευτον. ἥτις ἐγράφη ἐπὶ τῆ εὐσεβοῦς βασιλείας Γουλιέλμου Ρηγὸς κὴ δεσπότου ἡμῶν χειρὶ ἐμοῦ Νικολάου τοῦ Ἀποιχομένου μαγίστρου σὺν Ἰανναρίῳ ἰνδικ. ιγ'. σὺν ἔτει ,ϛχοϛ'. σὺν πρωσίᾳ μαρτύρων.

& dedi : quod si donorum pœniteat, & si ea, quæ probe a me data & confirmata sunt, solvere & abrogare voluerim, vel si iis non steterim, & vindicare illa ab adversantibus voluerim; alienus sim & maledictus a Domino Deo omnipotente, & a trecentis decem & octo sanctis Deiferisque Patribus. Ad hæc vero mulcter ad Tribunal Rogatis septuaginta duobus. Ideoque hanc consecrationem confirmo & vim habere volo, ut maneat firma & inconcussa. Quæ scripta est sub pio regno Gullielmi Regis & Domini nostri manu mea Nicolai Apichomeni Magistri .... Januarii, Indict. 13. anno 6673. (Christi 1165.) in præsentia testium.

† Τοῦ Ἀπιχωμένου μ. . . ος Ἀνδρονίκος μάρτυς ὑπέγραψα οἰκείᾳ χειὶ τὸ τίμιον σταυρόν.

† Ἀπιχομένου . . . Andronicus testis subscripsi propria manu cum signo Crucis.

† Πέτρος υἱος. . . μαρτυρῶ.

† Petrus filius. . . . testificor.

† Γραμματικὸς κὴ κριτὴς Μέσινε ἔγραφον Νικολάου μάρτυρ . . . οντάδε.

† Grammaticus & judex Mesine Rescripto Nicolai . . . . testificor.

† Νικόλαος υἱὸς Ἰωάνν Βρύλλ στέργω κὴ μάρτυρω.

† Nicolaus filius Joannis Brulli confirmo & testificor.

† Ἀνδρέας αὐτάδελφος αὐτοῦ μάρτυρω.

† Andreas frater ejus testificor.

† Λέων ἱερὰς τοῦ ἁγίου Νικολάου τῆς Μέσης πρὼν ἔγραψα αὐτὰ ὅπως αὐτὸς Ἰωάννης.

† Leo Sacerdos Sancti Nicolai Mesæ præsens hæc scripsi, ut ipse Joannes.

† Ἀρκάδιος ἱερὰς ἁγίας Ἀγαθῆς παρών.

† Arcadius Sacerdos Sanctæ Agathæ præsens.

† Κωνσταντῖνος ὁ Θελόγου πρών.

† Constantinus Thelogi præsens.

† Πέτρος Πλαστάρης υἱὸς γραμμινίου μάρτ.

† Petrus Plastares filius Gramminiun testis.

† Ἔσχατος τῶν ἱερέων Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου πρών.

† Ultimus Sacerdotum Constantinus S. Hippolyti præsens.

† Βαρθολομαῖος βίτελλις Μοναχὸς μάρτυς πρών.

† Bartholomæus vilis Monachus testis præsens.

Ex Bibliotheca RR. PP. S. Basilii Romæ Diploma. Anno 1185.

† Σῆγνον Νικολάου τοῦ Λουάτρ. † σῆγνον Λέοντος ἀδελφοῦ αὐτοῦ. † σῆγνον Ἰωάννη ἀδελφοῦ αὐτῶν. Φαινόμεθα ἡμεῖς ὑποτεγεγραμμένοι οἱ τὰ σῆγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ οἰκείαις χερσὶ ποιήσαντες, ἀφιερώνοντες τὸ ἡμέτερον χωρά-

† Signum Nicolai Luatri. † Signum Leonis fratris ejus. † Signum Joannis fratris eorum. Adsumus nos infra subscripti, qui venerandam & vivificam Crucem propriis manibus efformavimus, consecrantes prædium

noſtrum, poſitum in loco dicto Luetradôn : quod hos habet terminos. Ab oriente fundum ſupra dictorum Nicolai, Joannis ac Leonis; ab occidente prædium Baldii; a meridie autem Io. . . . abeuntibus ex planitie & Syncle. Hoc autem prædium, Amygdalæ vocatum, emtione poſſederat qui ante nos habuit : ipſum vero conſecravimus Monaſterio SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, cognomento Spanopetri, & tibi ſacro viro Paphnutio Cathegumeno, ſeu Abbati, ſucceſſoribuſque tuis poſt futuris, pro remiſſione & venia peccatorum noſtrorum, ac parentum noſtrorum. Si quis vero deprehendatur, ſive ex parte mea, ſive ex parte extraneæ perſonæ, actionem contra inſtituere, vel moleſtiam creare, ne audiatur; ſed eſto maledictus a Domino Deo omnipotente, & a ſanctis Deiferis centum decem & octo Patribus, laqueum Judæ proditoris ſortiatur, & pars ejus ſit cum iis, qui clamaverunt, *Tolle, tolle, crucifige eum.* Sane volo, ut hæc mea ſponte facta conſecratio maneat uſque ad fines ſæculorum. In præſentia teſtium.

Petrus Zarbias teſtis.
Leo Zarbias teſtis.
Anaſtaſius Bugianiſis teſtis.
Leo Bulpias teſtis.
Conſtantinus Xenius teſtis.
Baſilius Malacurun teſtis.

Scriptum eſt manu mea Leonis Malacurun vilis Preſbyteri, anno 6693. (i. Chriſti 1185.) Ind. ſecunda.

φιον, ὃ ἔστι τὸ Ἀμαχείλμον εἰς τόπον λεγόμενον Λουετράδων, καθὰ καὶ δίοδεύεται οὕτως· ἀπὸ μὲν ἀνατολῆς τῶν αὐτῶν τεσσάρων Νικολάου καὶ Λέοντος καὶ Ἰωάννου· κατὰ δυσμὰς δὲ χωράφιον τοῦ Βαλδίου· μεσημβρίας δὲ Γ᾽ οἱ ἀπερχόμενοι (sic) εἰς τὰ ἅμαλα καὶ Σιωκλή. τοῦτο δὲ τὸ χωράφιον λεγόμενον τὸ ἀμυγδάλης, ἔσχεν αὐτὸν ὁ πρὶν ἡμῶν ἀγοράσαν, καὶ ἀμφιερώσαμεν αὐτὸν εἰς τιμὴν μονῆς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, οὗ τὸ ἐπώνυμα τοῦ Σπανοπέτρου, καὶ εἰς σὲ τὸν ἱερὸν Παφνούτιον καὶ καθηγούμενον, καὶ εἰς τοὺς μοναχοὺς ἔσεσθαι μετὰ σὲ καὶ διαδόχους· ἐπὶ λυτρώσεως καὶ ἀφέσεως τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν καὶ ἡμετέρων γονέων. Εἴ τις δὲ φωραθῇ ἐκ τοῦ κατ᾽ ἐμοῦ μέρους ἢ ξένου προσώπου ὃ σπανιλυίσαι, ἢ ἐνοχλῆ ποιῶν, μὴ εἰσακουέσθω· ἀλλ᾽ ἔστω ἐπάρατος παρὰ κυρίου θεοῦ παντοκράτορος, τῶν τιν. ἁγίων Θεοφόρων πατέρων, καὶ τοῦ ἀχὼν (sic) Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ ὁ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν κραξάντων· ἆρον, ἆρον σταύρωσον αὐτόν. καὶ ν᾽. φέρω, καὶ ἡ τοιαύτη ἐμοῦ ὑφὴ καλοτελεία γινόμενον ἀμφιέρωσις (sic) μένει τέρματα αἰώνων. ἐν πρωσία μαρτύρων.

† Πέτρος Ζαρβίας μάρτυς.
† Λέων Ζαρβίας μάρτυς.
† Ἀνάσταπις Βουγιανήσης μάρτυς.
† Λέων Βουλπήας μάρτυς.
† Κωνσταντῖνος Ξένιος μάρτυς.
† Βασίλιος Μαλακούρων μάρτυς.

Ἐγράφε τῇ ἐμῇ χειρὶ βητελοῦς πρεσβυτέρου Λέοντος Μαλακούρων, ἔτει ,ϛχιγ'. ἰνδ. β'.

MONITUM.

In novem præmiſſis Diplomatibus, Inſtrumentorum cujuſvis generis forma & ſeries, Neapolitanæ item veteris in jure dicundo conſuetudinis quædam formulæ deprehenduntur. Pro charactere autem in Regiis Diplomatibus uſurpari ſolito, unicam Rogerii Regis Bullam proferre potuimus, qualem habes ſupra tribus in Tabulis repræſentatam. Jam vero reſtat ut Conſtitutionum Neapolitanarum & Sicularum Indicem Græcum, ut habetur in Codice Regio 3370². membranaceo, his ſubjiciamus. Conſtitutiones autem ipſas, quæ ibidem exſtant, utpote prolixiores, aliis quibus

otium

otium erit mittimus publicandas. Hæ igitur Conſtitutiones Græcæ, non hactenus, quod quidem ſciam, editæ; maxima quidem ex parte eædem ſunt atque Conſtitutiones Siculæ ſive Neapolitanæ, Latinè a Lindenbrogio & aliis antea publicatæ: ſed tamen hæ, quarum Indicem Græce damus, in multis variant: in Titulorum vero forma a Latinis penitus diſcedunt, ut quiſque videre poſſit. De Latinis hæc Lindenbrogius in Prolegomenis. Leges Siculæ ſive Neapolitanæ etſi Gullielmi Rogeriique Conſtitutiones quaſdam admixtas habeant, majori tamen ex parte Friderico Imperatori debentur, juſſu ejus a Petro de Vineis Capuano, (quo Cancellario utebatur, cujus etiam aliæ Epiſtolæ exſtant,) conſcriptæ. Friderico Imperatori elogium tale tribuit Suffridus Preſbyter Chron. Lib. 2. *Fridericus II. imperium adeptus regnavit annis xxx. Hic erat ingenioſus, ſtudioſus & literarum ſcientia magnus. Leges optimas pro libertate Eccleſiæ, & contra hæreticos edidit.* Editæ autem hæ leges fuerunt anno vel biennio, (ut vult Molinæus in Conſuet. Pariſ. Tit. 1. n. 95.) poſt ſuam coronationem Romæ, anno MCCXXI. Quarum tanta apud Siculos & Neapolitanos auctoritas, ut non inſuper habuerint viri clariſſimi præſtantiſſimique Bartholomæus de Capua, Marcellus Bonus, Jacobus de Ayello, Lallus a Tuſcia, Sebaſt. Neopodanus, Marinus de Caramanico, Lucas de Penna, Nicolaus Superantius, Matthæus de Afflictis, copioſiſſimis eas Commentariis illuſtrare.

Conſtitutiones igitur Latinæ Titulos habent Rogerii & Gullielmi Regum, cum Titulis Friderici II. Imperatoris & Siciliæ Regis intermixtos: in Titulis autem Græcis nulla Rogerii aut Gullielmi mentio: etſi in ipſis Conſtitutionibus Græcis perinde atque in Latinis hi reges interdum memorentur; ita tamen ut in Græcis Gullielmus alicubi dicatur is ipſe, qui Rogerius in Latinis appellatur, commutatis videlicet Regum diverſorum nominibus. Tituli autem Græcarum Conſtitutionum non plures modo ſunt quam Latini, ſed etiam longe diverſi: imo in ipſis Conſtitutionibus nonnumquam variatur in rebus ipſis. Conſtitutiones autem Græcæ etſi, ſaltem plurimæ, e Latinis verſæ ſint, tamen interpres Græcus non ſemper Latinas ſequitur; ſed adjicit, detrahit & mutat: idque juſſus haud dubie & ex auctoritate Regia facit. Exempli cauſa Libro iij. Titulo Latinè liij. Græce vero lxij. de Matribus quæ filias proſtituunt dicitur. Matres quæ publice proſtituunt filias, pœnæ naſi truncati a divo Rege Rogerio ſtatutæ ſubjacere ſancimus: alias etiam conſentientes, & filias quas propter inopiam nedum maritare, ſed etiam nutrire non poſſunt, alicujus voluptatibus exponentes, a quo & ſuſtentationem vitæ & gratiam præſtolantur, pœnæ ſubjacere non tam injuſtum credimus, quàm ſeverum. *Ibi vero Græca ſic habent,* Τὰς μητέρας αἵτινες φανερῶς ἀνῳγάζουσι μοιχεύεσθαι τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας, ῥινοκοπεῖσθαι ὁρίζομεν. Τὰς δὲ ἄλλας γυναῖκας τὰς συναινούσας τῇ τὰς θυγατέρας, αἵτινες ἴσως δι' ἔνδειαν τοῦ ζῆν τινων ἑαυτὰς καθυποβάλλειν ποιοῦσι, πρὸς ὧν δέχονται τὴν ζωήν, ἢ ἄλλῳ τινὰ χάριτα προσδέχονται, καθυποβάλλειν ποιοῦσι, οὐ μόνον ἀδίκειν, ἀλλὰ τῇ ἀπονὲς εἶναι κρίνομεν. *Id eſt,* Matres quæ publicè proſtituunt filias, naſo detruncari ſancimus. Alias autem conſentientes filiabus, quæ propter inopiam ſe aliquorum voluntati proſtituerunt, a quibus ſuſtentationem vitæ & gratiam præſtolantur, pœnæ ſubjicere; non modo injuſtum, ſed etiam crudele eſſe judicavimus. *Ibi vides retractatam fuiſſe illam legem, tacito etiam Rogerii nomine, quod in Latina Conſtitutione ferebatur: quod item in aliis pleriſque obſervabunt alii, ſi quibus interſit illas mutuo conferre, vel etiam Græcas in publicum uſum emittere. Æſtimo igitur Græcas poſt Latinarum primam editionem factas, auctas interdum, ut fieri ſolet, nonnumquam imminu-*

tas, & aliam in formam deductas fuiſſe. Ordo autem Articulorum non idem eſt: nam multi, qui in Græcis Conſtitutionibus ad Librum ſecundum pertinent, in Latinis initio Libri tertii ponuntur.

In his autem Conſtitutionibus multa ſunt, quæ Diplomatibus ſupra editis lucem adferunt; verbi gratia in quarto Diplomate ſupra, Vicecomes Ricardi de Garen vineam abſtulit Joanni Preſbytero, filio ut putabat ipſe vaſſalli ſui, qui debitum ſervitutis officium ſibi non præſtitiſſet: quam tamen reſtituere coactus eſt, quia Pater ejus vaſſallus ſuus non fuerat. Vaßalli igitur ut fertur in Titulo lxviij. Lib. iij. Græcarum Conſtitutionum, cum debitum ſervitutis officium Dominis non præſtarent, vel dolum contra ipſos ſtruerent, ter admoniti, bonis, quæ a Dominis aut ab eorum majoribus acceperant, ſpoliari poterant. Alia non pauca ſimilia obſervari poßent; ſed hæc in præſenti ſatis ſunto.

Ex Codice Regio 3370². *cujus ſpecimen dedimus Libro* 4. *Cap.* 8.

Index accuratus primi Libri Conſtitutionum Imperialium.

Γίνεται ἀκριβὴς τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν βασιλικῶν διατάξεων.

I. PRotheoria Conſtitutionum Imperialium.

α'. Προθεωρία τῶν βασιλικῶν διατάξεων.

*In Latinis Conſtitutionibus legitur, Patarenis

II. De hæreticis &*Paterinis, & de pœna eorum.

β'. Περὶ αἱρετικῶν καὶ πατερινῶν, καὶ τῆς ποινῆς αὐτῶν.

III. De pœna eorum qui Paterinos recipiunt.

γ'. Περὶ ποινῆς τῶν ὑποδεχομένων τοὺς πατερινούς.

IV. De iis qui a Catholica fide deficiunt.

δ'. Περὶ τῶν ἀποστατούντων ἀπὸ τῆς καθολικῆς πίστεως.

V. De iis qui vim aut injuriam patientes, ſtatim ſeſe defendunt.

ε'. Περὶ τῶν βίαν ἢ ὕβριν ὑπομενόντων, καὶ πρόθυμως διαφενδευομένων.

VI. De iis qui circa Regias Conſtitutiones curioſius inquirunt.

ϛ'. Περὶ τῶν πολυπραγμονούντων περὶ τῶν βασιλικῶν διατάξεων.

VII. De pœna Templorum expilatoribus infligenda.

ζ. Περὶ ποινῆς ἱεροσύλων.

VIII. De Tribunali fœneratorum.

η'. Περὶ τοῦ δικαστηρίου τῶν τοκιστῶν.

IX. De pœna fœneratorum.

θ'. Περὶ ποινῆς τῶν τοκιστῶν.

X. De Decimis.

ι'. Περὶ δεκάτων.

XI. De Comitibus & Baronibus, qui potentia ſua ſeditionem excitaverint.

ια'. Περὶ Κομήτων καὶ Βαρωνίων ἐν τῇ κράτει σφῶν ἐγειρόντων.

*Sic in Latinis Conſtitution.

XII. *De illicita portatione armorum.

ιβ'. Περὶ τῆς κεκωλυμένης ἐπιφορᾶς τῶν ὅπλων.

XIII. De extraneis in Imperium intrantibus & arma geſtantibus.

ιγ'. Περὶ ξένων τῶν ἐν τῇ κράτει ἐρχομένων καὶ ὅπλα βαστάζοντων.

* Sic Lat. Conſt.

XIV. De pœna eorum, *qui arma adverſus aliquem traxerint.

ιδ'. Περὶ ποινῆς τῶν ἀποσπασάντων ὅπλα κατά τινος.

XV. De pœna eorum, qui armis aliquem percuſſerint.

ιε'. Περὶ ποινῆς τῶν μὲ ὅπλων πληξάντων τινά.

XVI. De pœna eorum, qui aliquem occiderint.

ιϛ'. Περὶ ποινῆς τῶν φονευσάντων τινά.

XVII. De illo qui viarum prædonem

ιζ'. Περὶ τοῦ φονεύσαντος ὁδοστάτην

ἢ κλέπτειν, καὶ ἀφηλικες καὶ μεμονωμένου.

ιη'. Περὶ τοῦ πότε δυνάνται οἱ καστροφύλακες καὶ οἱ στρατιῶται ἀκωλύτως βαστάζειν ὅπλα.

ιθ'. Περὶ ποινῆς πληθύος, καὶ ὅσοι, καὶ ἐπὶ τίνων ἔξεσιν ἐπιπλέαν ποινάς.

κ'. Περὶ ἀδείας διδομένης Ὀφφικιαλίοις ἐπιπλέαν ποινάς.

κα'. Περὶ οὗ πῶς δεῖ βεβαιοῦν (sic) τὰς ποινάς.

κβ'. Περὶ ποινῆς μὴ φυλαχθείσης, καὶ μηδενὸς κατακαθέντος.

κγ'. Περὶ ποινῆς τῶν ἁρπαζόντων τὰς θεῷ καθιερωμένας γυναῖκας.

κδ'. Περὶ ποινῆς τῶν βιαζόντων τὰς δυσώχους γυναῖκας.

κε'. Περὶ ποινῆς τῶν ἁρπαζόντων γυναῖκάς τινας.

κς'. Περὶ τοῦ πῶς δεῖ βεβαιοῦν τὰς βίας τὰς γενομένας γυναιξί.

κζ'. Περὶ ποινῆς τῶν μὴ συντρεχόντων πρὸς βιαζομένας γυναῖξί.

κη'. Περὶ τῶν ἀδίκως ἐγκαλουσῶν γυναῖκας.

κθ'. Περὶ ποινῆς τῶν βιαίως ἀπεκδυσάντων τινὰ ἐξ ἀκινήτου πράγματος νομῆς.

λ'. Περὶ τοῦ ἔχειν ἐπιλογὴν τὸν βιαίως ἀπεκδυθέντα εὐαγῆ, εἴτε κατὰ τοῦ βιάσαντος, ἢ κατὰ τοῦ κατέχοντος.

λα'. Περὶ τῶν κρυφίως γενομένων ζημιῶν.

λβ'. Περὶ κρυφίου φόνου.

λγ'. Περὶ ποινῆς τῶν ἁρπαζόντων τι ἐκ ναυαγίου.

λδ'. Περὶ ποινῆς τῶν ἐγκριζόντων τοὺς ὄντας ἐν τῇ δουλείᾳ τῆς κόρτης, ἢ τὰς φαμιλίας αὐτῶν.

λε'. Περὶ Κυιρητῶν τῶν νόμων ἀρξάντων, καὶ ὅτι δεῖ τὸν βασιλέα τηρεῖν καὶ ὑπουργεῖν αὐτόν.

λς'. Περὶ ποινῆς τῶν ἐκταραττόντων τὸ δικαστήριον.

λζ'. Περὶ ποινῆς τῶν ὀφφικιαλίων, οἵτινες ἀμελοῦσι τῶν δημοσίων πραγμάτων.

λη'. Περὶ ποινῆς τῶν ὀφφικιαλίων τῶν ἀφε-

aut furem occiderit : de infante aut amente (occidentibus.)

xviii. Quando nam possint Castellani & Servientes sine impedimento arma gestare.

xix. De pœna imponenda, ac quibusnam & circa res quasnam pœnas imponere liceat.

xx. De licentia danda Officialibus pœnas imponendi.

xxi. Quomodo oporteat pœnas confirmare.

xxii. De pœna non servata, ita ut nullus condemnetur.

xxiii. De pœna eorum, qui fœminas Deo consecratas rapuerint.

xxiv. De pœna eorum, qui infelicibus mulieribus (meretricibus) vim intulerint.

xxv. De pœna eorum, qui mulieres quasdam rapuerint.

xxvi. De probandis violentiis mulieribus illatis.

xxvii. De pœna eorum qui mulieribus vim patientibus non auxiliantur.

xxviii. De pœna mulierum injuste conquerentium.

xxix. De pœna eorum qui injuste quempiam ab immobilis rei possessione privarint.

xxx. Quod penes eum sit qui violenter spoliatus est, aut raptorem aut possessorem accusare.

xxxi. De damnis occulte illatis.

xxxii. De clandestina cæde.

xxxiii. De pœna eorum, qui aliquid ex naufragiis rapuerint.

xxxiv. De pœna eorum, qui Curiales aut familias ipsorum injuria affecerint.

xxxv. De Quiritibus qui legem* condiderunt : & quod oporteat Imperatorem ipsam tueri, ipsique ministrare.

xxxvi. De pœna eorum, qui justitiæ tribunal conturbant.

xxxvii. De pœna Officialium, qui res publicas negligunt.

xxxviii. De pœna Officialium, qui

aliquid ex rebus publicis abſtulerint.

xxxix. De Officio Secretorum, & Logothetarum.

xl. De dando ab Officialibus Secretorum auxilio.

xli. De iis quæ ad officium Exactorum pertinent.

xlii. Quid agere debeat Exactor, qui furem comprehendit.

xliii. De pœna Exactorum, qui a juramento ex ſententia Judicum præſtando eximunt.

xliv. De jure Exactorum.

xlv. De iis quæ ad officium Camberlingorum ſpectant.

xlvi. De juramento a Camberlingis & Exactoribus præſtando.

xlvii. De tribunali Clericorum.

xlviii. Quot & quales Exactores eſſe debeant.

xlix. Quid debeant Exactores a partibus accipere.

l. Quid debeant Caſtellani ab incarceratis accipere.

li. De pœna Caſtellanorum, qui ultra quam ſtatutum eſt accipiunt.

lii. De pœna Cuſtodum, qui incarceratos negligunt.

liii. De officio Caſtellanorum, & Servientium.

liv. De iis, quæ ad officium *juſtitiariorum pertinent.

lv. De Clericis criminis alicujus accuſatis.

lvi. De Sacramento præſtando a Magiſtro juſtitiario.

lvii. De iis quæ ad officium Magiſtri juſtitiarii pertinent.

lviii. De tribunali Comitum & Baronum.

lix. De pœna eorum, qui Vicarios in officio juſtitiariorum conſtituunt.

lx. De pœna eorum, qui Juſtitiarii officium in terris ſuis exercent.

lxi. De pœna eorum, qui Conſules & Gubernatores in civitatibus conſtituunt.

λόντων π ἀπὸ τ δημοσίων πραγμάτων.

λθ'. Περὶ τ ὀφφικίου τ σεκρέτων κ λογοθετ.

μ'. Περὶ τ δίδοσ πρὸ τ ὀφφικιαλίων τ Σεκρέτων βοήθ.

μά. Περὶ τ αἰτησάντων τ ὀφφικίῳ τ πρακτόρων.

μβ'. Περὶ πράκτορος κλέπτ κρατησάντος, κ ὃ μὴ ποιῇ.

μγ'. Περὶ ποινῆς τ πρακτόρων, οἵτινες τοὺς ἐξ ἀποφάσεως ὅρκους συμπατοῦσι.

μδ'. Περὶ τ δικαίου τ πρακτόρων.

με. Περὶ τ δυνησάντων τ ὀφφικίῳ τ καμβερλίγγων.

μς'. Περὶ τ ὅρκου τ καμβερλίγγων κ πρακτόρων.

μζ. Περὶ τ δικαστηρίου τ κληρικ.

μη. Περὶ πόσοι πράκτορες κ τίνες ὀφείλουσι γίνεσθαι.

μθ'. Περὶ τ τί ὀφείλουσιν οἱ πράκτορες πρὸ τ μερῶν λαμβάνειν.

ν'. Περὶ ὃ πόσον ὀφείλουσιν οἱ καστροφύλακες πρὸ τ πεφυλακωμένων λαμβάνειν.

να'. Περὶ ποινῆς τ καστροφυλάκων τ μὴ ὃ τετυπωμένον λαμβανόντων.

νβ'. Περὶ ποινῆς τ φυλάκων, τ τοὺς πεφυλακωμένους ἀμελούντων.

νγ'. Περὶ τ ὀφφικίου τ καστελλαίων κ στρατιωτῶν.

νδ'. Περὶ τ αἰτησάντων τ ὀφφικίῳ τ δικαιωτ.

νε'. Περὶ κληρικ ὅτε ἐγκληματικῶς κατηγορηθῶσιν.

νς'. Περὶ τ ὅρκου τ μεγίστορος δικαίου.

νζ. Περὶ τ δυνησάντων τ ὀφφικίῳ τ μεγίστορος δικαίου.

νη. Περὶ τ δικαστηρίου τ κομήτων κ βαρωνίων.

νθ'. Περὶ ποινῆς τ καθιστώντων βικαρίους εἰς τ ὀφφίκιον τ δικαιωτ.

ξ'. Περὶ ποινῆς τ ἐκπληρούντων τ ὀφφίκιον τ δικαίου ἐν ταῖς ἰδίαις χώραις.

ξα'. Περὶ ποινῆς τ καθιστώντων ὑπάτους ἢ κυβερνήτας ἐν ταῖς πόλεσιν.

ξβ'.

ξϛ'. Περὶ κριτῶν καὶ νοταρίων, καὶ τίνες καὶ πόσοι ὀφείλουσιν καθίστασθαι.

ξγ'. Περὶ τοῦ πῶς δεῖ τὰ ἐγγεγραμμένα γίνεσθαι.

ξδ'. Περὶ τοῦ μὴ τυποῦσθαι ἀξιοπίστους καὶ ἀμεσιτάτους.

ξε'. Περὶ τοῦ πόσους μάρτυρας ἐν τῷ ἐγγράφῳ δεῖ παρεπιδημεῖσθαι.

ξϛ'. Περὶ κριτῶν καὶ τοῦ σαλαρίου αὐτῶν.

ξζ. Περὶ ποινῆς τοῦ εἰς ἕτερον φόρον ἀπερχομένων.

ξη'. Περὶ συνηγόρων.

ξθ'. Περὶ τοῦ ὅρκου τῶν συνηγόρων.

ο'. Περὶ τοῦ μὴ γινώσκοντος ἐν τῇ κόρτῃ κατηγορεῖσθαι.

οα'. Περὶ γραμμάτων ἀναζητήσεως.

οϐ'. Περὶ τοῦ πορεύεσθαι τὰ τῆς ἀναζητήσεως πλεῖστα γράμματα, εἰ ἂν ἀναζητηθεὶς οὐ φανήσεται.

ογ'. Περὶ κοινῆς τοῦ κοντουμαζίου.

οδ'. Περὶ τοῦ πέμπεσθαι εἰς νομὸν τοῦ παρόντος τοῦ ἀπειθοῦντος τοῦ ἄκτορος.

οε'. Περὶ κοντουμαζίου μὴ παρεκτάρξιν.

οϛ'. Περὶ φανερώσεως χρέους.

οζ'. Περὶ κοντουμαζίου πρὸ παρεκταρξέως.

οη'. Περὶ κοντούμακος ἀπολαμβάνοντος πλὴ νομοῦ τῶν φεδαλίων πραγμάτων.

οθ'. Περὶ ποινῆς πλημμύρης κατὰ τοῦ ἄκτορος καὶ τοῦ ῥέα συναγωνιστῶν.

π'. Περὶ τοῦ ἑκουσίως ἀπὸ τῆς ἀγωγῆς ἀναχωρησάντων πρὸ παρεκταρξέως.

πα'. Περὶ ἀκυρώσεως σιγιλλίων, δι' ὧν τινες καθώπλιζον ἑαυτοὺς ὥστε μὴ ἐξιέναι.

πϐ'. Περὶ κοινότητος ὅταν κοντούμαξ ὄφῃ.

LXII. De judicibus & Notariis, quot & quales constitui debeant.

LXIII. Quomodo rescripta edere oporteat.

LXIV. De non ordinandis adjunctis & Mediatoribus.

LXV. Quot testes in Actis assumi debeant.

LXVI. De judicibus & de salario eorum.

LXVII. De pœna eorum, qui ad aliud forum abierint.

LXVIII. De Advocatis.

LXIX. De sacramento ab Advocatis præstando.

LXX. De illo, qui nescit se in Curia Regia accusari.

LXXI. De Literis Inquisitionis.

LXXII. Quo loco Literæ Inquisitionis deponi debeant, si is qui inquiritur non compareat.

LXXIII. De pœna contumaciæ.

LXXIV. De mittendo Actore ad administrationem rerum contumacis.

LXXV. De contumace post cœptam actionem.

LXXVI. De manifestatione debiti.

LXXVII. De contumace ante cœptam actionem.

LXXVIII. De contumace qui rerum feudalium administrationem accepit.

LXXIX. De pœna imposita actori & reo colludentibus.

LXXX. De iis, qui sponte ab actione recedunt ante cœptum negotium.

LXXXI. De abrogatione sigillorum, quibus freti quidam, citati extra civitatem egredi nolebant.

LXXXII. De universitate sive communitate contumace.

Πίναξ ἀκριβὴς τοῦ δευτέρου βιβλίου.

Index accuratus secundi Libri.

α'. ΠΕρὶ ἐκκηρύκτων.

β'. Περὶ τοῦ τυποῦσθαι συνδίκους παρὰ τῶν κοινοτήτων τῶν πόλεων, ὅταν ἐνά-

1. DE bannitis, seu proscriptis.

II. Ut communitates Urbium in actionibus aut defensionibus pro-

curatorem ordinare poſſint.

III. De forobannitis.

IV. De tempore forobannitis reſervato & conceſſo.

V. De indicandis aulæ Regiæ forobannitis.

VI. De ſucceſſione forobannitorum.

VII. De balio filiis forobannitorum adoleſcentibus dando.

VIII. De jure uxorum & matrum forobannitorum.

IX. Quod patres pro delictis filiorum non ſint puniendi.

X. In quibuſnam occaſionibus accuſator fidejuſſorem dare poſſit.

XI. De eo, qui poſt crimen adulterii intentatum uxorem recipit.

XII. De eo qui poſtquam accuſavit ad judicium non accedit.

XIII. De pœna eorum, qui poſtquam accuſaverint, ad ſecundum terminum præſtitutum non acceſſerint.

XIV. De pœna calumniatorum.

XV. De accuſatore & reo, ſi doloſe colludant.

XVI. Quandonam actor & reus inter ſe componere poſſint, & quandonam non poſſint

XVII. De abrogatione pœnæ pro contumacia a Francis poſitæ.

XVIII. Pro qua pecuniæ quantitate libellus non dari debeat.

XIX. De exceptionibus dilatoriis.

XX. * De exceptione hoſtici.

XXI. De eo qui in cauſa civili actionem intentat, & in criminali accuſatur.

XXII. De eo qui coram juſtitiario accuſatur, & a Magiſtro juſtitiario inquiritur.

XXIII. De exceptione filiationis.

XXIV. Quod accuſator & reus, actionem aut defenſionem intra tres dies proferre debeant.

XXV. De exceptione peremptoria.

XXVI. Quod judex partes de facto interrogare debeat.

XXVII. De inſtrumentis, in qui-

γωσιν ἢ περὶ ἄλλων κατηγορηθῶσι.

γ'. Περὶ ἀποκηρύκτων.

δ'. Περὶ χηρεύσ φυλαττομένης τ ἀποκηρύκτου.

ε'. Περὶ τ γνωρίζεσθαι τῇ κόρτῃ τοὺς ἀποκηρύκτους.

ϛ'. Περὶ διαδοχῆς ἀποκηρύκτων.

ζ'. Περὶ τ βαλίας τ ἀνήβων παίδων τ ἀποκηρύκτων.

η'. Περὶ δικαίας τ γυναικῶν τ ἀποκηρύκτων κ μητέρων.

θ'. Περὶ τ μὴ κολάζεσθαι τοὺς πατέρας χάριν τ πλημμάτων τ τέκνων.

ι'. Ἐν οἱοισοῦν ἠμάσιν ὁ κατηγορούμενος δυνάται δοῦναι ἐγγυητάς.

ια'. Περὶ τ κατηγορήσαντος γυναῖκά τινα ὑπὲρ μοιχείας, κ μὴ θέλοντος αὐτήν.

ιβ'. Περὶ τ κατηγορήσαντος κ ἐν τῷ δικαστηρίῳ μὴ ἐρχομένου.

ιγ'. Περὶ ποινῆς τῶν κατηγορησάντων κὰι ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ μὴ ἐρχομένων.

ιδ'. Περὶ ποινῆς συκοφαντῶν.

ιε'. Περὶ τ κατηγορήσαντος κ τ κατηγορουμένου, ἐὰν δολερῶς συναιροῦσι.

ις'. Περὶ τ πότε χωρὶς ποινῆς ὁ κατηγορηθεὶς κ ὁ κατηγορῶν δύνανται συμβιβασθῆναι, κ πότε οὔ.

ιζ. Περὶ ἀκυρώσεως ποινῆς τ κοντυμαλίζιονος παρὰ τ Φράγκων πληρωθείσης.

ιη'. Περὶ τ ἐν ποίᾳ ποσότητι λίβελλος οὐκ ὀφείλει δοθῆναι.

ιθ'. Περὶ δηλατωρίων παραγραφῶν.

κ'. Περὶ τ ἐν στρατείᾳ παραγραφῆς.

κὰ. Περὶ τ χρηματικῶς ἐναγομένου, κ ἐγκληματικῶς κατηγορουμένου.

κϐ'. Περὶ τ κατηγορηθέντος ἐνώπιον τ δικαιώτου, κ παρὰ τ μαΐστορος δικαιώτου ἀναζητουμένου.

κγ'. Περὶ παραγραφῆς ἡλότητος.

κδ'. Περὶ τ προθεσμίαν τὰς οἰκείας δικαιολογίας τ ἀκτωρα κὰι τ ῥέον ἕξ ἑπτὰ ἡμερῶν.

κε'. Περὶ ἀναιτιωρίας παραγραφῆς.

κϛ'. Περὶ τ ἐρωτᾶν τ δικαστὴν τὰ μέρη περὶ φάκτου.

κζ. Περὶ τῶν ἐπιφόρων ἐν οἷς περὶ-

ἔχειν ὄνομα τινὸς ἐχθροῦ ἢ προδότου τῦ βασιλέως.

κή. Περὶ τῦ ἐμφανίζεσθαι τὰ προσφερόμενα σιγίλλια τῇ κόρτῃ.

κθ'. Περὶ ποινῆς τῶν μὴ ἐμφανιζόντων τὰ προσφερόμενα σιγίλλια τῇ κόρτῃ.

λ'. Περὶ τῦ ἐν ποίοις ζήμασι ἡ τῶν μαρτύρων ἀκρόασις διατίθεται.

λά. Περὶ τῦ μὴ ἀποφαίνειν ἀπὸ τῦ νεωτέρους δικαστὰς νόμους φανερούς.

λβ'. Περὶ τῦ πῶς δεῖ βεβαιῶν τοὺς κόμητας καὶ βαρωνίας.

λγ'. Περὶ τῦ ἐν ποίοις ζήμασιν ἡ μονομαχία τόπον ἔχῃ.

λδ'. Περὶ τῦ πῶς δεῖ γίνεσθαι τὰς ἀποκαθήκας.

λέ. Περὶ τῦ πότε οἱ μάρτυρες πρὸ τῆς καταξέως τὴν δίκης προφέρονται.

λς'. Περὶ τῦ πῶς δεῖ βεβαιῶν τοὺς αἰτιωμένους τινὰς χάριν βασάλλων.

λζ. Περὶ ἡττηθέντων πολεμάρχων.

λή. Περὶ τῦ ὅρκου τῶν πολεμάρχων.

λθ'. Περὶ ποινῆς αὐτῶν. in Libro, περὶ τῦ δόλου τῶν πολεμάρχων.

μ'. Περὶ τῦ ἔχειν ὁπλομαχῶν τὸν κατηγορούμενον ὡς βούλεται πολεμεῖν.

μά. Περὶ τῦ συμπέχειν ταῖς γυναιξὶ δι' ἃ τὴν φύσεως ἀσθένειαν.

μβ'. Περὶ ἀποκαταστάσεως ἐλαττόνων.

μγ'. Περὶ ἀποκαταστάσεως τῦ δημοσίου.

μδ'. Περὶ ἀποκαταστάσεως γυναικῶν.

με. Περὶ τῶν εἰς δυνατοὺς τὰς δίκας μεταφερόντων.

μς'. Περὶ διορίας διδομένης τοῖς ἐκκλητεύουσι.

μζ. Περὶ τοῦ μὴ παραχωρεῖν τοὺς δικαστὰς τοῖς συμπράγμασι μακρυνὰς τὰς ὑποθέσεις.

μή. Περὶ δικαστῶν καὶ νόμων τὴν ἀποφασιν διδόντων.

μθ'. Περὶ δικαστῶν δῶρα λαμβανόντων, καὶ ἔνοχον θανάτου τινὰ ποιούντων.

ν'. Περὶ τῦ μὴ προσφέρεσθαι μετὰ πλὴν καταθέσιν τῶν μαρτύρων μάρτυρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ.

να'. Περὶ τῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι παρὰ τινὸς

bus continetur nomen alicujus hostis aut proditoris Imperatoris.

XXVIII. De proferendis prædictis instrumentis ad aulam Regiam.

XXIX De pœna eorum qui hujusmodi instrumenta ad aulam Regiam non produxerint.

XXX. In quibusnam casibus testium *audientia* differatur.

XXXI. De legibus paribilibus non indicandis in posterum a judicibus.

XXXII. Quomodo se tueri oporteat contra Comites & Barones.

XXXIII. In quibus casibus monomachia locum habeat.

XXXIV. Quomodo deposita fieri debeant.

XXXV. De testibus ante litem contestatam producendis.

XXXVI. Quas probationes afferre debeant qui vassallorum homagium exigunt.

XXXVII. De campionibus devictis.

XXXVIII. De sacramento a campionibus præstando.

XXXIX. De pœna campionum; *alias*, De dolo campionum.

XL. Quod reus modum pugnæ deligere debeat.

XLI. Quod mulieribus ob naturæ infirmitatem subveniendum sit.

XLII. De restitutione minorum.

XLIII. De restitutione rei publicæ.

XLIV. De restitutione mulierum.

XLV. De iis qui ad potentiores, causas transferunt.

XLVI. De termino appellantibus concedendo.

XLVII. Ne concedant judices advocatos causas protrahere.

XLVIII. De judicibus qui contra leges sententiam tulerint.

XLIX. De judicibus qui dona acceperint, & quempiam mortis reum fecerint.

L. De non proferendis post depositionem testium aliis testibus super eodem articulo.

LI. Ne quis Regales res alienare

possit ad diminutionem juris aulæ Regiæ.

LII. De non ordinandis villanis absque consensu Dominorum.

LIII. Quinam adscriptitiorum ordinari prohibeantur.

LIV. De pœna eorum, qui aliquid retinent ad *Domanium* pertinens.

LV. De pœna eorum qui homines retinent ad *Domanium* pertinentes.

LVI. De prohibita diminutione feudorum.

LVII. De non alienandis a quocumque rebus curiæ Regiæ obligatis.

LVIII. De termino constituto hominibus *Domanii* ut revertantur ad *Domanium*.

LIX. Quod nemini liceat affidatos habere vel facere.

LX. Quas probationes afferre debeant, qui homagium villanorum deposcunt.

LXI. Quod nemo possit pro terra quapiam corpus suum obligare.

LXII. Quomodo debeant homines Ecclesiarum res immobiles ab hominibus *Domanii* emere.

LXIII. Quantum possit Baro de feudo dotarium facere uxori suæ.

LXIV. Quandonam domini vassallorum homagium amittant.

LXV. De Barone faciente dotarium uxori suæ.

LXVI. De muliere habente dotarium in terra alterius.

LXVII. De Baronibus obligantibus partem feudi pro dotibus sororum.

LXVIII. De juramento a vassallis præstando.

LXIX. In quibus casibus vassalli amittant quod tenent a dominis suis.

LXX. In quibus casibus domini amittant homagium villanorum suorum.

τὰ ῥηνικὰ πρόσταγματα εἰς ἐλάττωσιν τῆς δικαίας τῆς χώρτης.

ρβ'. Περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖσθαι βιλλάνους χωρὶς βουλῆς τῶν δεσποτῶν.

ργ'. Περὶ τοῦ πίνες τῶν ἀναπογράφων χειροτονεῖσθαι κωλύοντας.

ρδ'. Περὶ ποινῆς τῶν κατεχόντων τι πρᾶγμα ὅπερ αἰτήκει τῷ δουμανίῳ.

ρε'. Περὶ ποινῆς τῶν κατεχόντων αὐθεφέτους αἰτήκοντας τῷ δουμανίῳ.

ρϛ'. Περὶ τῆς κεκωλυμένης ἐλαττώσεως τῶν φίων.

ρζ'. Περὶ τοῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι τοῦτό τινος πρόσταγματα τὰ ἐνεχοποιημένα τῇ χώρτῃ.

ρη'. Περὶ διετρίας διδομένης τοῖς αὐθεφέτοις τοῦ δουμανίου ὑποστρέφειν εἰς τὸ δουμάνιον.

ρθ'. Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναί τινι ἔχειν ἀφφιδάτους, ἢ ποιεῖν.

ρ'. Περὶ τοῦ πῶς δεῖ βεβαιοῦν τοὺς αἰτοῦντάς τινας χάριν βιλλάνων.

ρά'. Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναί τινι ἐνεχοποιεῖν τὸ ἴδιον σῶμα δι' αἰτίαν γῆς τινός.

ρϐ'. Περὶ τοῦ πῶς δεῖ τοὺς αὐθεφέτους τῶν ἐκκλησιῶν ἀγοράζειν πρόσταγματα ἀκίνητα τοῦτό τῶν αὐθεφέτων τοῦ δουμανίου.

ργ'. Περὶ τοῦ ἐν ποίᾳ ποσότητι ὁ βασιλεὺς δύναται ἀπὸ τοῦ φίου ποιῆσαι δουδάριον τῇ γυναικὶ αὐτοῦ.

ρδ'. Περὶ τοῦ πότε οἱ δεσπόται ἀποβάλλουσι τὸ τῶν βασάλλων ὁμάτζιον.

ρε'. Περὶ βαρωνίου ποιουῶτος δουδάριον τῇ γυναικὶ αὐτοῦ.

ρϛ'. Περὶ γυναικὸς ἐχούσης δουδάριον εἰς χώραν ἑτέρου τινός.

ρζ'. Περὶ τοῦ ἐνεχοποιεῖν τοὺς βαρωνίους μέρος τοῦ φίου χάριν τῶν πρεϊκῶν ἀδελφῶν.

ρη'. Περὶ τοῦ ὅρκου τῶν βασάλλων.

ρθ'. Ἐν οἱοίοις ἤμασι οἱ βασάλλοι ἀπόλλουσι εἴτε δ' ἂν κερδοῦσι τοῦτό τῶν δεσποτῶν αὐτῶν.

ρ'. Ἐν οἱοίοις ἤμασιν οἱ δεσπόται ἀπόλλουσι τὸ ὁμάτζιον τῶν βιλλάνων αὐτῶν.

Ο πίναξ τῦ γ'. βιβλίυ τ βασιλικῶν διατάξεων.

α'. Περὶ τῦ πότε ὀφείλυσιν οἱ δεσπόται ζητεῖν βοήθειαν παρὰ τῶν αὐθεφτων αὐτῶν.

β'. Περὶ τ ἀδελφοῦ τ βαρωνίυ ζητοῦντος στρατείαν παρὰ τῦ μείζοτέρυ ἀδελφῦ.

γ'. Περὶ πατρήσεως συνοικεσίυ.

δ'. Περὶ τῦ μὴ τολμᾶν ἀγαγεῖν γυναῖκα ὁ βαρωνῶος, οὔτε ἁρμόζειν τοὺς υἱὸς ἢ θυγατέρας χωρὶς ἀδείας τ κόρτης.

ε'. Περὶ τῦ μὴ ζητεῖν τοὺς υἱοὺς τ κομήτων ἢ βαρωνίων ὅρκυν παρὰ τ αὐθεφτων αὐτῶν χωρὶς ἀδείας τ κόρτης.

ϛ'. Περὶ τῦ γνωρίζεσθαι τ θάνατον τῦ βαρωνίυ ἢ τῦ στρατιώτου τῇ κόρτῃ παρ' ἐκείνυ ἐξ ὧ ὁ φίον ἐκράτει.

ζ. Περὶ διαδοχῆς κομήτων καὶ βαρωνίων.

η'. Περὶ διαδοχῆς ὁμοίως κομήτων καὶ βαρωνίων.

θ'. Περὶ τῦ ποιεῖν τ βάλλιον λόγον τοῖς ἀνήβοις χάριν τ διοικήσεως.

ι'. Περὶ κυρατώρων τῶν ἐκκλησιῶν, οἵ τινες ὑστεροῦνται ποινῶν.

ια'. Περὶ τῦ καταχαλᾶσθαι τὰ ὠχυρώματα καὶ τοὺς πύργους τοὺς μὴ θάνατον τῦ ῥηγὸς Γουλιέλμου ἀνεγερθέντας.

ιϐ'. Περὶ τῦ μὴ ἀνεγείρεσθαι ἀπὸ τῦ νῦν ὠχυρώματα καὶ πύργους.

ιγ'. Περὶ φυγάδων δούλων.

ιδ'. Περὶ θησαυρῶν εὑρεθέντων.

ιε'. Περὶ τοῦ ὅ μέλλῃ γίνεσθαι περὶ τ φυγάδων δούλων καὶ τ εὑρεθέντων πραγμάτων.

ιϛ'. Περὶ παραγραφῆς τ χρονίας νομῆς.

ιζ. Περὶ τοῦ πῶς τὰ φία διὰ τ χρονίας νομῆς διασώζονται.

ιη'. Περὶ τῶν κατὰ φίσκου διδομένων παραγραφῶν.

ιθ'. Περὶ διαφορᾶς προσώπων ὑβριζόντων καὶ ὑβριζομένων.

κ'. Περὶ τοῦ πότε οἱ ὀφφικιάλιοι ὑβριζόμενοι τῇ προσηνομίᾳ τοῦ ὀφφικίυ εὐφραί-

Tabula Libri tertii Constitutionum Imperialium.

I. QUandonam domini debeant adjutorium exigere ab hominibus ſuis.

II. De fratre Baronis exigente militiam a majori fratre.

III. De obſervatione matrimonii.

IV. Quod non liceat Baroni, neque uxorem ducere, neque filios filiaſve matrimonio jungere ſine permiſſione curiæ.

V. Ne filii Comitum aut Baronum ſacramentum ab hominibus ſuis exigant ſine permiſſione curiæ.

VI. Quod mors Baronis aut militis curiæ annunciari debeat ab eo, à quo feudum tenebat.

VII. De ſucceſſione Comitum & Baronum.

VIII. Similiter de ſucceſſione Comitum & Baronum.

IX. Quod balius, ſive curator, debeat adoleſcentibus reddere rationem adminiſtrationis ſuæ.

X. De curatoribus Eccleſiarum, quæ paſtore privantur.

XI. De diruendis caſtris & turribus poſt mortem Gullielmi Regis excitatis.

XII. Ne caſtra & turres ultra ædificentur.

XIII. De ſervis fugitivis.

XIV. De theſauris repertis.

XV. Quid agi debeat circa fugitivos ſervos, & res repertas.

XVI. De præſcriptione poſſeſſionis ad tempus.

XVII. Quomodo feuda per poſſeſſionem ad tempus retineantur.

XVIII. De præſcriptionibus contra fiſcum conceſſis.

XIX. De differentia perſonarum injuriam facientium, aut patientium.

XX. Quandonam Officiales injuria affecti officii ſui prærogativa lætentur, & de

pœna percutientium eos, aut injuriam alicui inferentium.

XXI. De injuriis, & de pœnis illarum injuriarum causa inferendis.

XXII. De Burgensi lædente Militem, aut alium Nobilem.

XXIII. De Medicis.

XXIV. De constituendis in unaquaque civitate duobus viris fidelibus, in quorum conspectu electuaria fiant.

XXV. Ne prope urbes linum aut cannabum dealbentur : item de cadaveribus animalium, ac de sepulcris.

XXVI. De artificibus.

XXVII. De vendentibus vinum.

XXVIII. De aurificibus & argentariis; de structoribus, messoribus aliisque mercenariis.

XXIX. De mensuris, ponderibus & cannis.

XXX. De pœna mercatorum pro dolo.

XXXI. Quo casu mercatorum pœna duplicetur.

XXXII. De animalibus perditis.

XXXIII. De pœna eorum, qui aliena animalia in proprio sibi loco retinent.

XXXIV. De custodibus agrorum.

XXXV. De pœna prædictorum.

XXXVI. De animalibus, cujuspiam vineis aut hortis damnum inferentibus.

XXXVII. De eo qui propter necessitatem propria animalia in frugibus pascit.

XXXVIII. De nullo Milite faciendo, nisi ex genere militari descendat.

XXXIX. De iis qui Regias literas mutant.

XL. De iis qui adulterina nomisma vendunt.

XLI. De eo, qui nomisma argentea vel aurea *rasserit.

* Sic Lat. Constit.

XLII. De iis, qui falso instrumento nescii utuntur.

XLIII. De iis qui falsum testimonium testes edocuerint.

XLIV. De eo, qui verba testium deleverit.

XLV. De eo, qui patris sui testamen-

νονται, καὶ ποινῆς αὐτῶν τυπτόντων, ἢ ὑβριζόντων τινά.

κά. Περὶ ὕβρεων καὶ ποινῆς αὐτῶν.

κβ'. Περὶ βουργησίων ὑβριζόντων στρατιώτην ἢ ἕτερον εὐγενῆ.

κγ'. Περὶ ἰατρῶν.

κδ'. Περὶ τοῦ καθίστασθαι ἐν ἑκάστῃ πόλει δύο ἄνδρας πιστοὺς, ἵνα ἐνώπιον αὐτῶν τὰ λαπτικὰ γίνωνται.

κέ. Περὶ τοῦ μὴ λευκαίνεσθαι πλησίον τῶν πόλεων λινάρια ἢ κάνναβιν, καὶ περὶ ἀποσεσημασμένων ζώων καὶ μνημείων.

κς'. Περὶ τεχνιτῶν.

κζ'. Περὶ τῶν πωλούντων οἶνον.

κή. Περὶ τῶν ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ ἔργα κατασκευαζόντων. καὶ περὶ κτιστῶν, θερισταῖς καὶ λοιποῖς μισθωτοῖς.

κθ'. Περὶ μέτρων, καὶ σταθμῶν, καὶ κανόνων.

λ'. Περὶ ποινῆς τοῦ δόλου τῶν πραγματευτῶν.

λά. Ἐν ᾧ ἡμαρτεν ἢ κατὰ τῶν πραγματευτῶν ποινὴ διπλασιάζεται.

λβ'. Περὶ ἀπολεσθέντων ζώων.

λγ'. Περὶ ποινῆς τῶν κρατησάντων ξένα ζῶα εἰς ἰδίαν χώραν.

λδ'. Περὶ ἀγροφυλάκων.

λέ. Περὶ ποινῆς τῶν παραφρημίων.

λς'. Περὶ ζώων ποιούντων ζημίαν τοῖς ἀμπέλοις, ἢ τοῖς κήποις τινός.

λζ'. Περὶ τοῦ βοσκήσαντος ἐν τοῖς χωρίοις ἐξ ἀνάγκης τὰ ἴδια ζῶα.

λή. Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι στρατιώτην τινὰ τὸν μὴ καταγόμενον ἐκ γένους στρατιωτικοῦ.

λθ'. Περὶ τῶν μεταβαλόντων τὰ βηνικὰ γράμματα.

μ'. Περὶ τοῦ πωλήσαντος νομίσματα νενοθευμένα.

μά. Περὶ τοῦ κλέψαντος νομίσματα ἀργυρᾶ ἢ χρυσᾶ.

μβ'. Περὶ τῶν ἐν ἀγνοίᾳ χρωμένων πλαστῷ συμβολαίῳ.

μγ'. Περὶ τῶν ἐκδιδασκόντων πλασὴν μαρτυρίαν τοῖς μάρτυσι.

μδ'. Περὶ τοῦ ἐξαλείψαντος τοὺς λόγους τῶν μαρτύρων.

μέ. Περὶ τοῦ ἐξαλείψαντος τὴν διαθήκην

τ̃ ἰδίᾳ παιδός.

μς'. Περὶ πλαστογραφίας.

μζ'. Περὶ τ̃ δώσοντος κακὰς ἰατρείας ἢ βλαβερᾶς.

μή. Περὶ τ̃ ποιήσαντος βρᾶμα ἢ πόμα τοῦ ἀγάπης.

μθ'. Περὶ τ̃ δώσοντος φάρμακον, ἢ ἄλλον τινὰ ἰὸν κακόν.

ν'. Περὶ τ̃ μὴ ἐμβάλλεσθαι ἐν τοῖς ὕδασι τοῦ τ̃ ἁλιέων χόρτον, ἐξ ὧ οἱ ἰχθύες ἀπόλλονται, ἢ ἄλλον τινὰ ἰόν.

να. Περὶ τ̃ ποιούντων βρᾶμα ἢ πόμα περὶ ἀγάπης, ἢ ἐξορκισμοὺς ἐφευρισκόντων.

νβ'. Περὶ μοιχῶν καὶ μοιχευομένων γυναικῶν.

νγ'. Περὶ τ̃ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιτρέπειν αὐτῇ μοιχεύεσθαι τὴν ἰδίαν γυναῖκα.

νδ'. Περὶ τ̃ ἔχοντος ὕποπτον τ̃ ἰδίαν γυναῖκα.

νε. Περὶ τ̃ δημοσίως πορευομένων γυναικῶν.

νς'. Περὶ τ̃ γίνεσθαι πάντοτε ἀποχὴν τ̃ κατηγορίας.

νζ. Περὶ μητέρων αἵ τινες καταφρονοῦσι τὰς ἰδίας θυγατέρας.

νή. Περὶ τ̃ κρατήσαντος τὴν ἰδίαν γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ.

νθ'. Περὶ τ̃ κρατήσαντος τ̃ ἰδίαν γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ, τ̃ ὃ μοιχὸν ἐάσαντος.

ξ'. Περὶ τ̃ ὅπου τὰς μοιχείας ἐξετασθῆναι χρή.

ξά. Περὶ ποινῆς τ̃ μαστροπῶν.

ξβ'. Περὶ τ̃ δι' ἔνδειαν καταφρονουμένων γυναικῶν.

ξγ'. Περὶ τ̃ ἐν εἰδότι πωλοῦντος ἐλεύθερον ἄνθρωπον.

ξδ'. Περὶ τ̃ οἰκαύσαντος οἰονδήποτε δόλῳ δόλον.

ξέ. Περὶ τ̃ ἐάσαντος ἑαυτὸν ἐξ ὑψους πεσεῖν, καὶ ἄλλον φονεύσαντος.

ξϛ'. Περὶ ποινῆς τ̃ καταφρονούντων.

ξζ'. Περὶ τ̃ βιοῦντων ἀπολελυμένως, καὶ τὰ ῥιπτὰ παίζοντων, καὶ καπήλων.

ξή. Περὶ τ̃ βλασφημούντων τοῦ τ̃ θεόν.

ξθ'. Περὶ ποινῆς τ̃ ἀπεκδυόντων τοὺς νεκρούς.

ο'. Περὶ τ̃ χρᾶσθαι τοὺς λαοὺς τ̃ δικαστηρίοις ἐν δικαστηρίοις καὶ ἔξω τ̃ δικαστηρίων.

tum deleverit.

XLVI. De falsa scriptura.

XLVII. De eo, qui mala & noxia medicamenta dederit.

XLVIII. De eo, qui cibum aut potum amatorium fecerit.

XLIX. De eo, qui toxicum aut aliud venenum dederit.

L. De non injiciendo in aquas a piscatoribus fœno, aut alio quopiam veneno, quo pisces moriuntur.

LI. De iis, qui cibum aut potum amatorium parant, aut exorcismos inveniunt.

LII. De mœchis & mulieribus adulteris.

LIII. De eo, qui in conspectu suo uxorem adulterium pati permittit.

LIV. De eo, qui uxorem suspectam habet.

LV. De meretricibus publicis.

LVI. *Quod semper repudium in accusatione sit permittendum. *Sic in Latinis Constitution.

LVII. De matribus, quæ filias suas prostituunt.

LVIII. De eo, qui uxorem suam in adulterio deprehendit.

LIX. De eo, qui uxorem in adulterio deprehendit; sed mœchum abire finit.

LX. Ubinam adulteria examinari de iisque judicari oporteat.

LXI. De pœna lenonum.

LXII. De mulieribus propter inopiam prostitutis.

LXIII. De eo, qui sciens liberum hominem vendiderit.

LXIV. De eo, qui per dolum domum cujuspiam incendit.

LXV. De eo, qui se de alto præcipitans hominem occiderit.

LXVI. De pœna prædictorum.

LXVII. De dissolute viventibus, *ad dados ludentibus & tabernariis. * Sic Lat. Constit.

LXVIII. De blasphemantibus Deum.

LXIX. De pœna eorum qui mortuos spoliaverint.

LXX. Quod populi in judiciis & extra judicia Constitutionibus uti debeant.

Ex Diplomate RR. PP. S. Baſilii.

FRidericus ✠ Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ. In eminenti dignitatis Imperialis ſolio conſtituti, tanto propenſiori cura intendere debemus ad protegendas Dei Eccleſias & fovendas, & præcipue loca religioſa in quibus Dei cultores pro ſalute noſtra & omnium fidelium cotidie militant Creatori; quanto nos divina clementia præ aliis orbis principibus exaltavit. Inde eſt quod nos attendentes honeſtatem & religionem Pafnutii venerabilis Abbatis & conventûs Monaſterii Beatorum Petri & Pauli de Spanopetro, in tenimento arenarum exiſtentis, fidelium noſtrorum; divinæ pietatis obtentu, & pro reverentia ipſorum Apoſtolorum in quorum honore Monaſterium ipſum noſcitur eſſe fundatum, Abbatem & Conventum prædictos & ſucceſſores eorum & prædictum Monaſterium cum obedientiis, hominibus, poſſeſſionibus & aliis bonis ſuis, quæ nunc juſte poſſident & in futuro juſto titulo acquirere poterunt, ſub protectione noſtræ celſitudinis recepimus ſpeciali. Diſtrictius inhibentes ne quis Monaſterium ipſum, Abbatem & Conventum prædictos vel ſucceſſores eorum ſuper præmiſſis omnibus contra hujus protectionis noſtræ tenorem temere perturbare aut moleſtare præſumat. Quod qui præſumpſerit, indignationem noſtri culminis ſe noverit incurſurum. Ad hujus autem protectionis noſtræ memoriam & perpetuam firmitatem hoc præſens ſcriptum fieri & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri, anno menſe & indictione ſubſcriptis. Datum Siracuſiæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo-quarto, menſe Auguſto, duodecima Indictione.

RR. PP. S. Baſilii.

MAria Dei gratiâ Jeruſalem, Siciliæ, Ungariæque Regina, univerſis Officialibus quacumque diſtinctione notentur, & aliis univerſis hominibus Ducatûs Calabriæ, harum ſeriem inſpecturis, tam præſentibus quam futuris fidelibus Regiis ſuiſque devotis, ſalutem & dilectionem ſinceram. Perſonas Eccleſiaſticas cultui divino vacantes, illas præſertim quas ſub regulari obſervantia realiter approbat devotio commendanda, Dominico zelo proſequimur, illiſque pro exigentia caſuum favoris noſtri præſidium benivole impartimur. Sic igitur ad notitiam noſtram perducto, quod religioſis viris Archimandritæ & conventui Monaſterii S. Joannis Theriſti de Stilo de Ducatu Calabriæ devotis noſtris in bonis ſtabilibus & mobilibus dicti Monaſterii in ipſo Ducatu ſitis per nonnullos ſuæ ſalutis immemores dampnum, offenſa, injuria & preſſura dampnabiliter inferuntur; motæ ſinceræ devotionis affectu, quo ad ipſos religioſos, Monaſterium & bona ſua Dominico zelo afficimur, & ſub protectione noſtra recepimus & habemus. Quocirca vos prædictos Officiales & alios univerſos præſentium tenore requirimus & hortamur, quatenus dictos religioſos, Monaſterium & bona ſua tum divino intuitu tum noſtræ requiſitionis obtentu benivole proſequentes, velitis habere propenſius commendata, non inferentes eis damnum, preſſuram, injuriam vel

vel offenſam. Audentes in contrarium per opportuna juris remedia vos officiales arctius compeſcendo. Data Neapoli anno Domini M. CCCXX. die penultimo Julii III. Indictione.

Ex Diplomate originali RR. PP. S. Baſilii.

IN nomine Domini, Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo octuageſimo-ſecundo, Indictione quinta, die vero quarta menſis Martii pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Urbani divina providentia Papæ ſexti anno quarto. Actum Romæ ante valvas Eccleſiæ Sancti Petri præſentibus Reverendo in Chriſto Patre Domino Domino Dei gratia Domino Philippo Epiſcopo Squilacenſi. Fratre Nicolao de Saxonia Ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini & Anthonio Barano Clerico Squilacenſi teſtibus, ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis, in præſentia mei Notarii & teſtium ſupra ſcriptorum. Conſtitutus venerabilis Pater Dominus Frater Cyprianus Archimandritus Monaſterii Sancti Johannis de Terriſti Ordinis Sancti Baſilii Squilacenſis Dioceſis, fecit conſtituit & legitime ordinavit ſuum verum & legitimum procuratorem, actorem, factorem & certum nuncium ſpecialem venerabilem virum Dominum Coſmam Criſpi de Meſſana ibidem præſentem & onus procurationis hujuſmodi in ſe ſponte ſuſcipientem, ad offerendum & promittendum Reverendiſſimis in Chriſto Patribus Dominis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus & Domini noſtri Papæ Camerario commune ſervitium offerre conſuetum præfato Domino noſtro Papæ & ſuæ Cameræ, & Dominis Cardinalibus præfatæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, necnon quæcumque ſervitia conſueta pro familiare dari & officialibus ipſorum illas pecuniæ quantitates, de quibus cum ipſis Dominis vel eorum aliquibus ſeu altero poterit concordare loco & terminis per ſupradictos Dominos præfigendis, & obligandum ipſum Dominum Archimandritum dictis Dominis Cardinalibus & Camerario vel eorum alternis ſeu aliis quibuſcumque recipientibus pro Domino noſtro Papa & Collegio ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſupradictæ & ſucceſſoribus bona mobilia & immobilia ſupradicti Monaſterii, & ad veniendum ad curiam Romanam & ſe præſtandum coram eis infra tempus per eos adſtatuendum, & non recedendum de dicta curia quouſque de dictis communibus ſervitiis integre ſatisfecerit & ab ipſis Dominis Cardinalibus & Camerario licentiam receperit redeundi, & ſubmittendum ipſum Dominum Archimandritum & ſucceſſores ſuos & bona prædicta juriſdictioni ipſorum Dominorum Cardinalium & Camerarii & cujuſlibet eorumdem, & ad recipiendum & accipiendum omnia mandata & monitiones omneſque ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti promulgandum (ſic) per prædictos Dominos Cardinales & Camerarium & eorum quemlibet in ipſum Dominum Archimandritum & ſucceſſores ſuos, vel in dictum Monaſterium ſuum, ſi non adimpleverint ſupradicta, vel defecerint in aliquo prædictorum, ad renunciandum in iis omnibus privilegiis, indulgentiis & literis Apoſtolicis conceſſis & concedendis ſibi vel Monaſterio prædicto, de beneficio fori & reſtitutionis in integrum, appoſitis & juris remediis & omni juris auxilio canonici & civilis, per quæ

præmiſſa vel aliquod præmiſſorum poſſunt ſe quomodolibet tueri, & ad recipiendum omnem proceſſum contra ipſum & ſucceſſores ſuos faciendum per eos & eorum quemlibet, quæ contra Prælatorum hujuſmodi ſervitia fieri ſolent, & ad jurandum in animam ſuam promiſſa attendere & inviolabiliter obſervare, necnon ad viſitandum ejus nomine limina Apoſtolorum Sanctorum Petri & Pauli prout tenetur viſitare, & ad faciendum omnia & ſingula quæ circa præmiſſa neceſſaria fuerint ſeu etiam opportuna, & in omnibus ſuis cauſis, litibus & quæſtionibus motis vel movendis in qualibet curia temporali & ſpirituali ad agendum & defendendum, libellum dandum & recipiendum, litem conteſtandum, poſitiones & interrogationes faciendum, partis adverſæ poſitionibus & interrogationibus reſpondendum, confitendum vel negandum, terminos & dilationes petendum & recipiendum & renuendum, teſtes, inſtrumenta, & quælibet alia jura producendum, inducendum, teſtes alterius partis jurare videndum & reprobandum, tenutam capiendum ipſamque bandiri & extimari faciendum, inſolutos recipiendum, ſacramentum calumpniæ & cujuſlibet alterius generis ſacramenti præſtandum, dandum & referendum in animam dicti conſtituentis, appellandum & proſequendum, accuſandum, denunciandum, proteſtandum, contradicendum, opponendum, notificandum. Item ad ſubſtituendum loco ſui unum vel plures procuratores, qui ſimiles procurationes habeant & mandatum, & generaliter ad omnia alia & ſingula libere facienda & exercenda, quæ earum merita & ordo juris exigunt & requirunt & ipſimet conſtituti facere & exercere poſſunt in prædictis perſonaliter ſi adeſſent: dans & concedens dicto procuratori & ſubſtituendis ab eo liberam & generalem adminiſtrationem & ſpeciale mandatum in omnibus & ſingulis ſupradictis, promittens firmum & ratum habere & tenere quidquid per dictum Procuratorem & ſubſtituendum ab eo, factum & geſtum fuerit in prædictis ſub obligatione ſuorum bonorum, & volens ipſum Procuratorem & ſubſtituendum ab omni onere ſatiſdati relevare, promiſit mihi Notario infraſcripto, tamquam publicæ perſonæ ſtipulanti & recipienti, vice & nomine omnium quorum intereſt & intererit de judicio ſiſti & judicatum ſolvi ſub obligatione & pro eo & ſubſtituendis ab eo in omnem caſum & eventum legitime juſſit renuncians (*ſic*) novarum conſtitutionum de fidejuſſoribus.

Et ego Jacobus quondam Arnoldi Clericus Trevirenſis, publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic fierent & agerentur, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, rogatus ſcripſi & publicavi ac ſignum meum appoſui conſuetum in fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Ex Diplomate originali RR. PP. S. Basilii.

SIxtus Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Francisco Abbati Monasterii Sancti Johannis de Piro Ordinis Sancti Basilii Policastrensis Dioceſis, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Exigit tuæ devotionis integritas, quam ad nos & Romanam geris Ecclesiam, ut votis tuis, illis præsertim per quæ divini cultûs succedat augmentum & Christi fidelium devotio accrescat, quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet Monasterium Sancti Johannis de Piro Ordinis Sancti Basilii Policastrensis Dioceſis a primæva sui institutione secundum habitum & morem Græcorum institutum fuerit, ita ut inibi per Abbatem & Monachos Græcos in divinis Altissimo famularetur, & exinde Abbates & Monachi Græci aliquandiu inibi fuerint; Attamen postmodum interdum per Abbates Græcos, quandoque per Latinos, qui illius regimini præfuerunt, rectum extitit & gubernatum: & nunc Monachi Græci in eo penitus defecerunt ac pauciſſimi Græci in partibus illis reperiuntur, quo evenit interdum ut per sæculares Clericos Græcarum & Latinarum litterarum ignaros divina Officia & Horas Canonicas neceſſe fuerit celebrari, prout etiam de præsenti celebrantur. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, populus partium illarum magis Latinum quam Græcum intelligant, & propterea ad Monasterium ipsum pro divinis inibi audiendis cum ferventiori devotionis ardore confluerent si inibi per Monachos Latinos secundum morem Latinum divina celebrarentur Officia; pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut tibi, ne ob Græcorum Monachorum carentiam successu temporis Græcorum forsan & Latinorum Monachorum deficiat conventus, in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi ut in dicto Monasterio in quo ut asseris propter illius fructuum redituum & proventuum diminuitatem a memoria hominum citra non ultra quam tres Monachi residere consueverunt, tres vel quatuor Latinos Monachos ab aliis ejusdem Ordinis Monasteriis ad illud accedere, vel alios alterius Ordinis Monachos seu non Monachos, non tamen Ordinum aliquorum Mendicantium professos, regularem ac Monachalem dicti Ordinis professionem emittere volentes recipere & admittere, & eisdem alterius Ordinis Monachis ac aliis non Monachis dicti Ordinis habitum juxta Latinorum ipsius Ordinis Monachorum morem & regularia instituta impendere: tuque ac ipsi tuo tempore existentes ejusdem Monasterii Monachi in Monasterio ipso vel alibi, si vos forsan ad aliquem alium locum peregrinationis vel aliâ causâ accedere vel declinare contingat, Horas Canonicas dicere & divina Officia celebrare secundum usum Romanæ Curiæ, illumque observare libere & licite valeatis. Quodque in iis alium morem tenere, ac barbam, ad quam deferendum ex regularibus institutionibus ejusdem Ordinis estis adstricti, deferre minime teneamini, Apostolica auctoritate præsentium tenore concedimus & etiam indulgemus; Nonobstantibus præmissis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon aliis statutis & consuetudinibus Monasterii & Ordinis prædictorum, etiam jura-

mento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum conceſſionis & indulti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo-tertio, quinto Kal. Novembris, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Inferius autem hæc alia manu.

Johannes de Burinbellis.
P. de Monroy.

L. Grifus.

Et ſupra plicam.

P. P. Bonadies.
G. dela Fiera.

Data in Camera Apoſtolica.

PALÆOGRAPHIA GRÆCA,

LIBER SEPTIMUS.

DESCRIPTIO MONTIS ATHO.

IN JOANNIS COMNENI DESCRIPTIONEM MONTIS ATHO

PRÆFATIO.

MONS ille Athos apud veteres insignis, & in historia passim memoratus, non minus apud Græcos medii & infimi ævi celebratur, ob frequentiam Monasteriorum, quæ ad hoc usque tempus ad viginti-duo numerantur; ob multitudinem quoque & sanctitatem, ut putant ipsi, Monachorum ibi degentium: qui referente Martino Crusio in Turcograecia, quater mille circiter suo tempore erant. Tanta autem veneratione colitur in Græcia, ut Mons sanctus, ἅγιον ὄρος per antonomasiam vocitetur, ejusque incolæ Eremitæ atque Monachi, Ἁγιορίται, & Ἀθωνίται appellentur; id est, *Sancti Montis*, vel *Montis Atho Monachi*.

Eò frequentes ex variis Orientis partibus accedunt Græci, qui statis anni temporibus Monasteria singula percurrunt, Ecclesias, Reliquias, cellulasque adeunt venerabundi. Europæi vero Occidentales, qui peregrinandi & observandi causa in Orientales regiones profecti sunt; ac itineraria publicarunt, pauca hactenus de Monte Atho ejusque Monasteriis ac Bibliothecis tradiderunt, uno excepto Petro Bellonio Cenomanensi, qui annis ab hinc centum sexaginta circiter, Montis Atho Monasteria omnia peragravit & pauca de singulis tradidit. Hinc est quod parvam hactenus montis Atho, ejusque Monasteriorum, notitiam assequuti simus. Quare nactus nuperam hanc a Joanne Comneno in Valachia Græco vulgari idiomate typis datam montis Atho descriptionem; operæ pretium duxi eam ad calcem hujus Palæographiæ denuo edere adjuncta Latinè interpretatione. Ne quis vero nos extra propositum scopum excurrere arbitretur, perpendat velim hæc ad rem maxime pertinere: nam cum veteris scripturæ Græcæ notitiam, Bibliothecarum insignium com-

memoratio, neceſſariò conſequatur; e re ſane fuit illas item montis Atho Bibliothecas orbi literario declarare: hinc forte pretioſiores, quod hactenus ignotæ fuerint.

Joannes igitur Comnenus Medicus in monte Atho aliquot annis commoratus, deindeque in Valachiam patriam regreſſus, montis Atho deſcriptionem adornavit, Monaſteria ſingula, Eccleſias, Bibliothecas, cellulas & alia quæque, pro modica illa qua inſtructus erat rerum peritia, enarravit: Reliquias, quæ magno ibidem numero ſunt, recenſuit. Miracula vero plerumque multa, narrationi interſerit, etſi longe plura ſe compendii cauſa ſilentio prætermittere profiteatur: nam his abundant maxime omnium Græci.

Quæ de priſca ſingulorum Monaſteriorum origine narrat, quando ea ad remotiora ſæcula pertinent, fabuloſa ut plurimum & inepta ſunt; exempli cauſa, quod ait de Caracalla, quem aliquod ex Monaſteriis montis Atho fundaſſe refert. Non maioris pretii ſunt quæ de Conſtantino magno dicit, de Juliano item Apoſtata, de Theodoſio, de Arcadio & de Pulcheria: nam hæc non fabuloſa modo, ſed etiam ἀσύστατα ſunt, quæ magnam hiſtoriæ & chronologiæ imperitiam arguant: ſecus autem ſe habet de iis, quæ medio & infimo ævo geſta refert: nam ea utpote ex Monaſteriorum inſtrumentis, ex picturis & inſcriptionibus excepta, fide digniora ſunt.

Miretur quiſpiam poſt tantas Barbarorum irruptiones, annis circiter trecentis poſt ſubactam a Turcis Theſſalonicam cum aliis circumpoſitis locis, tot Eccleſias & Monaſteria uno in monte integra manſiſſe; ita ut nihil ibi a priſca magnificentia & opulentia detractum ſit. Si fides Joanni Comneno, omnia ibi præſtantiſſima ſunt, nihil non admirandum, nihil non incomparabile. Verum etſi more Græcorum ille modeſtæ narrationis metam ſæpe tranſgreſſus ſit: ex iis tamen quæ minutatim recenſet videtur ibi multa ſupereſſe ſpectaculo digna, quorum deſcriptio Lectori perjucunda futura eſt.

Innati in Romanam ſedem odii hic ſigna non pauca deprehendas, ex iis quæ a Romano Pontifice in Monaſteriis montis Atho geſta feruntur in hac Deſcriptione: quæque non falſa modo ſunt; ſed & talia ut ne potuiſſe quidem accidere videantur: cujuſmodi eſt illud, Pontificem Romanum in montem Atho profectum Monaſteria quædam expilaſſe & incendiſſe, quod Monachi illic degentes nollent eum adorare. Hujuſmodi artificio utuntur Græciæ primores & Præſules, ut cæteri Græci, odioſis hujuſmodi narrationibus decepti, in ſchiſmate detineantur, nec ſemel conceptum in Romanum Pontificem odium umquam ponant: qua in re non irritus conatus fuit.

Quia vero in Itinerario Bellonii quædam de Montis Atho Monaſteriis & Monachis narrantur ſcitu digna, & a Joanne Comneno vel prætermiſſa, vel carptim memorata; non ab re erit quædam inde excerpta hic apponere, quæ Joannis Comneni hiſtoriæ lucem adferant. Libro itaque primo, cap. 35. hæc habet Bellonius, ex Gallico idiomate Latine verſa.

» Mons Athos a multis jam ſæculis Monachorum tantùm domicilium fuit:
» hactenuſque nemini conceditur, ſive Græcus ſive Turca fuerit, ibi ſedes po-
» nere, niſi Calogerus ſit. Calogeris uxorem ducere, aut habere non licet, licet
» id Preſbyteris Græcis minime vetitum ſit. A carnibus toto vitæ tempore abſ-
» tinent, imo etiam in Quadrageſima aliiſque anni tempeſtatibus a piſcium
» ſanguinem emittentium uſu. Parce admodum ſobrieque victitant, cibo ut
» plurimum utuntur baccis olivarum, non conditis ſale, ut apud noſtrates; ſed

maturis, nigricantibus & aridis ad modum prunorum. Quoniam vero in variis montis partibus ſex circiter mille Calogeri numerantur, ac Monaſteria pene 24. antiqua & fortiſſimis muris inſtructa, partim ad maris oram, partim in continenti poſita; ubi adventantium frequentiæ ad victum neceſſaria gratis ſuppeditantur, ut expertus ego ſum, qui hæc Monaſteria inviſi; operæ pretium duxi hæc omnia Cœnobia nominatim & per ſitûs ordinem recenſere: ibi namque Græcus ritus accuratius ſemper obſervatus eſt; indeque factum, ut Calogeri montis Atho religionis famâ præſtantiores cæteris habeantur.

Quæ Græcorum ritui & partibus adhæſerunt nationes, hæ ſunt; Circaſſi, Valachi, Bulgari, Moſcovitæ, Ruſſi, Polonorum magna pars; Mingreliæ, Boſniæ, Albaniæ, Sclavoniæ populi, Tartarorum pars, ſimiliterque Servorum & Croatorum; ac etiam quotquot Euxini Ponti oram incolunt. Hi autem univerſi montis Atho Monachos ſummo in pretio habent, pluriſque faciunt, quam cæteros omnes qui in iſto monte non vixerunt. Ipſi etiam Turcæ, quibus parent omnes ſupra memoratæ gentes, tali tamque ſancto vitæ genere permoti, multa Monachis iſtis erogant. Monachi vero Monaſteriorum montis Sinaï, montis Libani, Eremi S. Antonii, Tauri, & aliorum locorum ad oram maris Rubri; itemque Antiochiæ, Alexandriæ, Jeroſolymæ, Damaſci, aliorumque ditionis Turcicæ locorum, ſi aliquamdiu in monte Atho manſerint, majori in pretio apud Chriſtianos illarum partium habentur.

Inter illos ſex mille circiter numero Monachos ejuſdem montis, nemo otioſus eſt, deputato operi ſinguli vacant. Mane quiſque egreditur inſtrumentum ſuum pro labore manuum geſtans, pro victu vero panem & cepe. Alii vineas ligone fodiunt, alii ligna ſecant, alii naviculas ſtruunt. Iſtic ſarcinatores habentur, latomi, lignarii, quidam texendis ad veſtitum pannis vacant: craſſo quippe ſimplicique veſtitu utuntur: non lineis autem, ſed laneis induſiis veſtiuntur. Hic item ſutores habentur, molendinarii, aliique cujuſvis generis artificices; ita ut numquam operæ extrinſecus evocentur, aut conducantur, cum ipſi Monachi ſint ad omnia præſtanda ſatis. Si quis inops, amiſſa uxore, aut juvenis ſæcularis vitæ pertæſus, accedat Monaſticam vitam profeſſurus, facultates, ſi quas habet, Monaſterio confert, & admittitur. Ibi nemo frater vocatur; omnes vel patres vel filii compellantur. Quiſque ad opera, quibus idoneus exercitatuſque eſt, deputatur. Qui Græce legunt, aut tantilla literarum peritia inſtructi ſunt, aliis quodammodo anteponuntur, & in choro cæteris canentibus præeunt. Ibi pauciſſimi Preſbyteri ſunt, qui tamen, perinde atque alii, operibus manuum vacant. Hinc vero fit ut lectionem, ſcriptionem literarumque ſtudium negligant, & in craſſiſſima ignorantiæ verſentur. Olim doctiores Calogeri fuerant, nunc autem in tanta Monachorum multitudine vix unum duoſve ſingulis in Monaſteriis reperias, qui legant aut tantillum literarum ſciant.

Hæc variis in locis Bellonius, qui Monaſteriorum montis Atho ſtatum conditionemque, qualis ſuo tempore erat, depingit. Hæc vero ſcripſit ille anno ſalutis 1553. Nunc autem, ſi fides Joanni Comneno, literatiores ſunt Monachi Athonitæ, lectionibus vacant, libros deſcribunt: multique ſunt quibus hoc unum opus aſſignatur, ut infra videas in decurſu opuſculi ejus. De montis autem ſitu atque forma hæc habet Bellonius.

Ut montis Atho ſitus atque forma delineetur: effinge tibi hominem ſupi-

» num & in mari proſtratum ab occidente ad meridiem, qui oram pedibus » contingat. Ut autem homo ſupinus junctis pedibus, ab ipſis pedibus ſtrictior » anguſtiorque eſt, quam a cæteris partibus, ſenſimque diſtenditur uſque ad » humeros: ab humeris rurſum anguſtiorem partem exhibet, nempe collum; » deinde craſſiorem, cæteriſque omnibus eminentiorem partem effert, nempe » caput: ita quoque ſi e montibus Macedoniæ in montem Atho reſpicias, quaſi » hominem in mari extenſum contempleris: nam ut retroverſus ſimilitudinem » ducamus, in extremo peninſulæ hujus mons celſiſſimus, quaſi caput, erigitur, » conſpiciturque a mari procul milliaribus pene centum: deinde ad colli partes » ſtrictior repræſentatur, humeros exinde latiores & eminentiores exhibet: » ſtringitur poſtea uſque ad umbilicum: coxendices latiores & inflatiores habet, » hinc ſenſim extenuatur uſque ad genua, quæ majorem in modum prominent: » poſtea rurſum ad pedes uſque conſtringitur: a pedibus demum continenti » hæret, & ſic quaſi Cherſoneſum, humani proſtrati ſupinique corporis figura » repræſentat.

» Montis aditus undique ardui ſunt etiam peditibus, maxime autem equitan- » tibus. Ibi, ut diximus, ad quinque ſexve millia Monachorum numerantur, » in Monaſteriis ſcilicet 23. aut 24. degentium. Nam pro ſingulis Monaſteriis » ducenti ſaltem Monachi numerari poſſunt, etſi non par in ſingulis multitudo » habeatur; alia quippe Monaſteria 300. habent; alia 200. quædam 150. non- » nulla 100.

Monachorum, qui hodie montem Atho incolunt, numerum non indicavit Joannes Comnenus; ſed ad aliquot millia hodieque pertingere indicat, ubi ait Χιλιάδας adhuc eſſe in Monaſteriis iſtis.

» Omnia illa Monaſteria, (pergit Bellonius,) firmiter ſtructa ac muris præ- » cincta ſunt, ad hoſtiles incurſus reprimendos, coërcendoſque piratas, quo- » rum incurſionibus, utpote ad oram maris ſita, opportuna forent. Ipſi tamen » piratæ, pietate gravitateque Monachorum permoti, improbas nefariaſque » manus abſtinent, ne iis damnum inferant: ac licet quoſvis obvios, etiam » propinquos ſibi & cognatos, captivos abducant, ut divendant & pecuniam » inde corradant; Monachos tamen iſtos liberos ſinunt, nec exportare ſolent.

» Hunc montem antiquitus ſanctitatis Monachorum fama claruiſſe non du- » bitandum. Hodie autem æque celebris apud Græcos eſt, atque Roma apud » Latinos. Græcis hodiernis vocatur ἅγιον ὄρος, *mons ſanctus*. Quotquot in monte » Atho vel negotiorum cauſa, vel viſendi & luſtrandi animo iter agunt, ad » victum neceſſaria, nullo ſoluto pretio, in Monaſteriis accipiunt; nimirum » eadem ipſa, quibus Monachi victitant, olivarum baccas aridas, cepas crudas, » fabas ſale conditas, panem aridum (*biſcuit*,) raro alium recens coctum, piſces » conditos, vel recens eductos ex aqua: ad oram quippe maris Monaſteria po- » ſita ſunt; ſed alia ab aliis interdum longe diſtant: eorum præcipua habentur, » *Batopedium & Agia Laura*.

» Maris commodo utuntur ingenti, tum quia inde omnia quæ uſui ſunt ad- » vehuntur, tum quia ex piſcatione proventum habent. Ex platanis naviculas » ſtruunt, ac plerumque ex uno platani trunco, excavato & ad uſum commodo, » nonnumquam ex binis truncis mutuo conjunctis, ſcapham efficiunt, & cum » retibus piſcantur. Monaſterium dictum *Agia Laura*, inter præcipua connu- » meratum, ad pedem celſiſſimi montis illius, qui proprie Atho vocatur, ſitum » eſt, e regione Lemni inſulæ. Ibi vero trecenti circiter Calogeri verſantur.

Reſtat

Reſtat ut Monaſteriorum omnium, quæ in variis montis partibus habentur, « nomina recenſeamus. «

Ex Macedonia proficiſcentibus, & oppidulum nomine *Hiericzos* tranſgreſ- « ſis, occurrit iſthmus Peninſulæ iſtius, qui vocatur *Aladiefna*. Deinde trajecto « iſthmo venitur ad *Prucalas* : tum collis conſcenditur nomine *Megalivigla*. Ibi « die noctuque excubiæ aguntur, maxime cum piratarum acceſſus timetur. Hye- « riczos olim pagus erat peramplus; ſed octo ab hinc annis magni Sultani juſſu « muris præcinctus fuit, ut piratarum incurſiones tali præſidio coërceri poſ- « ſent. A Megalivigla, ſive magna villa, profectis fons ille primus occurrit, qui « a Græcis vocatur *Protonero*, (i. prima aqua,) quo præterito, pervenitur ad « Monaſterium *Sguraf* (Zographi) dictum. Cum ultra proceditur ad orientem, « vel ad oram maris, itur ad aliud Monaſterium nomine *Chelandari*, (Chi- « lantari,) deinde ad Monaſterium dictum *Simeon*, (Simeni,) pulcherrimum « & jucundiſſimum ; ſed longe præſtat illud, quod poſtea offenditur, *Vatopedi*, « (Batopedii vel Vatopedii,) majus, elegantius & opulentius altero. Ex Vato- « pedio proceditur ad *Pantocratorou*, (Pantocratoris,) inde ad *Yvero* (Iberorum,) « quod Monaſterium in parvo colle ad oram maris ſitum eſt. Ex Yvero itur « ad *Philotheou* (Philothei) Monaſterium : inde ad *Caracoul* (Caracali:) quod Mo- « naſterium verſus montem altum ex poſtremis eſt : nam quod in ipſis celſiſ- « ſimi illius montis Atho radicibus ſitum eſt, *Laura* vocatur. Ex Laura profi- « ciſcentibus verſus alteram montis partem, multa item Monaſteria viſuntur, « tum ad oram maris, tum procul a mari in terris poſita. Quod primum oc- « currit eſt Monaſterium *Agiou Paulou*, (S. Pauli,) e regione inſulæ, Sciros di- « ctæ : ſequitur poſtea *Dioniſio*, (Monaſterium Dionyſii.) Ulterius autem *Gly-* « *goriou*, (Gregorii.) Inde venitur ad *Ruſſio*, (Monaſterium Ruſſorum,) quod « Ruſſiæ contributum eſt. Deinde occurrunt *Xenopho*, *Archangelos*, *Dioche-* « *rio*, (Dochiarii,) & *Caſtamoniti*. Hæc Monaſteria circum montem ad oram « maris ſunt : quæ ſequuntur autem procul a mari, in vallibus & ſylvis ſita « ſunt; *Simonpetra*, *Ichares*, (Caræs,) *Protato*, *Cothleomuz*, (Cuthlumuſæ,) « *Philotheou*. «

Eadem pene Monaſteriorum nomina ſunt infra in Deſcriptione montis Atho, a Joanne Comneno adornata; ſi quid vero interſit diſcriminis, vel ex mutatione quadam longo temporis decurſu accidit, vel potius quia Bellonius, utpote peregrinæ linguæ, aliquot vocabula ſecus deſcripſit.

Ne mireris autem tot Monaſteria hoc in monte ſtructa fuiſſe, longitudo « quippe ejus trium dierum itineris eſt, latitudinem autem vix ſex horarum ſpa- « tio emetiare. In Monaſteriis iſtis multæ ſacræ reliquiæ ſunt. Peregrinorum pie- « tatis & religionis cauſa adventantium concurſus eſt. Eccleſiæ magnifice ſtru- « ctæ & ornatæ, ubi divina Officia Græce perſolvuntur. In Eccleſiis habentur « candelæ lampadeſque ardentes. Imagines quoque, tum ſtatuarum more, tum « planæ & in ſola ſuperficie depictæ, haud ſecus quàm apud Latinos. Campa- « narum item uſus apud Græcos eſt : liberius tamen iis utuntur qui Venetis pa- « rent, quam qui Turcis. Apud utroſque ferrum adhibent brachii longitudine, « recurvum, trium digitorum ſpiſſitudine, Eccleſiæ januæ ſuſpenſum, quo gran- « dem ac campanarum ſonitui fere ſimilem ſtrepitum edunt. In monte non alio « ad officium ſigno utuntur. «

De Imaginibus ſtatuarum more in monte Atho ſervatis alios audivi narrantes. Joannes vero Comnenus Imagines perſæpe memorans, ſtatuas ab aliis Imaginibus non diſtinguit.

„ In monte Atho, nec gallinæ nec columbæ, nec alia quævis avium genera „ aluntur: hæc nomine tenus norunt illi. Inde pariter exulant oves, boves, &c. „ quia carnibus non vescuntur. Equos item nullos habent.

„ In monte Atho olim multi optimi Codices manuscripti erant, antiquitus „ enim longe doctiores Monachi erant quam hoc tempore: hodie quippe vix „ unum literatum hominem in singulis Monasteriis reperias. Habentur tamen „ hactenus in istis Cœnobiis Theologici libri; Poëtici autem, Historici, vel Phi- „ losophici nulli. Id haud dubie adscribendum posteriorum Græcorum negli- „ gentiæ, qui a prisco literarum studio prorsus degenerarunt. Nec ætate solum „ nostra, sed a multo jam tempore, literarum & lectionis incuria obtinuit, „ secus quam apud Latinos hodiernos. Ecclesiæ quippe Græcæ Præsules & Pa- „ triarchæ, Philosophiæ adversarii, excommunicationis sententiam tulerunt in „ Presbyteros & Monachos, qui quosvis alios, præterquam Theologiæ, Libros „ scriberent aut legerent, docentes videlicet Christianis non licitum esse aut „ poësi aut philosophiæ vacare. Ab hujusmodi vero excommunicatione Pres- „ byteri & alii sacris ordinibus initiati absolvi non poterant, nisi jejuniis, pe- „ cuniarum mulcta, aut aliis corporeis afflictationibus, satisfactionem de- „ disserent.

De Libris & Bibliothecis montis Atho non poterat Bellonius, qui in transcursu hæc viderat, accurate mentionem facere, major fides habenda Joanni Comneno, qui in Monasteriis montis Atho diu commoratus, bibliothecas multas Manuscriptorum veterum variis in Monasteriis esse narrat; & quidem non Theologicis modo Libris, sed & aliis etiam ad varias disciplinas spectantibus instructas esse dicit. Quod ait autem Bellonius excommunicationis sententiam a Præsulibus Patriarchisque Græcis latam fuisse adversus Presbyteros aut Monachos, qui alios, quam Theologiæ Libros exscriberent aut legerent; in quibusdam solum Ecclesiæ Græcæ regionibus vim habere potuit. Nam ut quisque videre possit in subscriptionibus Calligraphorum, quas sub finem Libri primi ordine Chronologico recensuimus, a decimo sæculo Presbyteri atque Monachi Libros Philosophiæ, Astronomiæ, Poëtices, ac historiæ scripsisse frequenter deprehenduntur: eodemque ipso, quo Bellonius orientales regiones peragrabat, tempore; Mathusalas Machir Monachus Libros Aristotelis partim in Monasterio montis Sinaï, partim in Monasterio Sancti Sabæ in spelunca Jerosolymis descripsit, & quidem ad usum suum, ut idem ipse profitetur in nota ad calcem Libri: Librumque Aristotelis, divinissimum, θεῖον, appellat. Cum autem hæc palam & adscripto nomine proprio facerent, rem non fuisse vetitam, nec improbatam, satis superque declarabant.

„ Omnia supra memorata Monasteria, (pergit Bellonius,) a diversis natio- „ nibus antiquitus fundata sunt, constituto reditu ex variis illis terræ partibus „ transmitti solito, idque ad hanc usque diem; ex Russia nimirum, Valachia, „ Trapezunte; ex quibusdam item Italiæ partibus & ex ipsa Roma. Narrabant „ Calogeri Monasterii Vatopedi, Romæ sibi proventus aliquos constitutos esse, „ qui non amplius solverentur: & dum Russi, Valachi, Bosni, Mingrelii, „ Circassii, Moscovitæ, vectigales Turcorum, variæque linguæ gentes, redi- „ tus annuos sibi accurate transmittebant, amissos tamen esse, qui apud Lati- „ nos solvebantur.

„ Mons ille celsissimus ad extremum Chersonesi positus, in cacumine nive „ semper opertus est. Totus vertex arduis rupibus constat. Clivus autem borea-

lis, ubi nix diutius perſeverat, herbis, plantis arboribuſque abundat; ſecus « autem Auſtralis, qui aridus nuduſque eſt, maxime verſus cacumen, quod « ad piri formam accedit; eſt quippe acutum & rotundum. In ſummo vertice « Sacellum eſt, quo pergunt quotannis Monachi S. Lauræ ad radices montis « poſitæ, Liturgiam cum cantu celebraturi; ſtatuta ſcilicet die, quam puto eſſe « feſtum S. Mariæ ad Nives in menſe Auguſto: (atqui, ut Joannes Comnenus « ait infra, die ſequenti, nempe feſto Transfigurationis, eo concedunt.) Ex mon- « tis Atho cacumine circumpoſitas inſulas & regiones clare videbamus, nempe « Caſſandriam, (Schiato vocant Græci,) Scyron, Lemnum, Thaſum, Samo- « thraciam, Imbrum. Ne diuturniores ibi moras traheremus frigore nimio de- « territi, tametſi in æſtate media, ad ima deſcendimus. «

Hæc de monte Atho Petrus Bellonius, quicum Joanne Comneno ubique fere conſentit, quæ autem a Bellonio ſparſim ut fors tulit deſcripta ſunt, ſecundum argumenti rationem ſuo ordine poſuimus. In narratione vero Joannis Comneni quædam ſubinde occurrunt, ſecundùm opinionem Græcorum hujus ævi recenſita, quæ intelligere & explicare haud ita facile eſt; ut verbi gratiâ cum ait Deiparæ quamdam Eccleſiam, eſſe unam ex viginti-quatuor domibus Beatiſſimæ Virginis Mariæ, innuit ſane viginti-quatuor hujuſmodi domos a Græcis hodiernis numerari, quarum nomina neſcio an uſpiam penes nos habeantur. Itemque cum ait montem Atho eſſe unum ex duodecim celſiſſimis totius orbis montibus; indicat ſane duodecim montes ſublimitate præcipuos a Græcis exiſtimari, quos tamen ille non nominat. Veriſimile autem eſt Græcos, utpote Geographiæ minus peritos, de montibus ſolum ſibi notis agere, neque iis connumerare montes illos a Regionibus ſuis procul poſitos, quibus nec Athos, nec Olympus, neque Parnaſſus comparari poſſunt, ut ſunt Picus Teneriffæ, montes Æthiopiæ Habeſſiniæ & alii.

In Deſcriptione ſua Joannes Comnenus voces adhibet, quæ hodiernis illarum partium Græcis in uſu ſunt; ſed pleriſque aliarum regionum Græcis vel ignorantur, vel ad alias res ſignificandas uſurpantur, ut fere fit ubique gentium: nam in ſingulis pene civitatibus peculiares quædam voces adhibentur, quæ ne vicinioribus quidem in uſu ſunt. Major vero difficultas oritur, cum voces illæ ad artes quaſdam, ad officinas, ædificiorum partes & ſimilia pertinent, ubi præſertim ſeries non juvat ad intelligentiam. Quamobrem ſimilia vocabula interdum divinando vertimus.

Hujuſmodi ſunt βαγλαρξα, *vagenaria*, quæ inter officinas Monaſteriorum recenſentur. Sciſcitatus autem Græcos nonnullos, quid hac voce ſignificetur, nihil notitiæ accepi: aiebant enim non eſſe in uſu in Regione ſua: mecum autem ducta ratione, putavi nihil aliud eſſe poſſe, quam torcularia, ſive officinam vino conficiendo: nam in monte Atho multas eſſe vineas, ex iiſque vina conficere Monachos, exploratum eſt: atque adeo non debuit inter varias officinas illa, quæ huic miniſterio deputata eſt, præteriri. In deſcriptione igitur magnæ Lauræ hanc officinarum enumerationem, Ἐν αὐτῇ πόλῃ ἰδῃ τοὺ πατήρων τὰ μαγκιταξα, τὰ νοσοκομξα ὅϱῳ πιὸ ἀσθενξς, τὰ βαγλαρξα, ἐλαιοτεύξα, τζαγκαρξα, ῥαπλαρξα κ τὰ λοιπά· ita vertimus; *Ibi videas Patrum piſtrina, noſocomia, ſive infirmorum domicilia, torcularia, olei conficiendi officinas, itemque ſutorias & ſarcinatorias, & reliquas.* Plus negotii faceſſit vox κοῦμπεδες, quæ ter occurrit in hac Joannis Comneni deſcriptione, quam, ex ſerie conjecturam ducens, verti *tholos*; tholus autem vulgo *Coupole* dicitur,

aut, *Dome*. Alia ſimilia vocabula multa obſervare quiſque poterit, quæ hîc recenſere longum eſſet.

Idioma Græcum vulgare eſt, quod Græco-barbarum vocare ſolent Scriptores nuperi; ubi non modo voces peregrinæ cum Græcis permixtæ paſſim occurrunt; ſed etiam tota ſyntaxis depravata, accentus inſolenti modo ſcripti, ſecundum morem hodiernorum Græcorum, qui mirum quantum a priſca Græci ſermonis elegantia degeneraverint. Græca porro Joannis Comneni, qualia in Monaſterio Synagobi in Valachia typis edita ſunt, hic repræſentamus.

Joannes vero Comnenus non modo montem Atho & Monaſteria ejus ſingula deſcripſit; ſed etiam montis & Cœnobiorum proſpectum & ſitum binis in Tabellis æri inciſis depingi curavit, quarum altera orientalem, occidentalem altera montis proſpectum exhibet: utramque vero damus poſt Præfationem Joannis Comneni.

In fine habetur Periodus ſive circuitus montis Atho, a Porphyrio Nicæno Patriarcha verſibus Politicis, ut vocant, deſcriptus. Ubi quo ordine Monaſteria luſtranda, & quæ in ſingulis agenda ſint rhythmicè narratur.

In montis Atho nomine & declinatione quædam apud veteres, tum Græcos tum Latinos, varietas obſervatur; alii quidem, Ἄθως, gen. Ἄθω, dat. Ἄθῳ, acc. Ἄθων, dicunt, & pari modo Latine *Athos*, *Atho*, *Athon*. Alii vocem Ἄθω indeclinabilem habent per omnes caſus; alii ſic dicunt, Ἄθων, Ἄθωνος, Ἄθωνι, Ἄθωνα, & ſic vulgo Joannes Comnenus; atque ita quidam veteres Latine dixerunt, *Athon*, *Athonis*, *Athonem*.

ΠΡΟΣΚΥΝΗΤΑ'ΡΙΟΝ τ̃ ἁγίυ ὄρυς τ̃ Α'θωνος.

PROSCYNETARIUM Sancti Montis Atho.

Συγγραφὲν μὲν κ̀ τυπωθὲν, ὑπὸ τ̃ γαληνιωτάτης ἡγεμονίας τ̃ εὐσεβεστάτου κ̀ λαμπροτάτου κ̀ ὑψηλοτάτου Αὐθέντυ κ̀ ἡγεμόνος πάσης Οὐγγροβλαχίας Κυρίυ Κυρίυ Ἰωάννυ Κωνσταντίνυ Βασαράβα Βοεβόδα. Α'φιερωθὲν δ', τ̃ παναγιωτάτῳ Μητροπολίτῃ Οὐγγροβλαχίας Κυρίῳ Κυρίῳ Θεοδοσίῳ.

Conſcriptum & typis datum Sereniſſimo Principe, piiſſimo, clariſſimo & celſiſſimo Authente & Duce univerſæ Ungarovlachiæ Domino, Domino Conſtantino Vaſſaraba Vœvoda. Dedicatum autem ſacratiſſimo Metropolitano Ungarovlachiæ Domino, Domino Theodoſio.

Σπουδῇ κ̀ δαπάνῃ τ̃ λιάν ἐντίμυ Ἰατροῦ Κυρίυ Ἰωάννυ τ̃ Κομνηνῦ. Ἵνα δίδωται χάρισμα τοῖς εὐσεβέσι εἰς ψυχικὴν αὐτ̃ σωτηρίαν.

Cura & ſumtibus clariſſimi Medici Domini Joannis Comneni; ut piis gratia detur ad ejus animæ ſalutem.

Τυπεῖς Α'νθίμυ Ἱερομονάχυ τ̃ ἐξ Ἰβηρίας. Ἐν τῇ μονῇ τ̃ Σιναγώβυ. ᾳ.ψ.ά.

Typis [b]Anthimi Hieromonachi ex Iberia in Monaſterio Synagobi, 1701.

Sub Inſignibus ejuſdem Vœvodæ.

Φαίδιμος ἐκ προγόνων Κωνσταντῖνος Βασαράβας
Κοίρανος Οὐγγροβλάχων, οὓς διέπει μακάρως
Χριστὸν ἔχων ἐπίκουρον εἰς βιοτῆς ἰδ' ἐποπτῶν;
Πρεσβείαις κλυτῆς Θεοτόκου Μαρίης.

Clarus ex atavis Conſtantinus Vaſarabas
Princeps Ungarovlachorum, quos feliciter regit
Chriſtum habens vitæ ſuæ adjutorem & inſpectorem,
Interceſſionibus præclaræ Deiparæ Mariæ.

Τῷ Παναγιωτάτῳ κ̀ Θεοτροφεβολήτῳ Μητροπολίτῃ, τ̃ ἁγιωτάτης μητροπόλεως Οὐγγροβλαχίας ὑπερτίμῳ κ̀ ἐξάρχῳ πλαγίων Κυρίῳ Κυρίῳ Θεοδοσίῳ, τῷ σεβασμιωτάτῳ μοι ἐν Χριστῷ Πατρὶ κ̀ δεσπότῃ, τὴν ὀφειλομένην προσκύνησιν.

*Sacratiſſimo & a Deo electo Metropolitano ſanctiſſimæ Metropolis Ungarovlachiæ hypertimo & Exarcho * Plaginorum Domino Domino Theodoſio, venerabiliſſimo mihi in Chriſto Patri & Domino, piam reverentiam.*

* Πλαγίων.

Νόμος ἐστὶν ἀρχαῖος κ̀ πάτριος (πανιερώτατε κ̀ σεβασμιώτατε Δέσποτα) ὅτι τὰ ἱερὰ τοῖς ἱεροῖς ἁρμόττει πάντοτε, ὡσαύτως ὅπου πρέπει τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον, ἀλλὰ πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ

VEtus & patria lex eſt, (ſacratiſſime & colendiſſime Domine,) ſacra ſacris ſemper & ubique congruere: quandoquidem convenit, ſimile, non cum diſſimili, ſed cum ſimili

a Προσκυνήσεων, *Proſcynetarium*; a προσκυνέω, *adoro, veneror*: id eſt, Deſcriptio locorum, quæ pii venerari ſolent.

b Hujus Anthimi mentio habetur in Diario Italico, p. 437.

coaptare. Libros autem de ſacris rebus ediſſerentes, quibuſnam aliis expediat offerre & conſecrare, quam ſacris viris ; præſertim vero ſi fuerint iſti, aut Antiſtites ſacrorum, animarum curatores & rationabilis gregis paſtores, aut patroni eorum de quibus narratio inſtituitur ? Quamobrem ſub veſtræ Sanctitatis tegumentum jure confugit hic Libellus, quippe cum ſit ſacroſancti montis Athonis Proſcynetarium ; veſtra autem a Deo electa Sanctitas ſummi & ſacris myſteriis addicti ſacerdotii dignitatem obtineat, atque una ab annis plus triginta Ungaro-Vlachiæ, ſub Dei tutela poſitæ, rationabilem gregem legitime & pie in cana ac venerabili ſenectute gubernet, omni virtutum genere exornata. Ad hæc vero magna ipſi eſt cum hujuſce Libri argumento affinitas : quoniam hunc Montem, ſancti cognomine ornatum, tantopere colit ac protegit, ut ipſum patriam ſuam frequenter nuncupare non dubitet : in quo etiam per annos multos verſata eſt, ac piis aſceticiſque exercitiis cum ingenti perſeverantia & in receſſu vacavit : a quo ſane numquam diſceſſura erat, niſi Dei providentia omnia ſapienter adminiſtrans ipſam inde evocaſſet, ut ei ſacra hujuſce ſanctiſſimæ Metropolis gubernacula traderet. Duo autem me ad hujuſce deſcriptionem adornandam perpulerunt ; primo, quia de ſacris quidem ac venerabilibus ſanctæ Dei civitatis Jeroſolymæ locis, necnon de monte Sina, Dei acceſſibus conſecrato, plurima Proſcynetaria perſæpe facta ſunt ; de ſancto autem Monte nullum umquam : non quod res a ſapientibus viris, docte & accurate pertractata non fuerit ; ſed quia tempus omnia conſumens hæc cum multis aliis bonis aut delevit, aut occultavit. Secundo ad id præſtandum me permovit rogatus hortatuſque amicorum quorumdam, id tantum curan-

ἐφαρμόζεται ὅμοιον. Τὰ γὰρ περὶ ἱερῶν τινων πραγμάτων ἀφελαμβάνοντα βιβλία εἰς ποίους ἄλλους ἤθελεν ἦσαι ἁρμοδιώτερον νὰ προσφέρωνται καὶ νὰ ἀφιερώνωνται, παρὰ εἰς ἄνδρας ἱερεῖς. καὶ μάλιστα ἐὰν ἤθελεν ἦσαι οἱ ποιμένες ἢ ὀπτικάται ἱερῶν, καὶ καθημένες ψυχῶν, καὶ λογικοῦ ποιμνίου ποιμένες, ἢ ἀντιλήπτορες τῶν περὶ ὧν ἡ σκέψις ἀφελαμβάνουσιν. ὅθεν προσπίπτων ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς ὑμετέρας σεμνειρότητος ὁ πρόλογος μικρὸν βιβλιάριον· ὡσάν ὁποῦ εἶναι τοῦ ἱεροῦ καὶ ἁγιωνύμου ὄρους τοῦ Ἁγίου Προσκυνητάριον· ἢ γὰρ ὑμετέρα προσηγόλητος σεμνειρότης εἶναι μὲν τελισμένη καὶ μὲ τὸ τελεταρχικὸν καὶ ἱεροτελεστικὸν τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα, ποιμαίνει γὰρ καὶ τὸ σήμερον τῆς προφουρήτου Οὐγγροβλαχίας λογικὸν ποίμνιον ὑπὸ τοὺς περιάκοντα ἤδη χρόνους νομίμως τε καὶ φιλοσοφῶς ἀρχιεραλβεύσα ἐν πρεσβυτικῇ καὶ αἰδήμονι πολιᾷ· κεκοσμημένη μὲ ὅσων φιλοσοφῶν ἀρετῶν. ἔχει δὲ πρὸς ταῦτα καὶ πολὺ τὸ οἰκεῖον πρὸς τὰ ἐν τούτῳ δηλούμενα εἰς ποσῶτον ὑμᾶς καὶ ὑπαναπτύσσει τὸ ἁγιώνυμον ἐκεῖνο ὄρος, ὁποῦ συχνάκις καὶ ἰδίαν τὸ ὀνομάζει πατρίδα· μὲ τὸ νὰ ἐδιάτριψε, καὶ νὰ ἐπροσγυμνάσθη ὑπὲρ χρόνους πολλοὺς ἀσκητικῶς εἰς αὐτὸ, μὲ ὑπαρδολλυσθὴν καρτερίαν ἐν ἡσυχίᾳ· ἀπὸ τὸ ὁποῖον οὐδὲν ἤθελε τὸ σπουδάσειν ποτὲ μακρυσθῆναι, αἰ μὴ τὰ πάντα σοφῶς διοικοῦσα ἡ Θεοῦ πρόνοια δὲν ἤθελε τὴν ἀπαιτήσει ἐκεῖθεν, εἰς τὸ νὰ τὴν ἐγχειρίσῃ τοῖς ἱεροῖς ταύτης τὰ ἁγιωτάτης μητροπόλεως οἰακας. ἐμὲ δὲ δύο ὑπῆρξαν τὰ κινήσαντα πρὸς τὴν τοιᾶδε συγγραφὴν αἴτια· ἐν μὲν, ὅτι καὶ περὶ τε τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἱερῶν καὶ σεβασμίων προσκυνημάτων, καὶ τῶν ἐν τῷ προαιρέτῳ ὄρει Σινᾶ, ἐπέτυχον πολλαχοῦ ἀφόρητα προσκυνητάρια, περὶ δὲ τοῦ ἁγίου ὄρους οὐδὲν ἀδαμοῦ· ὄχι πῶς νὰ μοῦ ἔγαλψε καὶ περὶ τούτου ἄνδρες σοφοὶ, σοφώτερά τε καὶ διεξοδικώτερα· ἀλλ' οὐκ ἴσως ὁ πρόδαμάτωρ χρόνος καθένα μὲ καὶ ἄλλων καλῶν ἢ ἀξιοφαίνων, ἢ ἀπέκρυψε. Δεύτερον δὲ, ἡ πολλῶν φίλων πρὸς τοῦτο προτροπὴ καὶ ἀξίωσις· μόνον ἀφῆ νὰ μοῦ εἶναι καὶ αὐτὸ δὴ τὸ ἁγιώνυμον ὄρος τοῦ Ἁγίου ἄμοιρον

τῦ τοιούτου καλοῦ. Ἀποδέξαιτο τοῦτο λοιπὸν ἡ ὑμετέρα πρυτερότης πατρικῶς τε καὶ φιλικῶς· μὴ πρὸς τὸ σμικρότητα τῦ προσφερομένου, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀξίαν τῶν φιλαγίων πρὸ ὧν διηγεῖται μοναστηρίων, καὶ πρὸς τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ ὑμετέραν πρυτερότητα βιγνόμενα καὶ φιλοσεβαστικὴν ἀποβλέπουσα προθυμίαν, ἀντιφιλοῦσά μοι τὰς πρὸ αὐτῆς ἱερὰς καὶ θεοπειθεῖς εὐχάς τε καὶ εὐλογίας.

tium, ne mons ille Atho, ſancti cognomine gaudens, hoc bono privaretur. Hanc demum operam paterno ac benevolo adfectu ſuſcipiat Sanctitas veſtra, non oblatæ rei tenuitatem reſpiciens; ſed ſanctorum de quibus agitur Monaſteriorum dignitatem, ac meum erga Sanctitatem veſtram reverentiæ plenum affectum: mihique pro munere viciſſim ſacras atque ad Deum exorandum idoneas preces benedictioneſque ſuas impertiat.

Ἐκ Βυκουρεσίου ἀψαὰ Μαΐου.
Τῆς ὑμετέρας θεοπροβλήτου Πατρότητος φιλοσεβαστικὸς καὶ πρόθυμος ἐν πᾶσιν.
Ἰωάννης Κομνηνὸς Ἰατρός.

Bucureſtii 1701. *menſe Maio.*
Veſtræ & a Deo electæ ſanctitatis obſervantiſſimus & addictiſſimus in omnibus.
JOANNES COMNENUS MEDICUS.

Πρὸς φιλησυχαστὴν Ἀναγνώστην.

Ad Lectorem ſeceſſus amantem.

Ἐπίγειον παράδεισον αἰ θέλῃς αἰ ἀπολαῦσῃς,
Ὕπαγε εἰς τὸ ἅγιον ὄρος, καὶ νὰ θαυμάσῃς·
Ἐκεῖ μαθήσεις ἀρετὴν, εὐρήσεις ἡσυχίαν,
Ἀνάγνωσιν καὶ προσευχὴν, ψαλμὸν καὶ ἀγρυπνίαν
Ἅγιων ἐκεῖ λείψανα, καὶ πανσοφα βιβλία·
Εἰκόνες τε θαυματουργαὶ, καὶ ἀσκητῶν κελλία.
Φύγε τὸν κόσμον τὸ λοιπὸν, καὶ τοὺς θορύβους ῥίψον,
Εἰς ὄρος τὸ Ἄθωος ὁσίως θεῷ ζῆσον.
Ἵν' ὑπερτύχῃς ψυχικῆς θεόθεν σωτηρίας,
Καὶ σὺν ὁσίοις ἐπύχοιο τῆς θείας βασιλείας.

Terreno paradiſo frui ſi volueris,
Secede ad montem ſanctum, ut admireris.
Illic virtutem ediſces, ac ſeceſſum invenies,
Lectionem, Orationem, Pſalmum & Vigilias.
Illic Sanctorum reliquiæ, ac libri ſapientiæ pleni ſunt,
Imagines miracula edentes, & Aſcetarum cellulæ.
Fuge mundum de reliquo, ac tumultus abjice,
In monte Athone ſancte Deo vive.
Ut ſalutem animæ divinitus obtineas,
Et cum Sanctis divino regno fruare.

Poſtea Imago Chriſti, Deiparæ & Joannis Baptiſtæ cum hac ſubtus inſcriptione.

Τὸ στερέωμα τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων, στερέωσον Κύριε τὴν ἐκκλησίαν σου ἣν ἐκτήσω, τῷ τιμίῳ σου αἵματι.

Firmamentum in te ſperantium, firma Domine Eccleſiam, quam acquiſiviſti pretioſo ſanguine tuo.

Piiſſimis peregrinis, ac ſacrorum venerabiliumque locorum cultoribus.

Joannes Comnenus Medicus, in Domino ſalutem.

DEI aditu conſecrata ac venerabilia loca, & pulcra magnificaque Templorum, quæ ad Dei gloriam, ſanctiſſimæ Matris ejus ac reliquorum ejus fidelium cultorum honorem, ſplendido Imperatorioquè ſumtu ſtructa ſunt, inſigniumque item Monaſteriorum ædificia; piis viris eorumque ſtudioſis, non adſpectu ac præſentiâ modo, ſed etiam imagine variis coloribus in tabulis depicta, quin & Librorum eadem enarrantium ac deſcribentium lectione, magnam adferunt animæ utilitatem. Quia Libri hujuſmodi non tantum eorum, qui ſemel in vita eorumdem adſpectu recreati ſunt, animos ad majorem erga divina pietatem accendunt; ſed etiam eos, qui numquam illa conſpexerunt, concitant ut vel ſemel eò iter inſtituant; ita ut nec longa peregrinatione, nec laboris moleſtia, nec pecuniarum ſumtibus deterreantur; ſed divino inſtigante deſiderio, tamquam cervi ſitibundi, ſecundùm Prophetam Regem Davidem, illò accurſuri ſint, ut eorum conſpectu gaudeant, ac illa loca debito obſequio colant: idque non modo, ut tot tantiſque conſpectis magnificis ac ſpecioſis ædificiis delectentur; ſed etiam ut debito cultu venerati ea piæ & orthodoxæ fidei quam pretioſa ſymbola, ad profectum animæ juventur, ac inde ſanctitatem demetant & conſolationem. Quandoquidem futurum haud dubie eſt ut in tam ſacris locis viros gravitate & ſanctitate plenos offendant, Aſcetas in virtute exercitatos, ſpirituales ac piiſſimos, optimos videlicet ani-

Τοῖς βλαβεσάτοις ξενιτηταῖς, καὶ τῶν ἱερῶν καὶ σεβασμίων τόπων φιλοπροσκυνηταῖς,

Ἰωάννης Κομνηνὸς ὁ Ἰατρὸς, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Οἱ θεοβάδιστοι καὶ σεβάσμιοι τόποι καὶ αἱ περικαλλεῖς καὶ ὡραίαι οἰκοδομαὶ τῶν εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ τιμὴν τῆς εὐφραγίας αὐτοῦ Μητρὸς, καὶ τῶν λοιπῶν πιστῶν αὐτοῦ θρησκευόντων λαμπρῶς καὶ βασιλικῶς ἐυεγηρθέντων ἱερῶν ναῶν, καὶ περιφήμων μοναστηρίων, οὐχὶ μόνον ὅταν οἱ βλαβεῖς καὶ φιλίστορες μὲ τὴν ὄψιν προΐντες τοὺς ἱστορῶσιν, ἀλλὰ καὶ ὅταν ἀπὸ ὀπτικῆς χέρι ζωγράφου εἰς πίνακας μὲ ποικιλίαν χρωμάτων καταγεγραμμένους τοὺς βλέπουσιν, ἢ καὶ ὅταν εἰς βιβλία μὲ τύπον διηγηματικὴν περιγραφόμενα ἐκφραστικῶς τὰ περὶ ἐκείνων ἀναγινώσκουσι, μεγάλην προξενῶσι τῇ ψυχῇ τὴν ὠφέλειαν. Διότι οὐχὶ μόνον διεγείρουσι τὴν ψυχὴν ἐκείνων ὅπου χθμένα καιρὸν μὲ τὴν ἀίσθησιν τοὺς ἀπόλαυσῃ, εἰς περισσοτέραν περὶ τὰ θεῖα βιβλία. Ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ ἰδόντας τοὺς τόπους ἐκείνους. παρακινῶσιν εἰς ὃ καὶ αὐτοπροσώπως εἰ δυνατὸν καμίαν φορὰν νὰ τοὺς ἀπολαύσουσι, μὴ φοβούντες μάκρος δρόμου, ἢ κόπου βάρος, ἢ ὅλως χρημάτων τινὰ ἔξοδίαν, ἀλλὰ νὰ πρέχουσιν εἰς τὴν ἐκείνων ἀπόλαυσιν καὶ προσκύνησιν μὲ ἔνθεον πόθον, ὡς ἔλαφοι διψῶσαι, κατὰ τὸν προφήτην θεῖον Δαβίδ. οὐχὶ μόνον δεῖ νὰ εὐφρανθῶσι ποτὲ, βλέποντες τοιαύτας τε καὶ τοσαύτας ὡραίας καὶ περιβλέπτους οἰκοδομὰς, ἀλλὰ καὶ δεῖ νὰ ὠφεληθῶσι καλὰ ψυχῇ, προσκυνοῦντες καὶ ἀσπαζόμενοι τὰ ὅσια τῆς ἡμετέρας εὐσεβοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἀκριβᾶ καὶ πολύτιμα καὶ νὰ ζυγήσουσιν ἐξ αὐτῶν ἁγιασμὸν καὶ παράκλησιν. ὅπου καὶ χωρὶς ἀμφιβολίαν πολὺ εἰς τοιούτους θεαγεῖς τόπους εἰ δυνατὸν νὰ εὕρωσι καὶ ἄνδρας σεμνοὺς καὶ ἱεροπρεπεῖς, καὶ ασκητὰς ἐναρέτους, καὶ πνευματικοὺς βλαβεστάτους, ἁρίστους δηλονότι καπὰ ψυχῆ ἰατροὺς, ἀπὸ τοὺς ὁποίους ἠμποροῦσι νὰ λάβωσι μεγάλην ὠφέλειαν καὶ πρηγορίαν

πρηγορίαν, καὶ πρὸς τὰς ἀρετὰς καλλιῶ ὁδηγίαν καὶ εὐκολίαν· καὶ νὰ ὑπερτύχουσι θαυματικὴν καὶ ἄμισθον ἰατρείαν εἰς τὰς ψυχικὰς των ἀῤῥωστίας· καὶ κάθαρσιν εἰς τοὺς ἐξ ἁμαρτημάτων προσηλωμένους αὐτοῖς τυχὸν μολυσμούς.

Ταῦτα ὦ εὐλαβέστατοι προσκυνηταὶ καὶγὼ ἀμφινοήσας, ἐπειδὴ καὶ χάριτι θείᾳ ἠξιώθην νὰ προσκυνήσω τοὺς σεβασμίους καὶ θεοδοξάστους τόπους τοὺς ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ πόλει Ἱερουσαλὴμ, τοὺς περιξ· καὶ νὰ ἀσπασθῶ μὲ φόβον πολλὴν καὶ εὐλάβειαν, τὸ μόνον τὸ πολύτιμον καὶ ζωοδόχον πάθος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ἅγιον Γολγοθᾶν, ἀπλώνω εἰς τὸ ὁποῖον ἔχυσεν ὁ Δεσπότης ἡμῶν καὶ σωτὴρ τὸ νικητήριον ὅπλον τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐπλώνω εἰς αὐτὸν ἀκηδίνας τὰς ἀχράντους αὐτοῦ χεῖρας, ἐτεθείμαζωξε τὰ μακρὰν τὸ αὐτὸ χαρίζος διεξῶπα ἔθνη· καὶ μᾶς ἐλυτρώσεν ἀπὸ τὸ τυραννίδα τοῦ ἐχθροῦ τὸ σωτηρίας μας διαβόλου, καὶ μᾶς οἰκειοποίησι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κάμνωντάς μας υἱοὺς καὶ κληρονόμους τὸ ἀπελευθέρου αὐτοῦ βασιλείας· διὰ τὸ ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τὸ ἀγάπης αὐτοῦ, τὸ ὁποῖον ἔδειξεν εἰς ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς· ὄχι μόνον λέγω αὐτοὺς τοὺς θεοδοξάστους τόπους ἠξιώθην νὰ ἀσπασθῶ, καὶ νὰ καταφιλήσω μὲ πολλὴν εὐλάβειαν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν τῇ Βηθλεὲμ ἅγιον σπήλαιον, ὅπου ὁ Κύριος ἐγεννήθη σωματικῶς· καὶ τὸ ἅγιον Τάφον τὸ Θεοτόκου ἐν τῇ Γεθσημανῇ· καὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν ὅθεν εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη ὁ κύριος· καὶ τὰ λοιπὰ θεῖα σεβάσματα τὰ ἔσω καὶ ἔξω τὸ αὐτῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ· κάμνωντάς θαυματικὴν καὶ ψυχωφελεστάτην περιήγησιν.

Ἐκεῖθεν ὁ τῶν προνοιῶν θείων κατευθυνθεὶς καὶ ὁδηγηθεὶς, ἔπλευσα καὶ πρὸς τὸ ἀγιώνυμον καὶ θεοφρούρητον ὄρος τοῦ Ἄθωνος· διὰ νὰ ἐπισκεφθῶ καὶ τὰ ἐν αὐτῷ βλαχὴ καὶ βασιλικὰ μοναστήρια, καὶ ἱερὰ καταγώγια· καὶ νὰ προσκυνήσω καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς σεβάσματα καὶ θαυματουργὰ τῶν ἁγίων λείψανα· καὶ νὰ λάβω ἐξ αὐτῶν, (εἰ καὶ ἀνάξιος) εὐλογίαν καὶ χάριν τινά· καὶ νὰ ἀσπασθῶ τὰς ὁσίας χεῖρας τῶν ἐκεῖσε διεισκριμένων εὐλαβεστάτων πνευ-

marum medicos, a quibus magnam utilitatem & ſolamen nanciſcantur, facilemque ad virtutes ductum obtineant, ac mirabilem ſine mercede ad animarum infirmitatem medelam, ſordiſque peccatorum purgationem aſſequantur.

Hæc mecum reputans, piiſſimi adoratores, quia per divinam gratiam dignus habitus ſum, qui divina & veneranda loca, adorandi cauſa peterem; videlicet quæ in ſancta Dei civitate Jeruſalem, & circum eam viſuntur, ac cum tremore reverentiaque amplecterer, non modo ſanctiſſimum vitæ receptaculum, ſepulcrum Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctum Golgotham, in quo Dominus & Salvator noſter triumphalem Crucis armaturam poſuit, & in quo intemeratas manus extendens, gentes ab ejus gratiâ longe diſſitas complexus eſt, noſque liberavit a tyrannide inimici ſalutis noſtræ diaboli, & Deo & Patri proprios effecit, filioſque & hæredes interminabilis regni ejus, propter ingentes divitias dilectionis ipſius, quas erga nos peccatores exhibuit; non ſolum, inquam, iſta divina loca venerari & oſculari merui; ſed etiam ſacram ſpeluncam in Bethleem, ubi Dominus corporaliter natus eſt, ſanctumque ſepulcrum Deiparæ in Gethſemani, montem item Olivarum, unde Dominus in cælos aſſumptus eſt, ac reliqua divina & venerabilia loca, intra & extra ſanctam civitatem Jeruſalem poſita: emenſus mirabilem & animæ utiliſſimum circuitum.

Inde vero a providentia divina motus & ductus, ad ſanctum, ut vocatur, & ſub Dei tutela poſitum montem Atho navigavi; ut ſancta & imperatoria ipſius Monaſteria, & ſacra diverſoria ejus viſerem, venerabileſque & miraculoſas ſanctorum ibi poſitas reliquias debito cultu proſequerer, ac ex iis benedictionem ac gratiam aliquam, indignus licet, acciperem; ſacras item manus piiſſimorum, ſpiritualium & perſpicacium

Aſcetarum ibi degentium oſculares: quandoquidem per divinam gratiam, & in veræ noſtræ fidei teſtimonium, non defuerunt ibi ad hunc uſque diem viri tum ob dicendi vim, tum ob admirandum vitæ inſtitutum, obſervantia digni; quemadmodum nec in ſancta Dei civitate Jeruſalem, nec in circum poſitis venerabilibus noſtrûm orthodoxorum Monaſteriis, umquam defecerunt ad hoc uſque tempus Senes virtute & aſceticis exercitiis ornati, quorum aliquot conſpectu & utiliſſimo colloquio frui licuit mihi, atque eorum precibus & benedictione juvari.

Quoniam igitur divina ope inſignia ſancti montis Atho Monaſteria viſitavi; ad breviſſimam ejus & Templorum ibidem poſitorum deſcriptionem edendam animum appuli: quam etiam, ut videtis, meis ſumtibus typis dandam curavi, ad veſtram legentium utilitatem & inſtitutionem. Sermo autem meus non hiſtoricus eſt, ita ut omnia, quæ in ſancto Athonis monte ſunt, minutatim deſcribat, vel fuſius explicet ædificiorum elegantiam, & magnificentiam, incomparabile ſtructuræ artificium, inſigniumque illorum Monaſteriorum ſplendorem. Siquidem cum ſint Imperatoria, atque liberalem illam Imperatorum munificentiam præ ſe ferant, ad condignam deſcriptionem, non modo dicendi vi & eloquentia; ſed etiam otio multo opus fuiſſet. Ego vero, utpote qui infirmorum curæ & viſitationi quotidie vacarem, nec temporis copia fruerer, cæteris, qui libris conſcribendis aſſidue incumbunt, munus remitto, ut congruentiorem his de rebus narrationem aggrediantur: ac brevem dumtaxat ordiar ſacrarum Reliquiarum enumerationem, ſimiliterque vaſorum & venerabilium imaginum, quæ in ſingulis Monaſteriis habentur; idque ad Dei gloriam, legentium utilitatem, & ad explendum amicorum animum, qui me ad

μαπικῶν, καὶ παρθενικῶν ἀσκητῶν, ὥστε ὅπου χάριτι θεία εἰς μαρτύριον τῆς ἀληθοῦς ἡμῶν πίστεως, δὲν ἔλειψεν καὶ σήμερον ἄνδρες ἄξιοι πολλῆς θαυμασίας, καὶ διὰ τὸν λόγον, καὶ διὰ τὴν ἀξιοθαύμαστον καὶ ἀρέσκουσαν πολιτείαν τους· καθὼς ἀπὸ τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ πόλει Ἱερουσαλὴμ καὶ τοῖς πέριξ στεφανωμένα τῶν ὀρθοδόξων ἡμῶν μοναστήρια, δὲν ἔλειψεν μέχρι τοῦ νῦν εὐαρέστους καὶ ἀσκητικωτάτους γέροντες, ἀπὸ τοὺς ὁποίους ἠξιώθην νὰ ἰδῶ καὶ αὐτοπροσώπους τινάς, καὶ νὰ ἀπολαύσω τὴν ψυχοφελῆ αὐτῶν ὁμιλίαν, καὶ νὰ λάβω τὴν εὐχὴν καὶ τὴν εὐλογίαν των.

Ἐπειδὴ λοιπὸν βοηθείᾳ Θεοῦ ἐπῆλθον καὶ τὰ ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ τοῦ Ἄθωνος ὄρει σωζόμενα μοναστήρια, ἠθέλησα νὰ φανερώσω μικράν τινα καὶ συντομωτάτην περιγραφὴν καὶ διήγησιν περὶ τῶν ἑκάστου θείων ναῶν, τήν τε ὑπόταξιν καὶ δι' οἰκείων ἐξόδων ἐτύπωσα, ὡς ὁρᾶτε εἰς κοινὴν ὑμῶν τῶν ἀναγινωσκόντων ψυχικὴν ὠφέλειαν· θέλω ὅμως νὰ εἴπω ὅτι ὁ λόγος μου οὐχὶ ἰσοστιχὴς, ὅπου νὰ περιγράψῃ τὰ ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ ὄρει τοῦ Ἄθωνος ἅπαντα εἰς λεπτόν· ὅτε θέλει ἐξηγήσῃ εἰς πλάτος ὁ κάλλος καὶ τὴν εὐαρμοστίαν, καὶ τὴν λαμπρότητα τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ τὴν ἀμίμητον αὐτῶν ἀρχιτεκτονικὴν ὀπτασίαν, καὶ τὴν ὡραιότητα τῶν περιβόητων ἐκείνων μοναστηρίων· διότι ὡς βασιλικὰ ὅπου εἶναι, καὶ διήγησιν ἐπρόκειτο νὰ κάμῃ εἰς τὸ βασιλικὸν ἐλευθέριον καὶ πολυέξοδον μεγαλοφροσύνην, χρειάζονται καὶ περὶ ἐκφράσεως ἁρμοδίας, καταλληλον, καὶ ἀξίαν, ὄχι μόνον ἀκριβῆ ῥητορείαν· ἀλλὰ καὶ καιρὸν ἥσυχον, καὶ ἀπάλληλον εἰς ἔργον τοιοῦτον. Ἐγὼ δ' ὡς περὶ τῶν τῶν ἀσθενούντων ὑπηρετῶν ἀπασχολούμενος καθ' ἡμέραν, καὶ ἀμοιρῶν τοιούτου καιροῦ, ἀφίνω εἰς ἄλλους, ὅσοι μάλιστα περὶ τὸ συγγράφειν βίβλους ἐκάστοτε καταγίνονται τὰ περὶ τούτων εἰς τὸ μετέπειτα παρέπουσι καὶ ἀξίαν διήγησιν· καὶ θέλω χράψῃ ἐδῶ μόνον μικράν τινα τῶν σκευασμάτων λειψάνων ἀπαρίθμησιν καὶ ἄλλων ἱερῶν σκευῶν καὶ σεπτῶν εἰκόνων ὅπου εἰς κάθε μοναστήριον ἐναπόκεινται, εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ ὠφέλειαν τῶν ἀναγινωσκόντων· καὶ ἀποπλήρωσιν τοῦ αἰτήματος τινῶν φίλων ὁπου

Εἰς τοῦτο μὲ ἐπροθυμήσθη ὁπωσοῦν.

Ἀλλ' ὅσα τὰ ὀνόματα τῶν κτητόρων ἑκάστου μοναστηρίου ἠθέλησα νὰ τὰ προσθέσω, καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι μερικῶς τὰ ἐβοήθησαν, ἢ ἐκαλλιέργησαν εἰς αὐτά· καὶ μάλιστα πάντων τοῦ ἐκλαμπροτάτου καὶ ὑψηλοτάτου νιοῦ καὶ εἰς ὃ μετέπειτα εἰς χρόνους μακροὺς αὐθέντου καὶ ἡγεμόνος πάσης Οὐγγροβλαχίας κυροῦ κυροῦ Ἰωάννου Κωνσταντίνου Βασαράβα Βοεβόδα τοῦ Βραγκοβάνου. ἐπειδὴ καὶ ὁ ἐκλαμπρότης του ἐφαίνετο εἰς τοὺς παρόντας καιροὺς μέγας προστάτης καὶ βοηθὸς τοῦ αὐτοῦ ἁγίου ὄρους· καθὼς καὶ ἄλλων πολλῶν ἐκκλησιῶν καὶ μοναστηρίων· βοηθῶντας πάντοτε μὲ ἐλεημοσυνάς πλουσιοπρόχους, καὶ αὐξαίνοντάς τα εἰς μέγεθος μὲ οἰκοδομήματα μεγαλοπρεπῆ τε καὶ ἀναγκαῖα, καὶ καλλωπίζοντάς τα μὲ ἐγκαινίσματα λιφαίνων ἁγίων πολύτιμα, καὶ καλλιεργοῦντας μὲ ἀφιερώματα πολυέξοδα καὶ θεοφανῆ, γνωρίσματα μέγιστα τῆς ἄκρας αὐτοῦ περὶ τὰ θεῖα εὐλαβείας τε καὶ ζήλου θερμοῦ, εἰς μνήμην αἰώνιον τῆς αὐτοῦ ὑψηλότητος, καύχημα ἢ καὶ ἔπαινον τοῦ μεγαλεπιφανεστάτου γένους τῶν ἀρχαιοτάτων Βασαράβων καὶ κτητόρων τοῦ ἁγίου καὶ θεοφυλάκτου τούτου ὄρους τοῦ Ἄθωνος· τῶν λαμπρῶν δηλονότι προγόνων τῆς αὐτοῦ ὑψηλότητος.

Πρέπει ἢ, καθένας ὁποῦ ἀναγνώσῃ τὰ παρόντα, ἂν ἐπιθυμῇ νὰ λάβῃ θειοτέραν χάριν καὶ εὐλογίαν, καὶ ὅλως εἰπεῖν ὠφέλειαν ψυχικήν, νὰ κάμῃ ὅ,τι δύναται, ὅπου καὶ νὰ κοπιάσῃ μικρόν, νὰ ὑπομείνῃ καὶ σωματικῶς ἕως ἐκεῖ ὁποῦ εὑρίσκονται τὰ τοιαῦτα σεβάσματα, καὶ νὰ τὰ προσκυνήσῃ μετ' εὐλαβείας, κάμνοντας ὡς οἱ φιλόπονοι πραγματευταί, ὁποῦ πρόθυμοι εἶναι τὴν ξηρὰν, καὶ πλέουν δι' θαλάσσης μὲ τόσους κόπους καὶ μὲ κινδύνους, μόνον διὰ νὰ ἀποκτήσουν θειοτέρα χρήματα. Διὰ νὰ λάβῃ λοιπὸν καὶ ἡ αἴτησίς σου ὦ ἀναγνῶστα χάριν θειοτέραν ἀπὸ τὸν θεόν, μὴ ἀμελήσῃς, μὴ δειλιάσῃς καὶ φοβηθῇς πνὰ κίνδυνον, μὴ ἀκριβολογήσῃς εἰς τὰ ἔξοδα, διὰ νὰ ὑπάγῃς εἴτε διὰ θαλάσσης, εἴτε διὰ ξηρᾶς,

id præstandum obnixe impulerunt.

Attamen eorum qui Monasteria singula exercitarunt nomina non prætermittenda duxi, neque aliorum qui ædificiis quidpiam contulerunt, aut illa exornarunt; maximeque omnium splendidissimi & celsissimi, nunc & in futura diuturna tempora, Authentis & Ducis totius Ungaro-Vlachiæ Domini Domini Joannis Constantini Vassaraba, Vœvodæ, Brancovani: quoniam is præsenti tempore magnus ejusdem sancti Montis patronus & in eum beneficus esse deprehenditur, quemadmodum & in alias multas Ecclesias atque Monasteria; quippe qui larga manu eleemosynas semper profundat, ædificia novis, magnificis & necessariis fabricis adaugeat, Sanctorum reliquias novis ornamentis ac pretiosis instruat, donaria multa pretiosa & splendida consecret & præbeat: argumenta certe maxima summæ ipsius erga divina pietatis fervidique affectus, ad æternam ejus celsitudinis memoriam, itemque ad gloriam & laudem illustrissimi & antiquissimi generis Vassaraborum, fundatorum hujus sancti & sub Dei tutela positi montis Athonis; de præclaris ejus Celsitudinis atavis loquor.

Cæterum par est ut is, qui hæc legerit, si quidem copiosiorem gratiam & benedictionem expetat, sive animæ utilitatem; quo poterit modo laboret, paulum defatigationis assumat, & ad usque loca, ubi hæc veneratione digna reperiuntur, corporaliter concedat, & cum pietate istæc veneretur, perinde atque studiosi quidam mercatores, qui uberioris quæstus causa terras peragrant, multisque cum laboribus & periculis mare trajiciunt. Ut igitur susceptio tua, ô Lector, copiosiorem a Deo gratiam accipiat; ne incuria torpeas, ne timeas, ne periculum reformides, nec cures expensam, ut mari terraque trajicias, non solum in sanctam Civitatem Jerusalem, ad sacri Sepulcri,

vitæ receptaculi, adorationem: qui eſt primus omnium maximeque neceſſarius cultus; ſed etiam in montem Sina, Dei aditu ſacratum, & in hunc Athonis montem: quod & ipſe ſit ſanctorum habitaculum virorum, virtutum arboribus adumbratum, Aſceteriis frequentibus inſtructum, admirandis & Imperatoriis decoratum ædificiis, ſanctis Reliquiis ditatum, ſacris vaſibus ac veſtibus ornatum. In primis quoniam Deus optimus, ac Deiparæ præſidium, ex qua ſacrum & inſigne ſeptum vulgo denominatur, ad hanc uſque horam cuſtodivit illud, & uſque in ſæculum cuſtodiet ab omni adverſario. Quot hoſtes ipſum oppugnarunt? quot in ipſum impetum fecerunt? ſed per gratiam Chriſti illæſum & inexpugnabile manſit.

Erant quidem & alia bene multa apud Orthodoxorum genus Cœnobia ſacra, Aſceteria, Monaſteria & veneranda hoſpitia, in Ægypto, in Thebaïde, in Palæſtina, & innumeris aliis in locis; ſed ea ob peccata noſtra deſerta & devaſtata fuerunt, atque iis, permittente Deo, privati ſumus, paucis exceptis, quæ ad hunc uſque diem ſervantur. Hunc autem locum nobis integrum reliquit Deus, hunc nobis conceſſit, cum ad conſolationem noſtram, tum ad omnipotentiæ ſuæ argumentum. Quot laboribus, ærumnis, calamitatibus, periculis quotidie impetuntur ſancti Patres, qui illic habitant, a piæ religionis hoſtibus infinita mala ſuſtinentes; idque tantum, ut ſacer ille locus incolumis maneat, ne ut alia loca deferatur. Quot exterorum exactiones, quot moleſtias paſſi ſunt? quot vexationes a Piratis, quot calumnias, quot alia infinita mala? quæ ſingulatim & pro merito recenſere quænam humana lingua potuerit? Et tamen illi benedicti Patres, fortiſſimi adamãtis inſtar, ut pervigiles Chriſti milites, hæc omnia viriliter ſuſtinent, utpote impigri cuſtodes ſacrorum loco-

ὄχι μόνον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, εἰς προσκύνησιν τοῦ ἁγίου Σ. Ζωοδόχου Τάφου, ὃ ὑπῆρ ἦν ὃ πρῶτον καὶ ἀναγκαιότατον τῶν ὀρθοδόξων προσκύνημα· ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἡγιασμένον ὄρος Σινᾶ· καὶ εἰς τοῦτο δὴ τὸ ὄρος τοῦ Ἄθωνος· ὡσαύτως ὑπῆρ εἶναι καὶ αὐτὸ κατοικητήριον ἀνδρῶν ἱερῶν· ὡσαύτως ὑπερ εἶναι κατάσκιον μὲ τὰ δένδρα τῆς ἀρετῆς· πεπυκνωμένον μὲ ἀσκητήρια, καλλωπισμένον μὲ προσφυήματα καὶ βασιλικὰ ὄντως κτήρια· πλουτισμένον μὲ ἅγια λείψανα, ὡραϊσμένον μὲ ἱερὰ σκεύη καὶ ἄμφια· μάλιστα ὑπερ ὁ προσφάγαθος Θεὸς, καὶ ἡ σκέπη τῆς Θεοτόκου, τῆ ὑπείας καινότερον καὶ περιβόλιον ἱερὸν ὀνομάζεται, ὃ ἐφύλαξεν ἕως τῶρα, καὶ θέλῃ ὃ φυλάξῃ εἰς τὸν αἰῶνα πάντως σταθερώτερον· πόσοι ὃ ἀντεπολέμησαν, πόσοι ὃ συνεπάτρεξαν, ἀλλ' αὐτὸ χάριτι Χριστοῦ ἀβλαβὲς καὶ πάντων διετηρήθη καὶ ἀκαταπολέμητον.

Ἦσαν μὲν καὶ ἄλλα πλεῖστα εἰς ὅλους τοὺς ὀρθοδόξων κοινόβια ἱερὰ, καὶ ἀσκητήρια, καὶ ξενῶνες, καὶ σεβάσμια καταγώγια, εἰς τὴν Αἴγυπτον, εἰς τὴν Θηβαΐδα, εἰς τὴν Παλαιστίνην, καὶ εἰς ἄλλους μυρίους τόπους, ἀλλὰ σχεδὸν ὅλα διὰ τὰς ἁμαρτίας μας ἐρημώθησαν, καὶ τὰ ὑστερήθημεν καὶ συγχώρησιν θείαν· πλὴν ὀλίγων τινῶν ὑπερ σώζονται μέχρι τοῦ νῦν· τοῦτο δὲ μᾶς ὃ ἄφησεν ὅλον ὁλόκληρον ὁ Θεὸς, καὶ μᾶς ὃ ἐχάρισε, διὰ πληροφορίαν μὲν ἡμῶν, ἔνδειξιν δὲ τῆς αὐτοῦ παντοδυναμίας· μὲ πόσους κόπους καὶ μόχθους καὶ συμφορὰς καὶ κινδύνους οἱ ὁσαπὲρ ἀσκούμενοι θεῖοι πατέρες ἀντιπαλαίουσι καθ' ἑκάστην, ὑπομένοντες μυρίας θλίψεις ἀπὸ τοὺς σφαντίους τῆς βυσεβείας, μόνον διὰ νὰ φυλάττεται ὁ ἱερὸς σχῆνος τόπος, καὶ νὰ μένῃ ὑπομείνη ὡς καὶ ἄλλοι, ἐρήμωσιν· πόσας ἐξωτερικὰς συδοσίας καὶ βαρηπὰ ὑποφέρουν, πόσας ἀνάγκας ἀπὸ κουρσάρους, πόσας ἀβαρίας, καὶ ἄλλα μυρία κακὰ, τὰ ὁποῖα γλῶσσα ἀνθρώπου δὲν δύνεται ἀξίως, νὰ τὰ διηγηθῇ καὶ μέρος, καὶ αὐτοὶ οἱ βλογημένοι πατέρες ὡς γενναῖοι ἀθλοφόροι καὶ ἄγρυπνοι τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται εἰς ὅλα αὐτὰ στέκονται ἀνδρεῖοι, καὶ φύλακες ἀσκοποι τῶν ἱερῶν τόπων, ἔχοντες τὴν ἐλπίδα

εἰς

εἰς μόνιν τὴν βοήθειαν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὸ ἔλεος τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν· ἀφ' ἑνὸς τὴν ὑγείαν καὶ σωτηρίαν τῶν ὁποίων, δὲν παύουσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς δεόμενοι τοῦ Θεοῦ, μὲ καθημερινὰς ἱερουργίας, μὲ ἀγρυπνίας ὁλονυκτίους, καὶ μὲ προσοχὰς ἀδιαλείπτους μὲ πολλὴν καὶ ζέσιν τῆς διαθέσεως.

Ἐκεῖ θέλεις ἰδεῖ πολυαρίθμια βιβλία παλαιὰ καὶ μέχρι τοῦδε ἀνέκδοτα τοῖς πολλοῖς ὅλα διὰ χειρὸς, πάσης σοφίας, καὶ γνώσεως θείας, καὶ νοημάτων ὑψηλῶν πλήρη· βιβλία θεολογικὰ, καὶ ἕτερα ἀπὸ καθ' εἶδος ἐπιστήμης ὑπέρπολλα. Ἐκεῖ θέλεις ἰδεῖ καὶ θαυμάσει χρυσόβουλλα τῶν εὐσεβῶν καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἀπὸ τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, ἕως καὶ αὐτοῦ τοῦ ὑστάτου τῶν ῥωμαίων βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ Παλαιολόγου, καὶ ἄλλων ὀρθοδόξων βασιλέων καὶ αὐθεντῶν· Ῥωσσίας, Τραπεζοῦντος, Ἰβηρείας, Οὐγγροβλαχίας, Μολδαβίας, Σερβίας, καὶ ἄλλων αὐθεντιῶν. Ἐκεῖ καὶ γράμματα τῶν ἁγιωτάτων Πατριαρχῶν σιγιλλιώδη ἄξια εὐλαβείας πολλῆς, καὶ ἄλλων ἀρχιερέων διαφόρων ἐπαρχιῶν· εἰς τὰ ὁποῖα ὅλα θέλεις θαυμάσει τὴν εὐμορφίαν καὶ γλυκυτάτην φράσιν τῆς ἑλληνικῆς διαλέκτου, τὰ ὑψηλὰ καὶ θεῖα νοήματα, καὶ τὴν ὅσην εὐλάβειαν ἐπροσέφεραν εἰς τὰ ἁγιώτατα ὄρη τοῦ Ἄθωνος διαγῆ μοναστήρια οἵτε Βασιλεῖς, Πατριάρχαι, καὶ ἡγεμόνες ἄρχοντες. Ἐκεῖ θέλεις ἐκπλαγῆ εἰς τὰς θαυμαστὰς τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν παλαιὰς τάξεις, ἐπου χάριτι θεία φυλάττονται μέχρι τῆς σήμερον ἀνελλιπεῖς· θέλεις εὐφρανθῆ ψυχικῶς εἰς τὰς ἀγρυπνίας ἐκείνας τὰς κατανυκτικὰς· τὰς ἀγγελικὰς ψαλμῳδίας, τὰς ψυχωφελεῖς ἀναγνώσεις· καὶ θέλεις λογιάσει ὅτι νὰ ἐσέβης μέσα εἰς ἄλλον ὑπήγεον παράδεισον· πάντα γὰρ ἐκεῖ καλὰ καὶ ὡραῖα θεωρήματα καὶ ὄμματα τέρψαι, καὶ ψυχὴν ὠφελῆσαι. Ἀλλὰ προσέτι τούτων τέως καὶ ὁ πρῶτον χειρογραφικὸς πίναξ ἔλαβε τὰ ἁγιώτατα ὄρη μετὰ τῶν εἰς αὐτὰ μοναστηρίων τῶν τε κατὰ παραλίαν τούτου, καὶ τῶν κατὰ δυσμὰς, διὰ ἡμετέρας δαπάνης καὶ αὐτὸς διαγλυφεὶς τε, καὶ τυπωθεὶς, ὡς ὁρᾶτε, τέρψει πάντως ὑμῶν τὴν ὄψιν καὶ οὐκ ὀλίγον χαροποιήσει τὴν θείαν προβάλ-

rum, in unum Dei auxilium, atque in orthodoxorum Chriſtianorum eleemoſynas ſpem habentes, pro quorum incolumitate & ſalute non ceſſant nocte dieque Deum precari, cum ſacrificiis quotidianis, pervigiliis, orationibus aſſiduis, cum multa ferventique pietate.

Illic videbis innumeros Libros vetuſtos, & hactenus non editos, multiſque ignotos, omnes manu ſcriptos, omni ſapientia, ſcientia divina, & ſublimibus ſententiis refertos; Libros, inquam, Theologicos, & alios quovis diſciplinæ genere. Illic videbis & miraberis Chryſobulla piorum & celebrium Imperatorum a S. Conſtantino Magno, uſque ad poſtremum Romanorum Imperatorem Conſtantinum Palæologum, necnon aliorum Orthodoxorum Imperatorum ac principum, Ruſſiæ, Trapezuntis, Iberiæ, Ungaro-Vlachiæ, Moldaviæ, Serviæ, & aliorum Principatuum. Illic item literas ſanctiſſimorum Patriarcharum ſigillatas, veneratione dignas, atque etiam aliorum Præſulum ex diverſis Provinciis: in quibus omnibus admiraberis elegantiam ſuavitatēque Græci ſermonis, ſublimes divinaſque ſententias, pietatem item illam tantam, quam erga ſacra ſancti montis Atho Monaſteria Imperatores, Patriarchæ & Duces jam olim profeſſi ſunt. Illic cum ſtupore ſuſpicies mirabiles ac vetuſtas Eccleſiæ noſtræ Inſtitutiones, quæ hactenus indefinenter ſervantur. Ex animo lætaberis cernens illa pervigilia, Angelicas Pſalmodias, fructuoſas lectiones, ut te in alium terrenum Paradiſum ingreſſum putes. Omnia illic pulcra & jucunda, quæ poſſint & oculis lætitiam, & animæ utilitatem adferre. Quinetiam his præmittitur Tabula Chorographica totius ſancti Montis, & Monaſteriorum ejus, tam quæ ad Orientem, quam quæ ad Occidentem ſita ſunt; quæ Tabula noſtris ſumtibus inciſa & cuſa, ut conſpicitur, oculos veſtros plane delectabit,

& adſpectu non parum recreabit. Hæc dum legetis, mementote mei, qui ad hæc deſcribenda animum appuli: & precamini pro me Dominum. Valete, Dei præſidio tuti ab omni adverſario, interceſſionibus Deiparæ, & S. Athanaſii Athoniti, necnon aliorum omnium, qui in hoc monte Atho, ſancti cognomine inſignito, Deo placuerunt. Amen.

λων. Ταῦτα πίνων ἀναγινώσκοντες, μέμνησθε καμοῦ τοῦ εἰς τὸ τοῦτων προσθυμηθέντος γράφειν· καὶ βύκλατε ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ Κυρίου. ἔρρωσθε, ὑπὸ Θεοῦ πάντες ἅπαντα ὑπέρτροι ἀσφαλισθέντες· ἀσφαλισθέντων τῆς Θεοτόκου, καὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ ἐν τοῦ Ἄθῳ, & πάντων τῶν ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ τούτῳ ὄρει Θεῷ διαρεστησάντων ἁγίων· ἀμήν.

MONTIS ATHO CONSPECTVS AB ORIENTE.



MONTIS ATHO CONSPECTVS AB OCCIDENTE.



DE IMPERATORIO ac venerando Monaſterio magnæ Lauræ Sancti Athanaſii in monte Atho.

CElebre Monaſterium Lauræ ſancti Athanaſii Athoniti, quod nomine Dormitionis Deiparæ exornatur, pulcritudine eſt inenarrabili, quia a duobus magnis æternaque memoria dignis Imperatoribus, Nicephoro Phoca & Joanne Tzimiſce conſtructum eſt. Verum deinde cum vetuſtate dilaberetur, reſtauratum fuit ab Authente Ungaro-Vlachiæ Neagulo Vaſſaraba Vœvoda, qui totam Eccleſiam plumbeis tabulis texit: ut ſupra magnam Narthecis portam in ipſo plumbo magnæ Cameræ inſcriptum viſitur. Eſt porro Monaſterium jucunde ſitum: ante ſe quippe habet totum Ægæum mare, ac Lemnum e regione conſpicit; a tergo autem Atho montem, ad æthera uſque celſiſſimum, in cujus cacumine eſt parva Eccleſia. Eo autem ſemel in anno conſcendunt Patres die feſto Transfigurationis Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti: ibique ſacra faciunt. Inde ſereno aëre videntur ad Occidentem duodecim inſulæ [Cyclades;] ad Orientem vero Conſtantinopolis, etſi quadringentis ferme Italicis milliaribus inde diſtet: tantæ videlicet ſublimitatis eſt, ut unus inter inſignes duodecim montes numeretur.

Habet hoc Monaſterium ſacella viginti-ſex cum interius tum exterius poſita, quorum magna pars depicta, ſplendidis mirabilibuſque ſtrata marmoribus; in ſingulis vero lampas perpetuo ardet. Ibi videas Patrum piſtrina, infirmorum domicilia, torcularia, olei conficiendi officinas, itemque ſutorias & ſarcinatorias, & reliquas. Maxime vero

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ καὶ Σεβασμίου Μοναστηρίου τῆς μεγάλης Λαύρας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ ἐν τῷ Ἄθῳ.

ΤΟ' θαυμάσιον μοναστήριον τῆς Λαύρας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ ἀθωνίτου πεμφθὲν εἰς ὄνομα τῆς θεοτόκου τῆς κοιμήσεως, εἰς τὸ κάλλος ἀνεκδιήγητον, ὡσὰν ὁποὺ εἶ κτίσμα δύο μεγάλων αὐτοκρατόρων τοῦ τε Νικηφόρου φωκᾶ, καὶ Ἰωάννου τοῦ τζιμισκῆ τῶν ἀξιμνήστων· ἀλλὰ καὶ ὕστερον παλαιωθὲν τὸ ἀνεκαίνισεν ὁ αὐθέντης τῆς Οὐγγροβλαχίας Νεάγουλος Βασσαράβας Βοεβόνδας, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐσκέπασεν ὅλην μὲ μολυβένιας πλάκες· καθὼς φαίνεται γεγραμμένον ἐμπροσθὲν εἰς τὴν μεγάλην πύλην τοῦ νάρθηκος ἐπάνω εἰς αὐτὸ τὸ μολύβι τῆς μεγάλης καμάρας. Εἶναι τὸ μοναστήριον εἰς εὔμορφον θέσιν· ἔχει ἔμπροσθέν του ὅλον τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, καὶ βλέπει τὴν Λῆμνον ἀπ' ἀπέναντι· ὀπίσθεν δὲ εἰς τὴν ῥάχην του ἔχει τὸ ὄρος τοῦ Ἄθωνος, ὄρος ὑψηλότατον καὶ θεονύμφικες· εἰς τὴν κορυφὴν τοῦ ὁποίου εἶναι μικρὰ ἐκκλησία· καὶ εἰς αὐτὴν ἀναβαίνουσιν οἱ πατέρες μίαν φορὰν τὸ χρόνον τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τῆς μεταμορφώσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ λειτουργοῦν. Ἔχει, ὅταν εἶναι καθαρὸς καὶ ἀνέφελος ὁ ἀὴρ, φαίνονται πρὸς τὸ μέρος τῆς δύσεως ὅλα τὰ δωδεκάνησα· καὶ πρὸς τὴν ἀνατολὴν ἡ Κωνσταντινούπολις μὲ ὅλον ὁποὺ ἀπέχει τοῦ ἁγίου ὄρους μακρὰν τετρακόσια μίλια ἰταλικὰ, τόσον εἶναι πολλὰ ὑψηλόν, καὶ εἷνα ἀπὸ τὰ δώδεκα μεγάλα καὶ ὀνομαστὰ βουνά.

Ἔχει τὸ μοναστήριον τοῦτο ἔσω καὶ ἔξω εἰκοσιἕξ παρεκκλήσια τὰ περισσότερα ζωγραφισμένα, γραμμένα μὲ μάρμαρα λαμπρὰ καὶ θαυμαστά· καὶ εἰς ὅλα καθ' ἕκαστον κάπτονται καντήλια ἀκοίμητα. Εἰς αὐτὸ θέλει ἰδῇ τὴν πατέρων τὰ μαγκιπεῖα, τὰ νοσοκομεῖα διὰ τοὺς ἀδυνάτους· τὰ βαλμαρᾶ· ἐλαιοτριβεῖα· τζαγκαρᾶ· ῥαπταρᾶ καὶ τὰ λοιπά· καὶ μάλιστα πρώτων τὸ μέγα

καὶ

καὶ θαῦμαστον τραπεζαρῖον· ὃ ὁποῖον ἔστι εἰς ὄψιν φανερόν, καὶ ἔχει τραπέζια εἰκοσιτέσσαρα μαρμάρεια ἀπὸ ἕνα καὶ ἄλλο μέρος κατὰ πάξιν· καὶ ξεχωρισὰ εἰς τὸν κορυφαῖον ἐπάνω ἔστι ἡ ἡγουμενικὴ τράπεζα· ὅλα θεωρίας καὶ θαύματος ἄξια. Εἶναι δὲ τὸ τραπεζαρῖον ἀντικρὺ εἰς τὸν μεγάλον πόρτον τῆς ἐκκλησίας τοῦ δυσμὰς μέγιστον καὶ βουγραφόπατον, ὅλον ζωγραφισμένον ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν μὲ ὡραιοτάτην ἱστορίαν.

Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τραπεζαρείου βρίσκεται ἡ φιάλη ἐκείνη ἡ θαυμαστὴ εἰς τὸν ὁποῖον τελοῦσιν οἱ πατέρες κάθε ἀρχιμηνίαν τὸν ἁγιασμόν· καὶ ἔστι ἀπὸ ἀπόφυον μάρμαρον ἐσκαμμένη εἰς σχῆμα ποτηρίου, πλὴν τόσον μεγάλη, ὁποῦ εἶναι τὸ ὕψος της ἓξ σπιθαμάς, ὁ δὲ γύρος της ὅλος δεκαεπτά· καὶ εἰς τὴν ὀμφαλόν της ἔχει ἕνα σωληνάριον θρυγλίζινον ὀρθὸν ποὺ πάω μὲ διάφορα ζῶα τετράπουα καὶ θρυγλίζινα, καὶ εἰς τὴν κορυφὴν του δικέφαλον ἀετόν· ἔχει δὲ τόπον ὑπόγειον ἔξωθεν ὁποῦ ἔρχεται μὲ τέχνην θαυμασίαν τὸ νερόν, καὶ βγαίνει εἰς τὸ σωληνάριον, καὶ χύνεται ἀπὸ τὰ στόματα τῶν ζώων ἐκείνων, καὶ γεμίζεται ὑψηλά, καὶ ἐπιφαγρεφόμενος εἰς τὰ κάτω, γεμίζει τὴν φιάλην ἐκείνην· ἔργον καὶ θέας καὶ θαύματος ἄξιον. Ἴσα δὲ ἡ φιάλη εἰς μέσον κυβωκλίου ὡραιοτάτου, ὃ ὁποῖος ὁ γύρος ἔστι ὅλος ἰσοπερίμετρος ἀπ' ἔσω· καὶ στέκει ἐπάνω εἰς δέκα κολώνας μαρμαρένιας· ἔστι δὲ τὸ κυβοκύκλιον ἀνοικτὸν ἀπὸ τὰ πέρξι, πλὴν ὅσον κλείει κάτωθεν ἀπὸ τὴν ἐδάφους εἰς ὕψος ἑπτὰ σπιθαμῶν κύκλωθεν μὲ μάρμαρα εὔμορφα καὶ γλυπτά.

Ὁ δὲ ναὸς ὁ καθολικὸς ἔστι μέγας καὶ φωτεινός, καὶ κάτωθεν μὲ μάρμαρα μέγιστα καὶ λαμπρὰ καὶ τὰ θεριώτερα πορφυρᾶ καταστρωτὸς ὅλος, μὲ ἴσον διάρμεσίαν στωτεγμένα ὁποῦ ἤθελες εἰπῆ πῶς νὰ ἔστι ὅλον τὸ ἔδαφος τοῦ ναοῦ ἀπὸ ἕνα μάρμαρον πορφυρεόν· Ὁ τοῖχος ἀπὸ τὴν γῆς ἕως δύο ὀργιάς στολισμένος μὲ τζινία ὡραιοπλέμιστα, ἐξοδία τοῦ παναγιωτάτου Κωνσταντινουπόλεως κυροῦ Διονυσίου τοῦ ἀπὸ Ἄνδρου. Εἰκόνας ἔχει πολλὰς παλαιὰς καὶ ὡραίας, θεί-

omnium ſuſpicitur magnum illud & admirandum Refectorium, crucis forma ſtructum, quod menſas habet marmoreas viginti-quatuor : ac ſeorſim ad ſuperiorem partem eſt menſa Hegumeni : omnia certe admiratione digna. Eſt autem Refectorium è regione magni Eccleſiæ oſtii ad occidentem, peramplum ſane & ſpatioſiſſimum, totum interius exteriuſque depictum jucundiſſima hiſtoria.

Inter Templum vero & Refectorium occurrit celeberrimus ille crater, in quo Patres cujuſlibet Menſis initio ſanctificationem peragunt : eſtque ex marmore uno in calicis formam ſculptus, tantæ magnitudinis, ut altitudine ſex, circuitu vero ſeptemdecim, ſpithamas obtineat : in cujus umbilico eſt fiſtula ænea erecta cum variis animalibus æneis in circuitu ejus, & in cacumine aquila biceps. Eſtque ibi ſubterraneus locus, unde cum artificio mirabili prodit aqua, & aſcendit in fiſtulam, atque ab animalium ore manat, & alto jactu emiſſa ad ima recidit, crateremque replet : rem ſane ſpectaculo & admiratione dignam. Stat vero crater in medio cameræ ſpecioſiſſimæ, depicto interius fornice, qui columnis decem marmoreis fulcitur : undequaque vero aperta camera eſt : in imo tamen, ſepto munitur ſeptem ſpithamarum altitudine, pulcherrimis ſculptiſque marmoribus inſtructo.

Templum vero majus peramplum eſt & luminoſum, ſtratum prægrandibus ſplendidiſque marmoribus, quæ magna pars porphyretica ſunt ; tanto artificio conjuncta ; ut dicas totum pavimentum ex uno marmore porphyretico eſſe. Murus a terra ad duas ulnas altitudinis aulæo veſtitur, opere Phrygio, ſumtibus ſanctiſſimi Pattiarchæ Conſtantinopolitani Domni Dionyſii ex Andro. Imagineſque habet multas

a Spithame, ut dicitur Libro V. Cap. 5. habet 12. digitos. Pes vero Regius 16. Crateris igitur altitudo eſt 4. pedum regiorum ac dimidii. Circuitus 12. pedum regiorum & 12. digitorum. Diametrum quatuor pedum regiorum & quatuor digitorum.

antiquas & ſpecioſas, auro circum illitas, argenteis aureiſque laminis ornatas, cum lapidibus pretioſis. Extra illas autem duæ ſunt prægrandes; ſervatoris noſtri Chriſti una, Deiparæ altera: quas argento munivit & exornavit præclarus Imperator Andronicus Palæologus. Ad latera imaginum ſunt Imperator & uxor ejus Imperatrix, in argento efficti. Eſt & alia imago S. Athanaſii Athoniti argento exornata a magnificentiſſimo Authente Ungaro-Vlachiæ Neagulo Vœvoda: ad cujus latera ipſe depictus eſt cum conjuge ad rei memoriam. In hoc ipſo Templo lampades multæ jugiter ardent.

5. Pro certo igitur & rato tenendum eſt Græcorum literas Phœnicibus deberi. Nec obeſt Phœnicius ſcribendi modus à Græco planè diverſus. Quum ſcilicet Phœnices ſiniſtrorſum, Græci dextrorſum lineas ducant. Veriſimillimum enim eſt eos, qui Græcis primi ſcribendi auctores extitere, ut pote ex Oriente advectos, Orientalem ſcribendi normam eſſe ſecutos. Quin & moris hujus conſtat Græcos certiſſimum diu retinuiſſe veſtigium. Poſtquam enim primam Phœnicum inſtar lineam à dextra parte in ſiniſtram ſcripſerant, ſequentem ſtatim à ſiniſtra ad dexteram continuabant, & ita deinceps. Quod ſcripturæ genus, quoniam boum in arando verſuras imitaretur, ideo Græci dicebant, βουστροφηδὸν γράφειν, uti Voſſius Art. Grammat. lib. 1. c. 34. Sam. Petitus in Leges Atticas, p. 104. & alii plenè docuerunt, atque in primis clariſſimus Ezech. Spanhem. de Præſtant. & uſu Numiſm. Diſſert. 11. pag. 68. & ſeq.

Antiquus mos βουστροφηδὸν γράφειν.

A quo Phœniciæ literæ in Græciam illatæ ſint.

6. Et hactenus quidem nullum penè inter eruditos diſſidium. Quòd verò ad eam quæſtionem pertinet, à quo Phœniciæ literæ in Græciam illatæ ſint, quove tempore id factum ſit, mirum quantùm inter ſe tam veteres, quam novi Scriptores diſſentiant. Nec ſanè facilè, ſaltem omni ex parte, lis iſta expediri poteſt.

An earum in Græcia uſus Cadmo ſit recentior?

7. Recentiſſimum quidem literarum in Græcia uſum facit Flav. Joſephus, dum lib. 7. adverſus Apionem ne Homeri quidem ævo notas fuiſſe vult in Græcia literas, negatque ullum illarum veſtigium in vetuſtioribus monumentis apparere. Verùm illa ſententia, ut inepta & ridicula meritò ab omnibus jam diu exploſa eſt; maximè à G. J. Voſſio Art. Grammat. lib. 1. cap. 10. ubi alios etiam jure refellit, quorum pars Palamedi literarum inventionem tribuit, pars verò Lino illi Thebano, cujus Hercules diſcipulus fuiſſe perhibetur.

Hunc Cadmo etiam vetuſtiorem eſſe.

8. Certè fruſtra eſſe eos omnes, qui Græcarum literarum inventionem poſte-

riorem esse Cadmo arbitrantur, nemo veritatis amans negaverit. An verò Cadmus ipse primus eas in Græciam importarit, ea non parvi moliminis quæstio est, quæque non nisi accuratissima disquisitione absolvi possit. Quod ita tamen intelligendum censeo, modò rationibus potius, quàm testimoniis sit disceptandum. Fatendum enim est omnium ferè scriptorum, & quidem vetustissimorum consensum Cadmo Græcas literas adscribere. Quin & huic sententiæ adhæserunt recentiorum doctissimi Jos. Scaliger in Euseb. edit. penult. pag. 104. Cl. Salmasius in Inscript Herodis Attic. pag. 35. & passim, nec non in lib. de Hellenist. pag. 331. G. J. Vossius Artis Grammat. lib. 1. cap. 10. ac Sam. Bochart. de Phœnic. Colon. lib. 1. cap. 20. Attamen ut aliter sentiam, literarumque usum in Græcia Cadmo vetustiorem putem, multis ac, ni fallor, gravissimis adducor rationibus.

Nullam fetè gentem peculiari scriptura caruisse.

9. Et primò nullam penè gentem adeo agrestem atque barbaram fuisse unquam arbitror, nullam à cultu tam alienam nationem, quæ diu scriptura caruerit, quæque ad id peculiaribus notis, sive hieroglyphicis, sive aliis quibuslibet non sit usa. Ex quo enim hominibus aut in civitates coire, aut commercia inter se exercere, vel etiam bella agere necesse fuit, continuò signa quædam ipsis excogitanda fuere, quorum auxilio absentes alloqui possent, ac cum ipsis animi sensa communicare. Quod, etsi exemplorum auctoritate non egeat, mirè tamen confirmatur iis, quæ de Americanis plerisque testantur recentiores Historiæ.

Non sanè veteres Græcos.

10. Quod quidem si de incultis, & ab omni eruditarum gentium commercio semotis populis compertum est. quis non de veteribus Græciæ incolis longè probabilius esse fateatur? Apud ipsos enim multò ante Deucalioneum diluvium & maximas civitates conditas fuisse, & multa regna fundata extra controversiæ aleam positum est. Sed & multis ante Deucalionem ætatibus Phoroneus Inachi filius dicitur Argivis leges ac judicia constituisse. Id disertè testatur Eusebius in Chronic. ad annum ccx. confirmantque alia multa ad illustrandum Eusebium allata à Jos. Scaligero testimonia. At Principum leges non nisi ἐγγράφως constitui posse quis non videt? Quum nec aliter de earum veritate atque integritate constare queat, nec illæ sine scriptura ad posteros manare possint. Quin etiam his jam temporibus magno cum exteris gentibus, ac præcipuè Phœnicibus commercio floruisse Græciam certissimum præbent indicium Ius primùm Argivæ à Phœniciis mercatoribus, mox Europæ Tyriæ à Græcis raptus, qui tanquam indubitata Græcanicæ Historiæ primordia ab Herodoto recensentur. Quid igitur si audiamus Diodorum Siculum affirmantem Hist. lib. v. p. 227. Sain in Ægypto urbem ab Athenienſibus conditam fuisse ante Deucalioneum diluvium? Quid si Aristippum dicentem in primo Arcadicorum apud Clement. Alexandr. Strom. lib. 1. Apim Argorum Regem Memphim condidisse? Neminem postea negaturum arbitror vix credibile esse Græcos cum cultissimis gentibus degentes, aliquid ex earum disciplinis non hausisse, ac præcipuè scribendi artem, quam & omnium utilissimam, & ad commercia facienda apprimè necessariam esse constat.

Nec desunt ad stabiliendas illas conjecturas veterum quoque testimonia. Ac primus statim occurrit J. Tzetzes, qui Historiar. Chiliad. V. v. 815. & 819. Chiliad. X. v. 443. & Chiliad. XII. v. 79. literas in Græcia fuisse etiam ante Cadmum acriter contendit, idque eo probare nititur oraculo, quod Cadmo Delphis redditum ferunt. Unde colligit, quum eo tempore oracula jam carminibus ederentur, etiam tunc in usu fuisse literas. Hoc enim argumentum, etsi pro indubitato accipi nolim, attamen non æquè contemnendum censeo, ac doctissimis viris visum est. Nam vel dicendum est à recentioribus confictum fuisse hoc oraculum; quod temerè à quibusdam pronuntiari video; vel poëseos studio Græcos etiam illiteratos deditos fuisse. Quod minima veri similitudine nititur.

Tzetzis conjecturis jungenda est Cretensis Historiæ auctoritas. Si quid enim ei credimus, Musis, Cretensibus puellis, literarum inventio tribuenda est. Cadmo verò aliquantula tantùm in elementorum formis immutatio. Rem sic narrat Diodorus Sicul. lib. v. ex Cretensium commentariis, Ταῖς Μούσαις δοθῆναι φησὶ τὴν πατρίδα τὴν τῶν γραμμάτων εὕρεσιν. Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας ὅτι Σύροι μὲν εὑρεταὶ τῶν γραμμάτων εἰσὶ, φησὶ δὲ τύπων Φοίνικες μαθόντες τοῖς Ἕλλησι φιλανθρώπως, &c. Φασὶ τοὺς Φοίνικας οὐκ ἐξ αὐτῆς εὑρεῖν, ἀλλὰ τοὺς τύπους τῶν γραμμάτων μεταθεῖναι μόνον. Hactenus Cretensis historia, ubi veritas, licet fabulis quibusdam involuta, apparet tamen. Hinc enim patet, literas in Creta ante Cad-

mum notas fuiſſe, fama celebrari non obſcura, nec forſan improbabili. Quicumque enim vel ſolum Cretæ inſulæ ſitum ſpectat, eo ipſo convincitur Phœnices, qui multò ante Cadmum per totum Mediterraneum mare commercia exercuerant, in hanc etiam inſulam penetraſſe, & quidem antequam ad Græciam accederent. Unde prorſus veriſimile fit ſuas eos literas cum Cretenſibus, priùs quàm cum Græcis, communicaſſe.

Sed omnem dubitationem tollit quod eodem libro ait Diodorus, ſcilicet ante Deucalioneum diluvium viguiſſe in Græcia literas, licet ſtatim addat earum memoriam cum maxima hominum parte hoc caſu deletam fuiſſe. Verba ejus hæc ſunt: Ὑπάρχει δὲ τοῖς Ἕλλησι γενομένη κατακλυσμὸς, ἐφ' ὃν τὴν ἐπιμέλειαν τῶν πλείστων ἀνθρώπων ἀπολέσθαι, ὁμοίως τούτοις καὶ τὰ ἀφ' ἑαυτῶν γράμματα ἐπιπολάζειν συνέβη φθαρῆναι.

Pelaſgos à diluvii Deucalionei clade literas ſervaſſe.

11. Hinc certè manifeſtiſſimum eſt apud Græcos ante Deucalionis ævum in uſu fuiſſe literas. Sed ne quis Diodoro fidem habeat affirmanti eas diluvii aquis deletas prorſus intercidiſſe, ſubjungam illuſtre Euſtathii teſtimonium, qui in Iliad. B. pag. 358. ex antiquo quodam, ut videtur, ſcriptore à Pelaſgis eo tempore ſervatas eſſe Græcorum literas tradit his verbis: Διὸ καὶ δῆθεν Πελασγοὶ πρὸ λέγονται, ὡς αὐτόχθονες Ἕλληνες· οὓς καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν σῶσαι τὰ γράμματα μόνους Ἑλλήνων φασί.

Hoc diluvio non omnes Græcos intercidiſſe.

12. Et ſanè, ſi ante Deucalioneum diluvium Græcæ extiterunt literæ, huic etiam illas ſuperfuiſſe fatendum eſt. Meræ enim nugæ ſunt, quæ de illius κατακλυσμῷ per omnem omnino Græciam evagatione proferuntur. Id oſtendunt Græcorum antiquiſſimi atque graviſſimi. Herodotus enim lib. 1. c. 56. teſtatur Pelaſgicam gentem ſub Deucalione Rege Phthiotidem incoluiſſe. Ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλέος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν Cui concinit Thucydides lib. 1. dicens ante ætatem Hellenis Deucalionis filii nullo prorſus modo fuiſſe Ἕλληνας cognomen, ſed cum alias gentes, tum Pelaſgicam maximè à ſe ipſa majorem Græciæ partem nuncupaſſe: Καὶ τὰ ἔθνη δ' ἄλλα τε, (ſic enim rectè legit Salmaſ. de Helleniſt. p. 282.) καὶ τὸ Πελασγικὸν ἔτι πλεῖστον ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι. Unde perſpicuum eſt non Pelaſgos ſolum, ſed & alios etiam populos è diluvii aquis elapſos eſſe. Quod & ipſæ fabulæ teſtantur de quibuſdam, qui in altiſſimos montes confugerunt. Apollodorus lib. 1. Ζεὺς δὲ πολλοὺς ὑετοὺς ἀπ' οὐρανοῦ χέας τὰ πλεῖστα μέρη τῆς Ἑλλάδος κατέκλυσεν, ὥστε διαφθαρῆναι πάντας ἀνθρώπους, ὀλίγων χρεὼν, οἳ συνέφυγον εἰς τὰ πλησίον ὑψηλὰ ὄρη· Neque id negat Diodorus loco citato. Ait enim ſolùm πλείστους ἀνθρώπους diluvio periiſſe. Idem paulo poſt: Γενομένου τοῦ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμοῦ, ἐν πολλοῖς ἀπολομένου ἀνθρώπων, &c. Ergo non omnes perierunt. Atque id etiam oſtendit Ariſtoteles Meteorol. lib. 1. c. 14. ubi teſtatur circa Dodonam atque Acheloum duntaxat diluvii aquas exuberaſſe. Unde liquet alias Græciæ regiones vel nullomodo, vel leviter ſenſiſſe hanc exundationem. Quod de Attica certè negari non poteſt, ſi quidem Deucalion illuc ad Cranaum Regem poſt diluvium confugerit, uti docent Oxonienſia marmora.

Mirum igitur non eſt literarum cognitionem hoc caſu è Græcia non evanuiſſe, ſi verum eſt eam viguiſſe ante Deucalionem. Iſtud autem cum ex ſupradictis mihi omnino perſuaſum eſt, tum etiam ex eo monumento, cujus meminit Pauſanias in Atticis, quodque vir ille harum rerum peritiſſimus, atque oculatus teſtis, omnium, quæ in Græcia vidit, antiquiſſimum judicat. Coræbi tumulum intelligo, qui Crotopi Argivorum Regis, atque ideo Cranai & Deucalionis æqualis fuit. In hujus enim ſepulcro inſcriptos elegos ſe vidiſſe teſtatur Pauſanias, quos proinde multò ante Cadmum in lapide ſculptos fuiſſe oportuit.

Pelaſgos origine Phœnices eſſe videri.

13. Sed, ut ad Pelaſgos revertar, quos Græcarum literarum ſervatores vocat Euſtathius, hunc eis honorem non immeritò adſcribi eò magis veriſimile eſt, quòd ipſi è Phœnicia originem quoque trahere dicantur. Audiamus doctiſſimum Salmaſium de Helleniſtica, pag. 342. *Pelaſgos à Phaleg dictos eſſe certa fides eſt ex nominis indicio, & re ipſa. Pelaſgorum τὸ πολυπλανητὸν appellatio Phaleg oſtendit, quæ diviſionem ſonat. Pelaſgos autem per totam ferè Græciam diſperſos fuiſſe Græcorum monumenta teſtantur.* Salmaſium ſequitur Thomas Reineſius diſſert. de ling. Punic. cap. 11. n. 15. Atque illis egomet quoque libenter accedo.

Ab illis literæ Pelaſgicæ vocantur, & quam ob cauſam.

14. Verùm, ſive Phœnicum filii Pelaſgi fuerint, aut diſcipuli: ſive Græcæ literaturæ inventores, aut ſervatores tantùm, ab illis Πελασγικὰ γράμματα olim dicta eſſe conſtat. Id docet Diodorus Siculus lib. III. licet de nominis cauſa aliter ſentiat. En ipſius verba: Ἐπὶ δὲ Κάδμου κομίσαντος ἐκ Φοινίκης τὰ καλούμενα γράμματα, πρῶτον εἰς τὴν

τὴν Ἑλληνικὴν μεταθῆναι ἀφ' ἑκάστου, καὶ ταῖς προσηγορίαις ἑκάστῳ τάξαι, καὶ τὰς χαρακτῆρας ἀφαντάσαι· κοινῇ μὲν γὰρ ἔτι τὰ γράμματα Φοινίκια κληθῆναι, ἀφ' οὗ δὲ τὴν Ἑλλάδα ἐκ Φοινίκων μετενεχθῆναι. ἀφ' οὗ τὸ Πελασγὸν ἅπαν χρόνον μέν τινα μεταπεσεῖν χαρακτῆρσι, Πελασγικὰ προσαγορευθῆναι. Hoc est, ex Rhodomanni interpretatione : *Et quod Cadmus literas è Phœnicia allatas primus ad Græcorum enuntiationem transtulerit, suum cuique nomen attribuens, & characterem effingens. Hinc literas vocabulo communi Phœnicias, quòd videlicet ex Phœnicia introductæ essent, denominatas. Quæ tamen Pelasgicæ deinceps sint dictæ, quòd primus translatarum usus Pelasgis innotuisset.*

Diodori Siculi hac de re improbata sententia.

15. Hactenus Diodorus : cui pro servata postremi hujus literarum cognominis notitia grates debemus, de cognominis verò ratione assentiri non possumus. Nam primò inventum aliquod ab inventore nomen trahere familiare est. Ab eo, qui invento primus utitur, denominari prorsus insolens. Quæ regula, etsi in aliis falleret, tamen quòd ad literas attinet inviolata permansit. Eæ enim multis post Cadmum ætatibus Phœniciæ vocatæ sunt. Nec exolevit hoc nomen etiam postquam Iones repertis novis quibusdam elementis, aut potius in unum collectis, literas à se nomen accipere ambitiosè voluerunt. Herodotus lib. v. c. 58. auctor est ævo suo Φοινικήια κεκλῆσθαι τὰ γράμματα. Plutarchus Sympos. lib. IX. Problem. 3. Τὰ ἄρατα, καὶ Φοινίκεια ἀφ' Κάδμου ὀνομασθέντα γράμματα. Parcam plura aggerere, quandoquidem ex his satis liquet Cadmea elementa, ex quo vocari Φοινίκεια cœperunt, nomen istud constanter retinuisse. Quòd enim Ἀττικὰ quoque dicta sunt, id peculiare Atticorum alphabetum spectat à Cadmeo prorsus alienum, ut in sequentibus ostendemus. At Cadmeas literas semper à Græcis Phœnicias vocatas fuisse indicio esse possit singularis Herodoti locus supra laudatus, ubi Phœnicia elementa Ionicis comparat tanquam prisca novis, de Pelasgicis verò ne minimam quidem mentionem facit. Quod omnino evincit his Phœnicia successisse, non illa Phœniciis.

Pelasgos post Cadmi ævum non potuisse nomen suum literis dare.

16. Deinde Græca elementa post Cadmi in Græciam adventum à Pelasgis nomen accipere potuisse nemo in Græcorum historia vel mediocriter versatus sibi persuaserit. Fateor quidem eorum, qui in Græcia imperium obtinuere, antiquissimum atque illustrissimum Pelasgorum genus fuisse. Id multis docet Jac. Palmerius Græciæ Antiq. lib. I. c. 9. Nec quæ in hanc rem sedulò congessit hîc repetere animus est. Paucis tantùm dicere sufficiat, non modò totam ferè Græciam ante Deucalionem vocatam fuisse Πελασγίαν, & ideo Græcos omnes Pelasgos dictos, verùm etiam singulos quoque penè Græciæ populos, quum Pelasgorum nomine censerentur, peculiari solùm cognomine inter se fuisse distinctos. Sic Arcadiam incolentes, Πελασγοὶ Ἀρκάδες nuncupabantur, Attici, Πελασγοὶ Κεκροπίδαι; Prisci Iones, Πελασγοὶ Αἰγιαλεῖς. Et ita de omnibus prope cæteris.

At sub Deucalione, ejusque liberis Pelasgorum gloriam paulatim tandem decrevisse certissimum est. Deucalion enim eos è tota ferè Thessalia, quæ Pelasgorum tunc erat caput, expulit ; ita ut eorum pars major in Cycladas, aut Cretam, aut alò confugerit, quemadmodum docet Dionysius Halicarn. Antiquit. Roman. lib. I. Cæteri ab Hellene è Phthiotide pulsi in Histiæotidem migravere. Unde mox à Cadmeis ejecti, variisque fortunis acti, tandem in Peloponnesum venerunt, mutatoque nomine Dores vocati sunt. Quod partim ex eodem Dionysio partim ex Herodoti lib. I. c. 56. discimus. Atqui ab illo Hellene Græcos mutato nomine Ἕλληνας appellatos fuisse nemo nescit. Quod licet non illico factum fuerit, attamen Cadmi ævo constat jam omnes ferè Græciæ populos, sive quòd Hellenibus victoribus faverent, sive ipsorum metu, seu denique alias ob causas, quasi communi quodam consilio repudiasse Pelasgorum nomen. Sic Pelasgi Cranai Athenienses nomen assumpsere, nec non etiam Ionum ab Ione Xuthi filio, idque Pelasgorum Ægialensium exemplo. Qua de re videndus est Herodotus, lib. VII. c. 94. & lib. VIII. c. 44. Ita reliquæ Græciæ gentes, aliæ aliud nomen usurparunt, maximè à Deucalionis posteris. Ex iis enim Dores, Æolenses, Achæosque nomen accepisse multis ostendit Cl. Salmasius de Hellenist. pag. 289. & sequ. ita ut soli Arcades Pelasgorum nomen diutius videantur retinuisse.

Quod quum ita sit, manifestum est eo, quo Cadmus in Græciam appulit, tempore non modò contemptum jam fuisse Pelasgorum nomen, verùm etiam Cadmeis infensos statim fuisse Pelasgos, utpote eorum armis ab Histiæotide ejectos. Tantum abest ut vel à Cadmeis literas accepisse Pelasgos verisimile sit, vel ea auctoritate valuisse ; ut literas à Cadmo allatas à se nomen accipere contra jus fasque cogerent.

Diodori Siculi hac de re locus illustratus.

17. Quum igitur post Cadmi ætatem Græcæ literæ nec Pelasgicæ vocatæ sint,

nec vocari potuerint, neceſſariò ſequitur Pelaſgicas literas vetuſtiores eſſe Cadmeis, etſi aliter Diodoro viſum ſit. Fallitur enim Diodorus, ſeu potius Dionyſius Mileſius, à quo totum hunc locum hauſiſſe videtur. Nec me fugit tamen Diodori verba aliter accipi ac reddi à Jac. Palmerio Græc. Antiq. lib. 1. c. 9. p. 50. quàm à Rhodomanno. Hæc enim: Διὰ δὲ τῶν Πελασγῶν τρόπων χρησαμένων τοῖς μεταπηθεῖσι χαρακτῆρσι Πελασγικὰ τετραγράμματα, ſic vertit: *Propter Pelaſgos verò, qui prius utebantur characteribus, qui immutati poſtea fuerunt, eas* (priores nempe literas) *Pelaſgicas appellatas fuiſſe.* Ut ſit ſenſus, poſtquam Cadmeum alphabetum in locum antiquioris Pelaſgici receptum eſt, priſcas illas literas à Phœnicibus immutatas ad differentiam Phœniciarum Pelaſgicas appellatas fuiſſe. Quæ ſi admittatur interpretatio, jam Diodorum habemus apertum ſententiæ noſtræ aſſertorem.

Verùm bona fide dicemus Palmerium nimio Diodorum in opinionem ſuam, quæ noſtra quoque eſt, trahendi deſiderio hac in re aliquantulum à vero aberraſſe. Nam manifeſtè patet τὸ μεταπηθῆσι hìc eodem ſenſu accipiendum eſſe, ac verbum μεταθεῖναι, quod paulo ſupra occurrit; ideoque utrumque de Phœniciarum literarum εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον translatione eſſe accipiendum. Nec obeſt alius Diodori locus, ubi Cretenſes adducit dicentes literarum apud ſe uſum eſſe Cadmo vetuſtiorem. Id enim ex Cretenſium commentariis contra mentem ſuam refert. Quippe qui literarum cognitionem apud Græcos deletam eſſe diluvio arbitrabatur, uti ſupra oſtendimus. Licet igitur minus faveat Diodorus, quàm Palmerius exiſtimavit, magni tamen faciendum eſt ex eo erui Pelaſgicas literas, quas Cadmeis vetuſtiores eſſe indubitatis, ni fallimur, conjecturis demonſtravimus.

Quo modo Linus, Orpheus, ac Pronapides literis Pelaſgicis cenſeantur ſcripſiſſe.

18. Sed antequam à Pelaſgicis literis digrediamur, quid hoc eſt quod ab eodem Diodoro dicitur Linum, Orpheum, ac Pronapidem talibus literis libros ſuos conſcripſiſſe? Locum hunc, quoniam admodum ſingularis eſt, & à nemine hactenus illuſtratus, nec à noſtra quoque diſquiſitione alienus, integrum proferemus. Sic autem ſe habet: Τὸν δ' ὑὸν Λῖνον φασὶ τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι συνταξάμενον τὰς τῶν θεῶν διουσίους πράξεις, καὶ τὰς ἄλλας μυθολογίας ἀπολιπεῖν δὲ τοῖς ὑπομνήμασιν ὁμοίως δὲ τούτοις χρήσασθαι τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι τὸν Ὀρφέα, καὶ Πεισπίδην τὸν Ὀμήρου διδάσκαλον. Sanè Pelaſgicæ literæ nihil aliud hìc ſunt, quàm ipſa alphabeti elementa, uti ſuperiora oſtendunt. In iis enim Pelaſgicæ literæ eædem ac Phœniciæ, ſeu Cadmeæ eſſe dicuntur. Verùm enimvero ſi nihil aliud intellexit Diodorus, quorſum hæc de Pelaſgicis literis mentio? Quid habuit iſta res novi, vel memorandi? Quid refert qua ſcriptura ſint uſi Linus, ejuſque imitatores? Deinde, ſi Pelaſgicæ atque Cadmeæ literæ eædem, atque itidem ſolæ tunc in Græcia fuere, quid mirum Linum alioſque Pelaſgicis uſos eſſe literis? Iſtud aſſequi ſanè non ita facile ducimus. Sed nec forſan tamen impoſſibile, modò prævia quædam obſerventur.

Quis iſte Linus fuerit?

19. Sciendum eſt enim ſive Diodori culpa, ſive Dionyſii Mileſii errore, à quo totam hanc narrationem tranſtuliſſe videtur Diodorus, mirè confuſa eſſe ac perturbata quæcumque ab eo de Lino dicuntur Hunc enim ῥυθμοῦ καὶ μέλους inventorem prædicat. Quod ſi verum eſt, ſaltem ponendus erit Linus paulo antiquior Amphione, qui Cadmo æqualis fuit. At ipſum hunc Linum ab Hercule diſcipulo occiſum perhibet Diodorus. Quum tamen non niſi multis poſtea ætatibus natus ſit Hercules.

Lini quatuor.

Haud equidem inficior Linum quemdam extitiſſe, quem peremit Hercules. Fuit enim is Oeagri filius Thraciæ Regis, cognomento Apollinis, fraterque illius Orphei, qui inter Argonautas numeratur. Hujus meminere cum ipſe Diodorus Siculus, lib. III. tum etiam Apollodorus lib. 1. & II. Schol. Apollonii Rhod. in v. 23. Argonautic. lib. 1. & Pauſanias in Bœot. Sed præter hunc Linum, aliumque nomine tantùm notum Lycaonis Arcadiæ Regis filium, de quo Apollodorus Biblioth. lib. III. fuere etiam duo ejuſdem nominis alii. Quod à doctiſſimis viris non animadverſum, graviſſimis erroribus anſam præbuit.

Horum antiquiſſimus circa Deucalionis tempora extitit. Hunc enim peperit Pſamathe Crotopi Argivorum regis filia, ab Apolline compreſſa. Quæ res à Pauſania memoratur in Atticis atque Corinthiacis, nec non à Conone Narrat. XIX. Sed quum in infantia fuerit à canibus diſcerptus, miror Pauſaniam ipſi ea carmina adſcripſiſſe, quæ ſub Lini nomine circumferebantur, nedum ille ipſe ſit, quem Diodorus facit Muſicæ auctorem.

Linus alter Chalcidenſis fuit. Hunc alii Apollinis & Terpſichores Muſæ filium dicunt, aut Mercurii & Uraniæ. Alii Amphimaro, atque eadem Urania ſatum. De eo videndi Pauſan. in Bœotic. Diogen. Laërt. in procem. item Antholog. lib. III. pag. 389. Euſtath. in Iliad. Σ pag. 1163. 1164. Suidas in Λῖνος, & Corn. Tacit. Annal.

lib. XI. qui eum non Muſicæ ſolùm, ſed & literarum inventorem faciunt, ac multorum carminum auctorem. Unde hunc ipſum eſſe patet, cujus meminit Diodorus, quemque Pelaſgicis literis uſum eſſe perhibet.

Plures etiã Orphei.

20. Nec obeſt Linum à Diodoro dici Orphei magiſtrum. Orpheum autem inter Argonautas cenſeri. Ut enim Lini plures, ſic plures Orphei à Suida memorantur. Duos ſaltem illius nominis fuiſſe prodidit Herodorus apud Schol. Apollonii in lib. I. Argonaut. v. 23. Ἡρόδωρος δύο εἶναι Ὀρφέας φησίν. Nec aliter conciliari queunt quæ de Orpheo à Suida dicuntur adeo abſona, ſcilicet hunc & belli Trojani tempore floruiſſe, atque etiam XI. generationibus ante bellum Trojanum, ac proinde per totidem generationes vitam continuaſſe.

Lini Chalcidẽſis ætas

21. Hinc autem, ni fallor, Lini Chalcidenſis ætas erui liquidò poteſt. Quum enim Lini diſcipulus XI. ætatibus diſtet à Trojano excidio, ſequitur alterum Linum circa Cadmi tempora vixiſſe, inter quæ ac Trojæ ἅλωσιν non pauciores ætates intercedunt.

Is à Cadmo ob æmulationem doctrinæ interficitur.

22. Inde etiam manifeſtum fit illum ipſum fuiſſe Linum, quem Thebis literas alias à Cadmeis docentem, æmulatione in odium verſa, Cadmus interfeciſſe fertur. Zenobius Parœmiographus in Καδμεία νίκη ſic ait: Τὰ ἐκ Φοινίκης γράμματα βουλόμενος Ἁμφιθέαν τοῖς Ἕλλησι Κάδμος αὖθις λῦσαι, ὁ αὐτὸν ἰδίᾳ γράμματα διδάσκοντα ἀπέκτεινεν. Hoc eſt: *Quum Cadmus Phœnicias literas vellet Græcis tradere, Linum ſuſtulit, ipſum quoque peculiares docentem literas.* Ita enim reddendus eſt hic locus minus rectè ab And. Schotto perceptus. Cui ſatis congruit eorum opinio, qui ex Tacito ac Suida Linum literarum inventorem faciunt. Nec enim ullo modo officit, quòd id Lino Thebano, non Chalcidenſi tribuitur. Nam licet verè Chalcidenſis fuerit Linus, attamen quum diu Thebis permanſerit, ibique fuerit humo conditus teſte Pauſania, ideo Thebanus vocatus eſt. Quod apertè probat ejus Epitaphium à Diogene Laërtio allatum.

Quare hujus necis auctor etiã Apollo dictus fuerit?

23. Interim omittendum non eſt Linum hunc apud Pauſaniam atque Diogenem dici non à Cadmo interfectum, ſed ab ipſo Apolline. At veriſimillimum eſt merum id eſſe Poëtarum commentum, ut Lini necem facerent illuſtriorem, atque nobiliorem ipſi darent æmulum. Iſtud autem fingere eò ipſis facilius fuit, quòd iis temporibus quicumque cæteros doctrina, vel arte qualibet antecelleret Apollinis cognomine decoraretur, ut ex Oeagri exemplo ſuperius allato judicare licet.

Linum Cadmi ætate Pelaſgicas literas Thebis docuiſſe à Cadmeis diverſas.

24. His poſitis, jam ſatis patet Pelaſgicas illas literas, quibus Linus τῷ θρασὺ Διονύσῳ geſta conſcripſiſſe fertur, eaſdem fuiſſe quas ille Cadmi ætate Thebis docuit, quæque inter eos tanta moverunt jurgia. Nec aliam ob cauſam antiquos Hiſtoricos puto rei hujus mentionem feciſſe, quàm quòd Pelaſgicæ ac Cadmeæ literæ duas quaſi factiones in Reipublicæ literariæ incunabulis excitaſſent, quarum propugnatores recenſere ipſis viſum eſt. Itaque Linum, Orpheum, ac Pronapidem Pelaſgicas uſurpaſſe literas memoriæ prodiderunt. Quod alioqui ſanè oblivione digniſſimum fuit. Et ita omnino, ni fallor, intelligendus eſt Diodorus Siculus, qui licet in exſcribendo antiquiſſimo ſcriptore Dionyſio Mileſio non parum peccaſſe videatur, haud minimum tamen ſuppeditavit argumentum, quo Pelaſgicas literas Cadmeis priores eſſe, ac vetuſtiores tandem aliquando aſſequeremur.

De Pelaſgicarum ac Cadmearum literarum differentia.

25. Nunc ſupereſt ut exponamus quot & quæ Pelaſgicæ literæ fuerint, qualiſque has inter & Cadmeas differentia. Id autem difficile non erit, modò oſtendamus Pelaſgica elementa non alia fuiſſe à priſcis Atticis. Quod evidentiſſimis mihi probatur argumentis.

Pelaſgicas literas eaſdem fuiſſe ac priſcas Atticas,

26. Jam ſupra demonſtratum eſt Deucalionei diluvii tempore ſervatas fuiſſe à Pelaſgis literas. Simul docuimus multas Græciæ regiones aquarum exundationem non ſenſiſſe, ac præcipuè Atticam, quò Deucalion confugiſſe dicitur. His addendum eſt ea ipſa & ſuperiori etiam ætate Atticæ incolas Pelaſgorum nomine cenſeri. Id apertè teſtatur Herodotus, lib. VIII. cap. 44. Ut & Atticos è Pelaſgorum gente.

Ἀθηναῖοι δ' ὅτι μὲν Πελασγῶν ἐγένοντο τῶν τὴν Ἑλλάδα καλεομένην, ἔσαν Πελασγοὶ ὀνομαζόμενοι Κραναοί. Ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι· Ἐπὶ δὲ Ἐρεχθέος τοῦ αὐχένος Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν. Quod non ita tamen accipiendum eſt, quaſi ſub Cecrope Pelaſgorum nomen omnino amiſerint. Ut enim antea Πελασγοὶ Κραναοὶ, ſic mox Πελασγοὶ Κεκροπίδαι vocati ſunt. Ita rectè Herodotum interpretatur Marciani Heracleotæ, ſeu potius Scymni Chii Periegeſis v. 558.

Ἐξῆς Ἀθηναῖοι φασὶν οἰκεταὶ λαβεῖν
Τὸ μὲν Πελασγικὸς ὀνόματος· οὗς δὴ καὶ λόγος
Κραναοὺς καλεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας
Κέκροπος δυναστεύσαντος·

Idque oſtendit Herodotus ipſe lib. I. c. 57. ubi auctor eſt Atticam gentem pro Pelaſgica habitam fuiſſe ad id uſque tempus, quo ad Hellenes deſcivit, ac proinde multis

Et priſcam Atticorum linguam eandem ac Pelaſgicam

poſt Cecropem ætatibus. Sic autem loquitur: Τὸ Ἀττικὸν ἔθνος ἦν Πελασγικὸν, ἅμα τῇ μεταβολῇ εἰς Ἑλλάδα καὶ τὴν γλῶτταν μεταβάν. Illuſtris locus, unde diſcimus Pelaſgica quoque lingua uſos eſſe veteres Atticos. Quod etiam confirmat Pauſanias in Corinthiacis, ubi ait ante Heraclidarum in Peloponneſum reditum eandem Argivis linguam atque Athenienſibus fuiſſe: ἀφικέσθαι Ἡρακλείδας καταλῦσαι ἐς Πελοπόννησον τὸν αὐτὸν ἅπερ καὶ Ἀθηναίοις οἱ Ἀργεῖοι φωνήν. Quum enim Pelaſgicæ gentis non pars tantùm, ſed etiam caput Argivi fuerint, uti pluribus adverſus Salmaſium in alia de Pelaſgorum fortuna diſquiſitione demonſtrabimus, tunc ſequitur & Pelaſgici generis verè fuiſſe Athenienſes veteres, & Pelaſgicæ quoque linguæ diu apud ſe veſtigia conſervaſſe.

Quare Athenienſes literarum inventionē ſibi arrogaverint,

27. Hoc poſito, jam liquet Athenienſes ex iis eſſe, qui literas diluvii ætate ſervarunt, ac forſan præcipuos. Quin etiam veriſimile eſt inde natam ipſis eſſe occaſionem literarum inventionem ſibi arrogandi. Quam gloriam eos affectaſſe multa ſunt indicia. Nam & Cecropem, qui Athenis paulo ante Deucalionem regnavit, literarum auctorem eſſe prædicabant; & Ἀττικὰ γράμματα dicebant αὐτὸ τὸ παλαιὰ, Harpocratione teſte. Imo literas ſuas indigenas eſſe aſſeverabant.

Heſychius illuſtratur.

Heſychius: Ἀττικὰ γράμματα, τὰ ἀρχαῖα, ὑπερφυῆ. Qui locus ex ſupra dictis facilè intelligitur, quanquam illum aſſequi deſperet eruditiſſimus Mauſſacus in notis ad Harpocrationem.

Atticas literas eaſdem fuiſſe, quæ Latinæ

28. His mirè ſuffragatur Atticarum literarum cum Latinis affinitas, quam antiqui prodiderunt. Plinius Hiſt. lib. VII. cap. 58. de literis: *Veteres Græcas fuiſſe eaſdem penè, quæ nunc ſunt Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, &c.* Corn. Tacitus Annal. lib. XI. *Et formæ literis Latinis, quæ veterrimis Græcorum.* Quod enim de antiquis Græcorum elementis hîc dicitur, de Atticis haud dubiè intelligendum eſt, uti docet prolata à Plinio tabula, pluribuſque probat Cl. Salmaſius in Inſcript. Herodis p. 53. Atqui certiſſimum eſt Pelaſgis deberi Latinas literas. Plinius eodem libro cap. 56. *In Latium literas attulerunt Pelaſgi.* Quin & Pelaſgicam linguam eandem fuiſſe ac veterem Latinam non temere forſitan conjecit Humphrid. Prideaux in Chronic. Marmor. pag. 131. Parum verò intereſt utrum circa Deucalionis ævum literaturam ſuam in Latium intulerint Pelaſgi, an circa Trojana tantùm tempora. Qua de re inter doctiſſimos viros Phil. Cluverium Italiæ Antiq. lib. III. & Theod. Ryckium Diſſert. de primis Italiæ Colon. cap. VII. magna intercedit controverſia à nobis aliàs diſcutienda. Nunc enim ſatis eſt monuiſſe Latinorum literas Pelaſgicas fuiſſe, atque eaſdem penè, quæ priſcæ Atticæ. Unde manifeſtum eſt non alias fuiſſe Pelaſgicas ab Atticis.

Eandemque ferè Atticis ac Latinis Arithmeticam.

29. Atticum verò, ſeu Pelaſgicum, non Cadmeum alphabetum ad Latinos tranſlatum eſſe alia inſuper confirmant argumenta. Nam ſi Cadmeas literas accepiſſent Latini veteres, ſimul admiſiſſent arithmeticas notas, quæ Cadmei alphabeti partem fecerunt. Nempe ϡ, Ϙ, & Ϡ. Atqui ut has Latini notas nunquam in uſu habuerunt, ita numeros Atticos prorſus imitati eſſe videntur. De quorum figuris ſic Scaurus de Ortograph. edit Putſchianæ pag. 2258. *Quod ſignificant Attici, qui principes literarum, à quibus eorum nomina incipiunt, numeros notantes, hac quoque* (ſcilicet H) *in eadem ſignificatione utuntur. Nam quoties unum notant,* I *literam ponunt, quoniam apud illos μία, ἓν dicitur. Et ut πέντε* Π, *δέκα* Δ, *ſic & ἑκατὸν, id eſt centum,* H *litera notant.* Ita enim hic locus partim ex Cl. Salmaſii conjecturis in Inſcript. Herod. pag. 42. partim ex noſtris legendus eſt. Quantùm autem ad hanc arithmeticam accederet Latina abundè teſtatur Priſcianus de Figuris Numerorum: *Una per* I *ſcribitur antiquo more Atticorum, qui ſolebant principalem nominis numeri literam ponere, & ſignificare numerum. Ergo ἓν pro μία dicentes* I *ſcribebant. Et* Π *πέντε, &* Δ *δέκα. . . . & Η ἑκατὸν, &c. Hos igitur Latini quoque in pleriſque imitati ſunt. Nam per* I *unum notant illos ſecuti, &c.* Talis fuit doctiſſimi Priſciani ſententia de Latinorum numerorum notis. Quæ licet ex Doctorum quorumdam opinione omnino aliam originem habere dicantur, multas tamen rationes pro Priſciano pugnare certum eſt, ut & maximi nominis viros, atque in primis eruditiſſimum Beveregium Arithmet. Chronolog. lib. I. cap. 7. cujus ea de re ſcripta omnino videnda ſunt.

Scaurus emendatus.

Atticam arithmeticam Cadmea antiquiorem eſſe.

30. Sed ſive Latini ab Atticis arithmeticam mutuati fuerint, ſive aliunde hauſerint, illud conſtat Atticas numerorum notas Cadmeis antiquiores omnino videri. Cadmeas enim & compendioſiores, & ad quamlibet arithmeticam operationem longè expeditiores eſſe palam eſt. At in iis, quæ ad artes pertinent, à rudioribus ad perfectiora progreſſum ſemper factum eſſe nemo, opinor, ibit inficias. Δῆλα γὰρ καὶ τυφλοῖς ταῦτα. Itaque Atticam numerandi normam jam in uſu fuiſſe oportuit quum Cadmea in Græciam

etiam illata est. Alioquin istam haud dubiè nunquam admisissent Attici, nec longam ac morosam arithmeticam brevi atque appositæ prætulissent. Hinc autem validissimum oritur argumentum, quo probetur Atticas literas Cadmeis antiquiores esse, si quidem Attica arithmetica non nisi literis expediri queat, uti in superioribus patefactum est.

Quare Græcarum literarum nomina diversa sint à Latinis.

31. Præterea diversas à Cadmeis literas in Latium à Pelasgis translatas esse indicant etiam ipsa Latinarum literarum nomina. Ea enim à Phœniciis prorsus aliena sunt, ut in sequentibus ostendemus. Quod ita tamen sanè non accidisset, si quo tempore Pelasgi literas suas Latinis dederunt, ea elementis nomina imposita fuissent, quæ non nisi Cadmo debentur. Unde non parva suspicio subest ante Cadmum priscis Atticis seu Pelasgicis literis nondum ulla fuisse nomina: vel si aliqua fuere, ea non alia extitisse à Latinis. Nec obest quòd Pelasgica quoque elementa à Phœniciis ortum trahant. Nam quum Pelasgi è Phœnicia profecti novas colonias in Græciam duxere, nondum forsan in artem evaserat apud ipsos Grammatica, aut literæ propria acceperant nomina. Deinde, etsi jam accepissent, haud mirum foret Pelasgicam gentem bello deditam, errabundam, ac variis casibus actam, longo temporis tractu ea nomina penitus dedidicisse.

Vetustissimis Pelasgis, Atticis, atque Latinis XVI. solùm literas fuisse.

32. Quod quum ita sit, demonstraverimque ante Cadmum frequentatas esse Pelasgorum in Græcia literas, eas verò non alias extitisse ab Atticis, ut nec à Latinis Atticas, jam proclive est Pelasgicarum numerum assequi. Antiquissimum enim Latinorum, ut & Græcorum alphabetum sedecim tantùm habuisse literas in confesso est. Marius Victorinus, Cadmum existimans Græcarum literarum auctorem, sic ait Artis Grammat. lib. 1. cap. de Orthograph. ed. Putsch. pag. 2458. *Repertores literarum Cadmus ex Phœnice in Græciam, & Evander ad nos transtulerunt literas numero* XVI. Priscianus lib. 1. cap. de numero literarum: *Apud antiquissimos Græcorum non plus quàm sedecim erant literæ, quibus ab illis acceptis Latini antiquitatem servaverunt perpetuam.* Id confirmant Plinius Hist. lib. VII. cap. 56. & Plutarchus in Platonic. Quæstionibus. Nec proinde audiendus est Isidorus Origin. lib. 1. cap. 4. ubi *decem & septem Latinis literis veterem scripturam constitisse ait.* Quod certè falsissimum est.

Quæ fuerint veteres Pelasgicæ sive Atticæ literæ.

33. Sed quæ fuerint veterrimæ Pelasgorum atque Atticorum literæ non ita facile est eruere. Nec enim assentior maximis viris Jos. Scaligero in Euseb. pag. 104. & Cl. Salmasio in Inscript. Herod. pag. 43. 53. & 55. affirmantibus Farnesianam columnam extantem inter Gruterianas Inscriptiones pag. XXVIII. vetustissimorum Atticorum more esse conceptam. Quod sanè si verum esset, de literarum Atticarum numero & figura frustra laboraremus. Sed ea in re plurimùm à vero aberrasse eruditissimos viros tam certum est, ut nihil omnino sit certius. Non enim XVI. tantùm literas, qui Atticarum numerus fuit, continet Farnesiana inscriptio, sed XVIII. scilicet: Α. Γ. Δ. Ε. Η. Θ. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ. Χ. Quibus si addas Β literam, quam semper in usu fuisse constat, fient XIX. quarum tres inter priscas numerandæ non sunt, nempe Θ, Υ, & Χ, uti ex sequentibus patebit. Quò magis mirum videtur in eum errorem impegisse Salmasium, qui veteres Atticos ΘΕΟΣ pro ΘΕΟΣ: ΑΤΗΕΝΑΙΟΝ pro ΑΘΗΝΑΙΟΝ: & ΚΗΡΟΝΟΣ pro ΧΡΟΝΟΣ scripsisse ultro agnoscit ibidem pag. 30. 31. Quin & Atticas literas sedecim tantùm numero esse fatetur cum alibi passim, tum disertè pag. 53. ubi Α'ττικὰ γεγράμμα de illo scripturæ genere intelligi asserit, quod literis XVI. confiebat, ut contra Ἰωνικὰ de ea scriptura, quæ XXIV. peragebatur. Unde manifestum est eos insigniter falli, qui Scaligerum Salmasiumque secuti ex hac inscriptione vel Atticarum literarum, vel priscarum Ionicarum typum probè tenere se arbitrantur. Quum non nisi sub Pio & Marco Antoninis exstructum fuerit hoc monumentum ab Herode Attico Rhetore, qui licet priscam scribendi normam imitari voluisse videatur, in hoc tamen sive ignorantia sive oscitantia multipliciter lapsus est.

De Farnesianæ columnæ literis judicii.

Quæ fuerint priscæ Latinorum literæ.

34. Unicum igitur ad dignoscendas veterum Græcorum literas restat subsidium, si priscas Latinas, quæ ex iis profluxerunt, totidemque numero fuere, cognoscere possimus. Sed nec ea de re consentit Grammaticorum chorus.

Q literam ex iis non esse.

35. Marius quidem Victorinus Artis Grammat. lib. 1. cap. de Ortograph. pag. 2458. & 2468. has statuit vetustissimorum Latinorum literas: A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. Verùm hæc expendens Salmasius in Inscript. Herod. p. 225. 226. inde Q literam demendam esse censet. Et quidem meritò. Præter enim eas, quas ibidem attulit Salmasius, rationes, itidemque G. J. Vossius Artis Grammat. lib. 1. c. 18. constat ex ipsius Marii Victorini mente novam hanc esse literam. Sic enim ille lib. 1. cap. de Literis, pag. 2452. *Literæ Romanæ ad imitationem Græcarum factæ novas etiam*

habent, ut H. Q. V. Et cap. de Orthograph. pag. 2459. *Nec* G *quidem, nec* Q *Latinus ſermo introduxit.* Ergo allatum ſupra ex eodem alphabetum corruptum eſſe liquet. Quod quidem rectè vidit Salmaſius. Sed dum V pro Q reponendum cenſuit, non minus contra Marii mentem fecit, qui V quoque literam inter recentiores poſuerat. Alia igitur via inveſtiganda nobis eſt rei veritas, atque ab iis tenebris, quibus hactenus involuta jacuit, eruenda.

Nullas primitùs literas, præter omnino neceſſarias, receptas fuiſſe.

36. Quod antequam aggrediamur, illa primùm regula conſtituenda eſt antiquiſſimis temporibus eas tantùm in uſu fuiſſe literas, quæ hominibus omnino neceſſariæ fuerunt, quibuſque carere nullo modo potuere. Ideo ſedecim literis omnis ipſis ſcriptura conſtitit. Cæteræ non niſi poſterioribus atque cultioribus ætatibus repertæ ſunt à Grammaticis, vel compendii ergo, vel ad obſervandam quantitatem, vel etiam ut ambigui literarum ſoni melius diſtinguerentur. Itaque nova iſta elementa non tam literæ, quàm affectiones & accidentia, atque differentiæ literarum eſſe dicuntur à Plutarcho in Platonicis quæſtionibus: πάντα μᾶλλον ὄντα, καὶ συμβεβηκότα, καὶ διαφοραὶ στοιχείων. Unde ſequitur, quæcumque litera talis apparet, hanc recentiorem eſſe, non verò è primitivis illis ſedecim.

V apud Latinos recentiorem eſſe literam.

37. His præmiſſis, V literam inter antiquiſſimas apud Latinos non fuiſſe, & Marii Victorini auctoritate, & ratione quoque manifeſtum eſt. Ut autem Mario aſſentiar id facit, quòd V Latinis nullo modo neceſſaria fuiſſe videatur. Si quis enim vocalem hanc vult ſecundum ejus naturam excutere, inveniet duplicem huic fuiſſe ſonum, quorum unus ad I, alter ad O propiùs accederet: ita ut I literæ propinquus ſonus per I, alter per O efferretur.

Veterum teſtimoniis res clariùs eluceſcet. Quintilianus lib. 1. cap. 4. *Medius eſt quidem* V *&* I *literæ ſonus.* Priſcianus lib. 1. cap. de Litera: I *&* V *vocales, quando mediæ ſunt, alternos inter ſe ſonos videntur confundere, &c.* Velius Longus de Orthograph. ed. Putſch. pag 2228. *Antiquis variè ſcriptitatum eſt Mancupium, Aucupium, Manubiæ, ſiquidem C. Cæſar per* I *ſcripſit, ut apparet ex titulis ipſius. At Auguſtus* I *per* U, *ut teſtes ſunt ejus inſcriptiones.*

Nec minor U & O literarum confuſio. Nam *ofum* pro *ovum*: *Afos* pro *Avus*: *Domos* pro *Domus* antiqui dixere, & innumera alia. Velius Longus pag. 2216. *Apud nos quoque antiqui æquè confuſas* O *&* U *literas habuere. Nam* CONSOL *ſcribebant per* O, *quum legeretur per* U CONSUL. Idem pag. 2222. *Apparet eos aliter ſcripſiſſe, aliter enuntiaſſe. Nam quum per* O *ſcriberent, per* V *tamen enuntiabant.* Quanquam tamen non eundem hac de re per totam Italiam uſum fuiſſe teſtatur Priſcianus. Sed aliis U arriſiſſe, ut Thuſcis & Umbris; aliis diſplicuiſſe, ut Romanis. Id refert inſignis Grammaticus lib. 1. cap. de numero Literar. his verbis: *O aliquot Italiæ civitates, teſte Plinio, non habebant. Sed loco ejus ponebant* U, *& maximè Umbri & Thuſci.* Idem paulo poſt: U *quoque multis Italiæ populis in uſu non erat. Sed è contrario utebantur* O. *Unde Romanorum quoque vetuſtiſſimi in multis dictionibus loco ejus* O *poſuiſſe inveniuntur.* Quid verò inde colligendum? Num aliquot Italiæ civitates O literæ ſono verè caruiſſe? Minimè. Quæ enim gens hoc ſono carere poſſit? Quid igitur? Dic variis typis expreſſum fuiſſe olim à variis Italiæ gentibus hunc ſonum. Thuſci enim & Umbri O literam ſicut Romani enuntiabant. Sed aliter ſcribebant, nempe per U. Hæ itaque literæ non ſono tunc, ſed figura tantùm diſcrepabant, ac, ſi modò verum dicere volumus, nuſquam apud priſcos Latinos U vocalis diſtinctum habuit ab O litera ſonum, nuſquam peculiarem in alphabeto locum.

De V verò conſonante nulla dubitatio eſt. Hanc enim literam priſcis Latinis incognitam fuiſſe inde apparet, quòd ejus vicem Æolicum digamma diu obtinuerit. Audiamus Grammaticos. Priſcianus lib. 1. cap. de numer. Literarum: *Antiqui Romanorum Æoles ſequentes loco aſpirationis* F *ponebant. . . . . Habebat autem hæc litera hunc ſonum, quem nunc habet* V *loco conſonantis poſita.* Annæus Cornutus apud Caſſiodorum de Orthographia ed. Putſch. pag. 2282. poſtquam ab antiquis *Fotum* & *Firgo*, pro *Votum* & *Virgo* ſcriptum fuiſſe dixit, hæc ſubjungit: *Nos hodie* V *literam in duarum literarum poteſtatem coëgimus. Nam modò pro digamma ſcribitur, modò pro vocali.*

Marius Victorinus emendatus.

Quum hæc certa ſint atque indubitata inde illuſtrandus eſt atque emendandus alius Marii Victorini locus, quem priſtino nitori reſtituere fruſtra, ni fallor, tentavit Salmaſius. Sic autem habet ille lib. 1. cap. de Orthograph. pag. 2468. *Scripſeram autem vobis noſtros antea, ſicut Græcos quoque,* XVI. *literis uſos, ex quibus fuiſſe vocales apud utroſque. His poſtea quaſdam à Palamede, alias à Simonide adjectas impleſſe numerum* XXIV. Salmaſius in Inſcript. Herod. pag. 225. rectè ſuſpicatus eſt hîc deeſſe vocalium numerum. Unde ſic repoſuit: *Ex quibus fuiſſe*

vocales apud utroſque v. *Poſtea quaſdam, &c.* Verùm, ſi ex Marii mente V nova fuit litera, uti ſupra obſervatum eſt, quatuor tantùm vocales priſcis Latinis fuiſſe neceſſe eſt. Itaque apud Marium ita potius legendum ? *Vocales apud utroſque* IV. *Poſtea, &c.* Sed & à ſimili macula liberandus eſt idem Marius ibid. pag. 2458. ubi poſtquam dixit Latinos veteres iis uſos eſſe literis, quas à Græcis acceperant XVI. numero, hæc addit : *Et quum Græci vocales haberent totidem quot & nos*, A. E. I. O. Υ. (*nam* H *&* Ω *poſtea ſunt ab his reperta*) E *&* O *ternas habebant apud eos poteſtates, &c.* In ea vocalium recenſione Υ additicium eſſe manifeſtum eſt. Idque ſequentia oſtendunt, ubi ait apud Græcos ΟΥ per O literam olim exprimi. Quod ex aliis quoque veterum teſtimoniis confirmatur. Quin & ipſe Marius paulo poſt aſſerit, apud Latinos O *non ſolùm pro brevi & longa, ſed etiam pro* V *poni, ut pro Populus ibi* POPOLOS: *& ubi Piaculum, ibi* PIACOLOM: *ſic & pro Huic* HOIC, *pro Funus* FONOS, *&c.* Ita enim legendus eſt hic locus. Et mox ? O *verò & pro brevi, & pro longa, & pro* U *poſita eſt.* Quamobrem ſupra laudata ejuſdem verba ſic emendanda eſſe cenſeo : *Et quum Græci vocales haberent totidem quot & nos*, A. E. I. O. (*nam* H, *&* Υ, *&* Ω *poſtea ſunt ab his reperta*) E *&* O *ternas habebant apud eos poteſtates.*

H litera apud Latinos nova.

38. H novam eſſe apud Latinos literam omnes agnoſcunt. Imo ne literam quidem eſſe, ſed aſpirationis notam plerique contendunt. Qua de re ex antiquis Grammaticis videndus eſt Priſcianus, lib. 1. cap. de numero literarum : è recentioribus G. J. Voſſius Artis Grammat. lib. 1. cap. 16.

Ut & G & Z.

39. G quoque, & Z literas ex noviſſimis Latinis eſſe ſi probare velim, operam luſero. Id enim jam accuratiſſimè fecerunt cum alii, tum præcipuè Voſſius ibid. cap. 15. & 21. Nec mihi animus eſt falcem alienæ meſſi ſupponere.

Quid de K litera?

40. K literam inter recentiores ponunt Iſidorus Origin. lib. 1. cap. 41. Et Petrus Diaconus in Præfat. libri de Notis Romanorum. Hanc enim aiunt priſcis adjunctam fuiſſe à ludimagiſtro quodam Salluſtio, aut Salvio, ut in ſono diſcrimen faceret duarum literarum C, & Q. Cujus rei falſitatem miror non vidiſſe eruditiſſimum Voſſium Artis Grammat. lib. 1. cap. 17. Perſpicuum enim eſt ea litera minimè carere potuiſſe veteres Latinos, qui C literam, non ut K, ſed ut Græci Γ, certiſſimè enuntiabant, ac *Lece* pro *Lege*, *Aena* pro *Agna*, cæteraque ſimilia ſimiliter ſcribebant. Quod non ſolùm Marius Victorinus lib. 1. pag. 2459. aliique priſci Grammatici teſtantur, ſed & ipſe Voſſius agnoſcit ibidem cap. 15.

Quid de F?

41. Reſtat igitur F litera, quam ſedecim priſcis additam eſſe vult Priſcianus lib. 1. cap. de numero Literarum, his verbis : *Si veriſſimè velimus inſpicere eas, hoc eſt ſedecim, non plus quàm duas additas in Latino inveniemus ſermone.* F *Æolicum digamma, quod apud antiquiſſimos Latinorum eandem vim, quam apud Æoles, habuit. Eum autem propè ſonum, quem nunc habet* F, *ſignificabat* P *cum aſpiratione. Sicut etiam apud veteres Græcos pro* Φ, Π *&* H. *Unde nunc quoque in Græcis nominibus antiquam ſcripturam ſervamus pro* Φ, P *&* H *ponentes, ut Orpheus, Phaeton. Poſtea verò in Latinis placuit verbis pro* P *&* H, F *ſcribi, ut Fama, &c.* Ita enim levibus quibuſdam mendis purgata hæc verba legenda ſunt. Priſcianus emendatus.

Verùm quò minus concedamus in præſtantiſſimi Grammatici ſententiam multa validaque obſtant argumenta. Si enim ſpectatur F ut Æolicum digamma, hoc eſt, ut aſpirationis nota, ultro fatetur Priſcianus illud à Latinorum antiquiſſimis uſurpatum fuiſſe. Et ſanè vix dubitari poteſt quin cum aliis literis digamma quoque in Latium fuerit illatum à Pelaſgis, quorum plerique Theſſali, ac proinde Æoles fuere. Strabo lib. v. Τοὺς δὲ Πελασγοὺς, ὅτι μὲν αὐχοῦσι τὸ φῦλον καὶ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπεπολακέναι, καὶ μάλιστα περὶ τοὺς Αἰολεῖσι τοὺς καὶ Θετταλίαν, ὁμολογοῦσι ἅπαντες σχεδόν τι. Itaque qua ratione F literam ſedecim priſcis Latinis additam fuiſſe dixerit Priſcianus non videmus, niſi forſan quia minus litera cenſebatur, quàm aſpirationis nota. Hoc enim argumento uſus eſt paulo poſt, ut H Latinorum è Literarum catalogo expungeret. Sed hanc rationem futiliſſimam eſſe oſtendemus, quum de H Græco nobis erit agendum. Nunc dicere ſufficiat ſubtilem iſtam diſtinctionem inter aſpirationis notas, ac vera elementa, rudioribus antiquis ignotam, Grammaticorum opus eſſe. Unde patet, quum à priſcis traditum ſit vetuſtiſſimum Latinorum alphabetum XVI. tantùm literis conſtitiſſe, id de quibuſlibet notis intelligendum, quæ alphabeti partem facerent. Quod de F meritò agnoſcit Salmaſius de Helleniſtic. pag. 64. his verbis : *Digamma litera erat, & in numero literarum ponebatur.*

Præterea non aſpirationis ſolùm vicem F ſuſtinuit. Si quidem apud veteres Latinos idem valuit, quod apud Græcos Φ litera. Nec ullo modo aſſentiri poſſumus Priſciano affirmanti Latinos olim hanc expreſſiſſe li-

teram per P & H. Ita ut ſcriberent PHRATER, PHILIUS, ut ORPHEUS, PHAETON. Id enim nec exemplis, nec auctoritate veterum, nec etiam ratione niti quovis pignore contendemus.

Ac primùm, quòd ad veterum teſtimonia pertinet, unde hæc ſibi parent, viderint Priſciani diſcipuli. Pro nobis certè ſtant non ſolùm antiqui atque illuſtres Grammatici, Scaurus de Orthographia pag. 2250. & Marius Victorinus Artis Grammat. lib. 1. pag. 2452. ſed etiam recentior Cl. Dauſquius Orthographic. part. 1. pag. 26. Qui omnes H literam ponunt inter Latinorum noviſſimas.

Nec Priſciano magis favent exempla. Unicum enim novimus, quod in Latina voce PH pro F ſcriptum præ ſe ferat. Extat illud inter Gruterianas Inſcriptiones pag. DCCCCXLIII. n. 12. ubi PHIDELISSIMÆ pro FIDELISSIMÆ exaratum legimus. Verùm quid poſſit exemplum ſingulare, atque è ſculptoris errore forſan natum, aut etiam recens, nemo non videt. Deinde, ſi exemplis agendum eſſet, innumera proferre poſſemus, quibus F ſcriptum fuit, ubi PH ſcribi oportuit. Sic antiqua Saxa AMFION habent pro AMPHION: HIEROFANTA pro HIEROPHANTA: FRYX pro PHRYX: & ſimilia ſexcenta. Quin & alia quoque ſuppetunt, ubi SPAIRISTERIO, non SPHAERISTERIO: APUA, non APHYA: PILIPPUS, non PHILIPPUS ſcripſere veteres.

Sed neque rationibus magis, ni fallor, valet Priſcianus. Si enim ab antiquiſſimis Latinis Φ litera per P & H expreſſa fuit, ſequitur eos ſimul habuiſſe duas aſpirationis notas. Nempe illud H, unàque digamma Æolicum, quod vel Priſciano fatente in uſu apud ipſos fuit. Id autem nec verum eſt, nec veriſimile. Æolicum enim digamma nihil aliud eſt quàm H Atticum, licet horum effigies paululum diverſa ſit, uti plenè oſtenderunt Salmaſius in Inſcript. Herod. pag. 44. & ſequ. Atque Voſſius Artis Grammat. lib. 1. cap. 16. Quis verò credat apud Latinos unam eandemque aſpirationis notam duabus figuris effictam unquam fuiſſe?

Sanè multò facilius nobis perſuaſiſſet Priſcianus veteres Latinos Φ literam per P & F expreſſiſſe in hunc modum: PFRATER, PFILIUS: paulatim verò ex eorum ſcriptura excidiſſe P literam, atque ita ſucceſſiſſe novæ orthographiæ normam. Huic enim opinioni nihil deeſſe fatendum eſt, niſi veterum auctoritatem. Sed quum hæc deficiat, ſatius eſt dicere F literam idem ſemper apud Latinos valuiſſe, quod PH apud Atticos, ac Φ apud Iones.

Neque his etiam cancellis circunſcripta eſt F litera. Ea enim conſtat uſos eſſe primitus antiquiſſimos Latinos, ut Vau ſuum exprimerent, antequam excogitata eſſet V litera. Annæus Cornutus apud Caſſiodorum de Orthographia: *Ad hujus ſimilitudinem ſoni noſtri conjunctas vocales digammon appellare voluerunt, ut eſt, Votum, Virgo. Itaque in prima ſyllaba digamma & vocalem oportuit poni*, FOTOM, (ſic ſcribe) FIRGO. *Quod & Æoli fecerunt, & antiqui noſtri, ſicut ſcriptura in quibuſdam libellis declarat.* Priſcianus ipſe lib. 1. cap. de numero Literarum: *Habebat hæc* F *litera hunc ſonum, quem nunc habet* V *loco conſonantis poſita. Unde antiqui* AF *pro* AB *ſcribere ſolebant. Sed quia non poteſt Vau, id eſt digamma, in fine ſyllabæ inveniri, ideo mutata eſt in* B. SIFILUM *quoque pro* SIBILUM, *teſte Nonio Marcello de Doctorum Indagine, dicebant.* Quibus teſtimoniis ea omnino addenda ſunt, quæ congeſſerunt Joſ. Scaliger in Euſeb. pag. 110. 111. nec non Joan. Paſſeratius de Literarum cognatione, pag. 69. Ann. Cornutus emendatus.

Itaque luce meridiana clarius eſt F literam, non ſolùm priſcis Latinis innotuiſſe, verùm etiam apud eos ternas habuiſſe poteſtates. Nam & aſpirationis vicem obtinuit, & duarum inſuper literarum, ſcilicet Φ Græci, & V conſonantis. Quibus quum nunquam caruerint Latini, nunquam pariter F litera eos caruiſſe neceſſe eſt, quidquid in contrariam partem afferat doctiſſimus Priſcianus.

42. Nunc ad duos ſupra laudatos Marii Victorini locos revertor, quorum primum ita legendum patet: *Noſtri Latini, quum literis uterentur, quas à Græcis acceperant*, A. B. C. D. E. F. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. *& Græci, &c.* Alterum verò in hunc modum: *Repertores literarum Cadmus ex Phœnice in Græciam, & Evander ad nos tranſtulerunt* A. B. C. D. E. F. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. *literas numero* XVI. Atque hoc revera antiquiſſimum Latinorum alphabetum fuiſſe ita demonſtratum à me confido, ut nullus jam ſuperſit dubitationi locus. Quale fuerit priſcum Latinorum alphabetum. Marius Victorinus emendatus.

43. Porro cognitis priſcis Latinorum literis, antiquiſſimas quoque Græcas cognoſcere haud difficile eſt. Eæ enim, ſi quid conjectura valeo, fuerunt A. B. Γ. Δ. E. H. I. K. Λ. M. N. O. Π. P. Σ. T. Et ſanè iis omnino congruit, quod ait Plutarchus in Quæſtionibus Platonicis XVI. literis omnem priſcorum Græcorum conſtitiſſe ſcripturam. Nullam enim ipſis vocem eſſe puto, quæ non poſſit iſtis exprimi literis. Etſi autem id forſan Quæ fuerint veterrimæ Græcorum literæ.

forsan sufficere debeat, attamen, ne quod superst contumacibus perfugium, amplius ostendendum est ex reliquis hodierni Græcorum alphabeti elementis nullum esse, quod non recentiorem originem redoleat.

Θ, Ξ, Χ, Ψ, & Ω literas novas esse.

44. Ac de Θ litera primùm, uti de Ξ, Χ, Ψ, & Ω, omnes consentiunt novas esse. Quarum alias à Simonide, alias à Palamede, sive à Cadmo Milesio, aut Epicharmo repertas perhibent.

Quid de Z, Υ & Φ?

45. Z verò, & Υ, & Φ inter vetustissimas posuisse videtur Aristoteles. Plinius Hist. Natur. lib. VII. cap. 56. *Aristoteles* XVIII. *priscas literas fuisse*, A. B. Γ. Δ. E. Z. I. K. Λ. M. N. O. Π. P. Σ. T. Υ. Φ. *& duas ab Epicharmo additas* Θ. X. *quàm à Palamede mavult.* Verùm istud de antiquissimo Græcorum alphabeto accipiendum esse, meritò jam negavere summi viri Jos. Scaliger in Euseb. pag. 113. & G. J. Vossius Artis Grammat. lib. I. cap. 25. Aliam enim Aristoteli mentem fuisse vel inde patet, quòd XVIII. literas recenseat, quanquam apud omnes in confesso sit sedecim tantùm primitus extitisse. Sententia igitur Aristotelis fuisse videtur Epicharmi ævo XVIII. duntaxat extitisse literas. Duas verò, Θ & X, ab Epicharmo additas. Quod à veritate sanè minus aberrat.

Z literam ex vetustioribus non esse.

46. Etenim Z literam ex antiquissimis non esse multis probatur argumentis. Quorum primum est non tam literam esse, quam duarum literarum compendium, scilicet ΣΔ, vel ΔΣ, vel ΣΣ, vel ΤΣ. Id plenè docet Vossius Artis Grammat. lib. I. cap. 21. ubi non modò discimus Z literam apud Græcos duplicem fuisse, verùm etiam quæcumque duplex est litera, eo ipso non esse verè literam. Unde colligendum eam inter veterrimas numerandam non esse, quas & simplicissimas, & non nisi omnino necessarias fuisse jam supra ostendimus.

Sed & veteres quoque hujus literæ novitatem agnoverunt. Hanc enim alii à Palamede, alii à Simonide repertam volunt. Suidas in Παλαμήδης: Καὶ εὑρετὴς γέγονε τοῦ Ζ φωνείου. Plinius Hist. Natur. lib. VII. cap. 56. *Utique in Græciam intulisse à Phœnice Cadmum literas sedecim numero. Quibus Trojano bello asseritur Palamedem adjecisse quatuor hac figura*, Θ. Ξ. Φ. X. *Totidem post eum Simonidem Melicum*, Z. H. Ψ. & Ω. Quem locum immutando, cum Suida conciliare frustra conatur Salmasius in Inscript. Herod. p. 223. Namque & diversæ fuerunt veterum de harum literarum auctoribus sententiæ, & Suidas ipse in Σιμωνίδης id ipsum Simonidi tribuit, quod antea Palamedi adscripserat. Πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὰ μακρὰ τοῦ φωνήεντος, καὶ τὰ διπλᾶ. Quod de Ξ & Ψ non magis intelligendum est, quàm de Z, quæ duplex etiam fuit. Nec mirum est de hujus literæ origine adeo discrepasse veteres, si verum est nec Palamedi, nec Simonidi, sed Cadmo Phœnicio tribuendam esse illius inventionem. Quod & nobis persuasum est, & infra pluribus probare conabimur.

Vulgata Plinii lectio adversus Salmasium asseritur.

At quisquis hujus repertor fuerit, illam certè Pelasgis ignotam fuisse indicio est quod, quum Latini totidem literas à Pelasgis acceperint, quot ipsi habuerunt Pelasgi, Z tamen non nisi serò admodum admiserunt. Velius Longus de Orthographia, pag. 2216. Z *lingua Latina non agnoscit. Ideoque nec mentio illius unquam fuit, nisi primo postquam peregrina nomina hunc sonum induxerunt.* Curtius Valerianus apud Cassiodorum de Orthographia: Z *in antiquis libris Latinorum scripta non est. Sed pro illa duo* SS *ponebantur.* Isidorus Origin. lib. I. cap. 4. *A Græcis duas literas mutuavit Latinitas,* Υ *&* Z, *propter nomina Græca. Et hæ apud Romanos usque ad Augusti tempus non scribebantur. Sed pro* Z, SS *ponebant, ut Hilarissat.*

Quid de Φ litera?

47. De Φ litera idem esto judicium. Nam composita est ex Π & H, ideoque duplex. Ac præterea vel Palamedi, vel Cadmo Milesio adscribitur. Nec quemquam doctorum fuisse puto, qui eam è vetustissimis sedecim fuisse dixerit.

Quid de Υ?

48. Υ litera supereſt, quam recentiorem quoque ut censeam non una ratione adducor. Sive enim à Palamede inventa sit, ut vult Vossius Artis Grammat. lib. I. cap. 25. sive à Simonide, ut auctor est Maximus Victorinus Artis Grammat. ed. Putsch. pag. 1944. seu denique à Pythagora Samio, quod magis placet Westenio de Ling. Græc. pronuntiat. orat. III. utique novam eam esse manifestum est. Et sanè, si prisca fuit, dici non potest quam ob rem O pro ΟΥ veteres perpetuò scripserint. Quo certissimo argumento utitur Westenius. Nec minoris est momenti, quòd è XVI. antiquis Latinorum literis nulla fuerit, quæ τῷ Υ responderet, uti supra probatum est. Quum tamen in confesso sit totidem Latinos admisisse literas, quot veteres Græci habuere.

Equidem, si rem propius introspicere volumus, Υ Græcis non omnino neces-

saria fuit. Nihil enim aliud est quàm τὸ I pinguioris sonus, quemadmodum evidentissimè demonstravit Westenius ibid. orat. VIII. Ergo non tam ψιχίον fuit, quam ψιχὺν διαφοράν. Quod in H & Ω quoque literis à Grammaticis observatur. Quin & pinguior ille τὸ I sonus antiquis Græcis minus cognitus fuisse videtur, quos exiliore sono magis delectatos proditum est. En Platonis in Cratylo testimonium : Οἶσθα ὅτι οἱ παλαιοὶ οἱ ἡμέτεροι τῷ ἰῶτα ἐῶ μᾶλλα ἐχρῶντο.

Marius Victorinus emendatus.

Sed ut Grammaticorum auctoritate res ista definiatur, illustrissimum Marii Victorini locum afferam, qui postquam V literam apud Latinos novam esse ostendit, hæc statim subjungit pag. 2459. *Apud Græcos autem fuisse* ΚΥΩ *cum* I *&* O *non dubito.* Sic enim haud dubiè legendum, non CIO. Quæ vox nullum prorsus sensum facit. KIO verò pro ΚΥΩ in antiquissimis libris scriptum fuisse verissimum est.

Sic etiam Latinos veteres ad Augusti usque tempora I pro V scripsisse testatur Isidorus Origin. lib. 1. cap. 4. Nempe apud ipsos etiam I litera & exiliorem sonum habuit, & pinguiorem. Velius Longus de Orthographia, pag. 2216. I *verò litera interdum exilis est, interdum pinguis. Ut in eo quod est, prodit, vincit, condit, exilius volo sonare. In eo verò, quod significatur prodire, vincire, condire, æquè usque pingueſcit. Ut jam in ambiguitatem cadat utrum per* I *quædam habeant dici, an per* V, *ut est, optumus, maxumus.* Unde perspicuum est non nisi ab utriusque linguæ Grammaticis excogitatam atque inductam fuisse Υ literam, qua pinguis ille sonus ab exili discerneretur.

Quapropter satis mirari non possum in aliam sententiam abiisse summos viros G. J. Vossium Artis Grammat. lib. 1. cap. 25 ac Salmasium in Inscript. Herod. pag. 225. & 237. Præsertim quum ambo Palamedem pro Υ literæ inventore agnoverint, scilicet Vossius ibidem, Salmasiusque pag. 55. Quem etiam pro nostra sententia primùm stetisse notandum est, pag. 38. 40. & 53. antequam in addendis & se ipsum, & veritatem desereret.

Maximi Victorini de Græcis literis errores.

49. His igitur è prisco alphabeto explosis literis, restant hæ sedecim : A. B. Γ. Δ. E. H. I. K. Λ. M. N. O. Π. P. Σ. T. quas omnium antiquissimas fuisse ex supra dictis, ni fallor, evidentissimum est. Nec enim fide ulla dignus est Maximi Victorini locus Artis Grammat. pag. 1944. ubi quæcumque de antiquis ac recentioribus Græcorum elementis prodita sunt ita miscuisse videtur, ut nihil sit monstrosius. Sic autem habet : *In Græciam Cadmum Phœnicem literas* XVI. *attulisse constat*, A. B. Γ. Δ. E. I. K. Λ. M. N. Ξ. Π. P. Σ. T. Ω. *Eis Trojano bello Palamedem addidisse quatuor*, H. Φ. Ψ. X. *Post eum Simonidem Elegum totidem*, Υ. Z. O. Θ. *Hæ auctore Evandro, ut quidam volunt, alii verò Hercule, in Italiam à Pelasgis allatæ sunt.* Quot verba, ferè tot errores. Quis enim unquam Ξ & Ω inter priscas literas posuit? Quis O ex antiquissimis esse non videt? Cætera omitto, quæ leviora sunt, etsi non minus erronea.

H prisci Græcorum alphabeti partem facere.

50. Itaque fixum immotumque sedeat sedecim primas Græcorum literas eas omnino fuisse, quas diximus. Quod enim H ex earum numero expungitur à Vossio Artis Gramm. lib. 1. cap. 16. atque Salmasio in Inscript. Herod. pag. 224. Id à nobis probari nequit.

Haud equidem inficiamur ex quorumdam veterum sententia H antiquitus non propriè literam fuisse, sed aspirationis notam. Verùm alios etiam novimus, & quidem non infimi nominis Grammaticos, qui τὸ H veram esse literam asseverare non dubitarunt. Velius Longus de Orthographia, pag. 2217. H *litera tanquam sonus magis sit, quam litera, & accidens literæ* . . . . . (Malè dissimulant editi lacunam hîc subesse.) *Et utuntur auctoritate Græcorum, apud quos ut supervacua sublata est. Fuisse tamen & apud illos manifestum est ex veteribus scriptis, & ex eo quod hodie, quum apud illos numeri prima semper litera nominis, quo significantur, notentur, ut* Δέκα Δ, πεντήκοντα Π, *sic* HEKATON H *notetur. Unde apparet hanc literam loco aspirationis non fuisse. Alioquin per* E *notaretur.* Sic enim & supplendum & emendandum esse illustrem hunc locum censemus, cui mirè concinit alius Scauri supra à nobis allatus, quum de Atticis numerorum notis ageremus.

Velius Longus restitutus.

Sed esto sit H tantùm aspirationis nota. Quid refert? An non apud Hebræos Grammaticos Aleph & Ajin pro aspirationum notis habentur? Quis eas tamen è XXII. Hebræorum literis esse neget? Quid multis opus est? Nonne apud Latinos, ut & apud nos quoque, H aspirationis vice fungitur? Hanc tamen tam nostri quàm Latini alphabeti partem facere vel pueri sciunt. Quid obstat igitur quominus huic eadem sors apud Græcos obtigerit?

Sed quare conjecturis immoramur, quum adsit luculentum hac de re Var-

ronis teſtimonium in excerptis Caſſiodori de Orthographia? Doctiſſimus enim Romanorum in libro, quem de Grammatica conſcripſit, etſi agnoſcat τὸ Η̃ non eſſe verè literam, Græco tamen alphabeto inſertum olim fuiſſe teſtatur his verbis: *Literarum partim ſunt, & dicuntur, ut* A *&* B. *partim dicuntur, & non ſunt, ut* H *&* X. *partim ſunt, neque dicuntur, ut* Φ, Ψ. Ergo licet H propriè litera non fuerit, nihilominus tamen literæ nomen huic adhæſiſſe conſtat. Quod ſufficit, ut eam inter antiquiſſimas ſedecim locum habuiſſe exiſtimemus.

Quid Cadmus in Græcorum alphabetum intulerit?

51. Hæ igitur fuere Græcorum literæ uſque ad id tempus, quo Cadmus è Phœnicia in Græciam appulit. Quin verò nova quædam intulerit in alphabetum, vix dubitari poſſe fatendum eſt. Non modò enim veterum ferè omnium conſenſu pro Græcorum elementorum inventore habitus eſt; ſed & ipſa elementa Cadmea vocata ſunt. Id autem abſque ullo prorſus Cadmi merito factum haud quaquam credibile eſt. Et ſanè aliquid ipſi debere Grammaticam ſatis patet. Quid verò, aut quantum, divinare non ita facile eſt. Sic enim, dum aliena atque immerita gloria Cadmus ab antiquis exornatus eſt, propriam ac verè ſibi debitam penè perdidit. Quam tamen ita tandem ipſi reſtituendam eſſe non levibus conjecturis arbitramur.

Tres literas addit Z, Θ, & Ξ.

52. Primò tribus literis Græcum alphabetum auxiſſe videtur. Nempe Z, Θ, & Ξ. Ut verò ita cenſeamus eo movemur, quòd tres iſtæ literæ, non nomine ſolùm, ſed & figura planè ſint Phœniciæ. De nomine nihil certius. Quæ enim elementa à priſcis Syris *Zetha* & *Theta* vocabantur, teſte Scaligero in Euſeb. pag. 103. 105. ea à Græcis Ζῆτα & Θῆτα nuncupata ſunt. Similiter pro *Schin* Phœnicum Græci dixerunt Ξῖ, uti quoque obſervavit Salmaſius de Helleniſtic. pag. 386.

Quod ad figuram verò attinet, etſi eam in literis tam à Cadmi poſteris, quàm ab Ionibus non parum immutatam prodiderit Herodotus lib. v. cap. 58. quis tamen in Samaritanis ⟨illegible⟩, & Græcorum ζ, Θ, & ξ non agnoſcit? Hujus enim poſtremæ literæ talem primitus fuiſſe figuram oſtendit Scalig. ibid. p. 107.

Quin etiam Z & Θ eundem apud Græcos locum in alphabeto retinuere, quem apud Phœnices habuerant. Verum eſt τὸ Ξ τῷ Semchat ſeu Samech ordinem obtinuiſſe. Quod tamen ideo factum probabile eſt, quia forſan ante Cadmi adventum apud imperitos Pelaſgos Σ τῷ *Schin* locum occuparat. Unde τῷ Ξ τῷ Samech aſſignata eſt ſedes, quum Cadmus jam receptum alphabetum conturbare vel nollet, vel non auderet.

Hoc autem poſito, cui potius quàm Cadmo abſcribantur hæ literæ non videmus. Non ignoramus tamen eas ſive Simonidi, ſive Palamedi, ſeu Cadmo Mileſio, ſeu etiam Epicharmo ab antiquis tribui. Verùm, etſi veterum hac de re diſcrepantia atque inconſtantia eorum ignorantiam non proderet, quis non videt harum literarum typum nomenque merè Phœnicium, Phœnicem potius, quàm Græcum auctorem indicare?

Cadmeum alphabetum, XIX literis conſtans.

53. Porro Græcorum alphabetum ſedecim primùm literis conflatum eſſe, poſtea tribus literis auctum, impleſſe numerum XIX. antequam ad XXIV. uſque literas creſceret, luculentum extat teſtimonium apud Joannem Tzetzem Chil. XII. v. 61. Quod quoniam ex antiquis ſcriptoribus videtur petitum, & habet ſingularia quædam, in ſequentibus laudanda, integrum proferam.

Τὰ δ' εἰκοσιπέντε γράμματα, ἃ φοινίκια
Ὁμοῦ συνηθροίσας τι, καὶ ἓν σῶμα φανέντα
Παρὰ Σαμίοις εὕρηκα πρῶτον ἀναγινώσκειν
Διὰ γραμματικοῦ τινὸς Ἑλλὴσιν Καλλιστράτου.
Τῶν συγγραμμάτων πρῶτοι μὲν ἐγένοντο ἓξ καὶ δέκα,
Εἶτα ἑπταχώδεκα τὰ σύμπαντα φοινίκια,
Καὶ καθεξῆς μέχρις αὐτῶν τῶν εἰκοσιπέντε.

Qui locus alphabeti Græci tres quaſi ætates optimè deſcribit, Pelaſgici ſcilicet, Cadmei, atque Ionici.

Et tribus arithmeticis notis

54. Sed, ut ad Cadmum revertar, non tres duntaxat literas addidiſſe eum apparet, ſed etiam alias inſuper tres, quibus Phœniciarum XXII. literarum complebatur numerus. Eæ fuerunt Wau, Tzade, & Koph, quæ à Græcis dictæ ſunt Βαῦ, Σαῖπι, & Κόππα. Nec eum ob finem admiſſæ fuere, ut ſcribendis Græcis vocibus inſervirent: quum ad id prorſus eſſent inutiles. Verùm ut Græci Phœnicia arithmetica poſſent uti, quæ non niſi XXII. literis peragebatur. Quamobrem tres iſtæ poſtremæ à Græcis non φοινίκια, ſed ἐπίσημα vocata ſunt. Hoc eſt, arithmeticæ notæ. Quin autem Græci alphabeti partem olim fecerint dubitare non ſinunt ea, quæ in hanc rem congeſſerunt Scaliger in Euſeb. pag. 105. & 108. itemque Voſſius Artis Grammat. lib. I. cap. 23. Cadmum verò earum auctorem

fuisse, etsi veterum nemo testetur, tamen res ipsa satis prodit. Quis enim neget eas esse puras putas Phœnicias? Ac, quum Phœniciæ sint, cui potius, quàm Cadmo adscribantur, quem non modò Phœnicem fuisse constat, sed etiam cui omnes ferè Græcas literas acceptas referunt?

Cadmei alphabeti cum Phœnicio collatio.

55. Dicendum est igitur Cadmi beneficio Græcum alphabetum instar Phœnicii XXII. characteribus constitisse. Ut autem Phœniciarum Græcarumque literarum comparatione res magis eluceſcat, utrumque Alphabetum hîc apponendum esse duxi.

SAMARITAN. ALPH. quod Phœnic. esse creditur. *ALPHABETUM CADMEUM.*

1.	א. Aleph.	A. Ἄλφα.
2.	ב. Beth.	B. Βῆτα.
3.	ג. Gamel.	Γ. Γάμμα.
4.	ד. Daleth.	Δ. Δέλτα.
5.	ה. He.	E. Εἶ.
6.	ו. Vau.	*Ϝ*. ϛ. Ἐπίσημον Βαῦ.
7.	ז. Zain.	Z. Ζῆτα.
8.	ח. Cheth.	H. Ἦτα.
9.	ט. Teth.	Θ. Θῆτα.
10.	י. Jud.	I. Ἰῶτα.
11.	כ. Caph.	K. Κάππα.
12.	ל. Lamed.	Λ. Λάμβδα.
13.	מ. Mim.	M. Μῦ.
14.	נ. Nun.	N. Νῦ.
15.	ס. Semechat	Ξ. Ξῖ.
16.	ע. Ain.	O. Οὖ.
17.	פ. Pe.	Π. Πῖ.
18.	צ. Tsade.	ϡ Ἐπίσημον Σάμπι.
19.	ק. Kuph.	ϙ. Ἐπίσημον Κόππα.
20.	ר. Risch.	P. Ῥῶ.
21.	ש. Schin.	Σ. Σῖγμα.
22.	ת. Tau.	T. Ταῦ.

De trium ἐπισήμων situ & figura.

56. Tale igitur Cadmeum alphabetum fuit. A quo antequam digrediamur, de trium ἐπισήμων situ ac figura quædam dicenda sunt. Ac primùm τὸ Βαῦ hoc typo, *Ϝ*, scripsimus, licet Jos. Scaliger in Euseb. pag. 103. 105. & 108. per F expresserit. Quem secuti sunt cum alii insignes viri, tum præcipuè Cl. Salmasius in Solin. edit. prioris pag. 892. & Guil. Beveregius Arithmetic. Chronol. lib. 1. pag. 214. Similiter τὸ Κόππα, quod per *Ϙ* repræsentarunt, nos per q effinximus. Quod eos non vidisse certè mirari subit, quum sine dubio viderint illustrem Marii Victorini locum, qui id disertè testatur Art. Grammat. lib. 1. pag. 2459. *Sed nec G quidem, nec Q, Latinus sermo introduxit. Ex quibus Q & fuisse apud Græcos, & quarè desierit fungi vice literæ cognoscere potestis, si Pontificum libros legeritis. Nunc enim apud Græcos juxta* Π *est posita. G autem* (sic lege pro, ϛ *autem*) *apud Græcos obtinet notam notam numeri sex, pro quo apud antiquos* C *poni solitum, ut pro agro Gabino*, Cabino: *pro Lege*, Lece, *&c.* Ergo per G non per F expressa fuit nota numeri VI. Quod etiam clarius, tradit idem Victorinus pag. 2468. F *verò*, *G*, *&* Q *in Græcis etiam literis fuisse, & nunc esse. Sed G numerum* VI. (sic lege pro, *numero* VI.) Q *nonaginta significare.* F *autem, &c.* Hæc adeo plana sunt atque aperta, ut sanè quid in contrariam partem possit cum ratione afferri non videamus.

Marius Victorinus emendatus.

Sed & alia ratione τὸ Βαῦ effigiem assequi facile est. Bridefertus enim Ramesiensis decimi sæculi scriptor non indoctus in Bedam de Indigitatione sic ait: *Episimon ideo sexto loco ponitur, quia formam semis habet, quod significat sex uncias.* Atqui ex Volusio Mœciano S litera notatur semis. Quantò magis autem ad hanc figuram accedat *Ϝ*, quàm F, palam est. Quod etiam in minutula ac practica numeri VI. nota, ϛ, magis apparet.

Inscriptio vetus emendata.

Unde patet errare Jos. Scaligerum in Euseb. pag. 105. qui in hac inscriptione, EIC TO L. KC, KAI KL, putat KC positum pro Kϛ. Nec enim unquam C litera pro numeri VI. nota fuit usurpata. Verius est igitur in Saxo sculptum fuisse K*Ϝ*, vel Kϛ. Quod exscriptor in KC facilè mutavit.

Quum autem talem figuram occupaverit ἐπίσημον Βαῦ, manifestum est aliam ϡ Κόππα fuisse. Qualis autem extiterit sic docet Hesychius: Κάππα, πρὸς δὲ τὸ ἐλάχιστον οὐκ ὢν γὰρ ᾠδῇ Καλλιμάχῳ γράφεται κόμπα τὸ αἰσχραμβὸν Ῥῶ ὡς ὁ μυκτηρισμός. Locum hunc in mendo cubare jam animadverterunt viri docti. Salmasius enim in Solin. pag. 892. ita hunc constituit: Κάππα, πρὸς δὲ τὸ ἐλάχιστον, οὐκ ὢν. Καὶ γὰρ ᾠδῇ Καλλιμάχῳ γράφεται Κόππα τὸ αἰσχραμβὸν Ῥῶ, ὡς ὁ μυκτηρισμός. At eruditissimus Rich. Bentleius in Callimachi Fragmenta pag. 418. hæc postrema sic legenda esse non ita pridem censuit: Τὸ αἰσχραμβὸν Ρ ϗ Σ χαρακτηρισμός. Bentlei ratio fuit, quod idem Hesychius alibi talem τῷ Κόππα figuram assignare videatur. Hæc illius verba, sunt:

sunt: Κοππατίαι, ἵππος κεχαυμένος, ἐστὶ τυπωμένον ἔχων σημεῖον τὸ Κόππα, ὃ ἔστιν ἀπεστραμμένον Ρ καὶ Σ.

Verùm vitiosum esse illud, καὶ Σ, jam notaverat Salmasius ibidem, atque etiam antea vir maximus Jos. Scaliger in Euseb. pag. 108. Et quidem meritò. Si enim τὸ Κόππα effigies habuit Ρ & Σ inversa in se confusa, videtur hæc illius species fuisse, Ϛ. Atque ita sanè efformant eam recentiores omnes. Sed, quum talis fuerit τὸ Βαῦ figura, uti supra demonstratum est, sequitur fieri non posse ut hic τὸ Κόππα quoque typus extiterit.

Deinde, si hæc nota, Ϛ, expressum fuit τὸ Κόππα, fateor me non videre quo pacto Q Latino assimilari potuerit. At simile tamen revera fuisse non modò supra laudata Marii Victorini testimonia evincunt, sed & aliud Quintiliani eò illustrius, quòd à nemine hactenus, ni fallor, aut in hanc rem prolatum, aut probè perceptum fuit. Quintilianus emendatus. Postquam enim præstantissimus rhetor Institut. lib. 1. cap. 4. quæsivit an aliquæ in alphabeto redundarent literæ, hæc addit: *Et ϗ, quæ & ipsa quorumdam nominum nota est. Et* Q, *cujus similis effectus specieſque, nisi quòd paulum à nobis obliquatur, Kappa apud Græcos: nunc tantùm in numero manet.* Satis mirari non possum effugisse Criticorum oculos hujus loci depravationem, quæ sanè evidentissima est. Quis enim unquam fando audivit τῷ Κόππα Latinum Q aut forma aut potestate fuisse simile? Quis ex hac litera paulum obliquata Q Romanorum posse effici? Monstra hæc igitur è disertissimi Auctoris scriptis tandem deturbanda sunt. Sic enim haud dubiè scripserat: *Et* Q, *cujus similis effectu specieque, nisi quòd paulum à nostris obliquatur, Koppa apud Græcos nunc tantùm in numero manet.*

Ut certissima est hæc emendatio, sic & maximi momenti ad eruendam τὴν Q & Κόππα effigiem. Si enim Q Latinum ex ϗ Koppa obliquato factum est, perspicuum est aliam τῷ Κόππα formam fuisse, quàm quæ vulgo ei adscribitur. Et sanè ex Ϛ inverso Q efformari potuit. Ex obliquato nequaquam. Cujus rei judices omnes facio quicumque oculos habent.

Nec minoris est ponderis alius Velii Longi locus libro de Orthographia, pag. 2218. Sic autem habet: *Ipsa quoque nota, qua scribitur* Q, *si modò antiquam literæ figuram spectas, ostendit* C *esse &* V *literas in se confusas.* Quæ enim, quæso, fuit hæc figura? Num Ϛ? Id equidem nemo sanus dixerit. Non sanè Salmasius, etsi talem τῷ Κόππα formam tribuat. Is enim in Solin. pag. 891. ex Velio Longo hanc τῷ Q antiquitus figuram fuisse tradit, qt. At sic tamen ineptissimè. Nam, si ita se res habuit, non una tantùm, sed duabus notis expressa fuit hæc litera. Quod nec à quoquam dictum, neque etiam verisimile est.

Ut igitur hæc omnia tandem concilientur, atque inter se cohæreant, dicendum est ex inverso Phœnicio Ρ Græcos fecisse suum Κόππα in hunc modum, q. Quod esse verè ἀπεστραμμένον Ρ cuivis obvium est. Ex eo autem efficta est minutula ejusdem ἐπισήμου nota, ϟ. Quæ ut ad praxim accommodatior, ita usitatior semper fuit. Quoniam verò illa non multùm abludit à figura Ϛ, inde factum ut apud Bedam, aliumque anonymum scriptorem Græcum, quorum hic à Salmasio, ille à Scaligero laudatur, facilè ϟ in Ϛ ab imperitis Librariis mutatum sit. Atque hinc etiam emendandus est Hesychius in Κοππατίαι, ubi pro, ὃ ἔστιν ἀπεστραμμένον Ρ & Σ, omnino legendum est: ὃ ἔστιν ὀπισθραμμένον Ρ, ἢ ϟ. Nec obest alius Hesychii locus, ubi τὸ Κόππα per conversum Ρ tantùm designat. Hic enim de majuscula duntaxat hujus numeri nota loquitur. Illic de utraque. Quam proclivis verò fuerit ὁ in καὶ, & ϟ in Σ mutatio sciunt, qui in veterum librorum tractatione versati sunt vel mediocriter.

Beda, Auctor incertus Græcus περὶ ψηφοφορίας ἐπιτόμων, atque Hesychius emendati.

Apud priscos autem Latinos q Græcum in hanc primùm evasisse figuram videtur, Q. Nempe τὸ q inferiore virgula paulisper obliquata, uti observavit Quintilianus. Et hoc est, quod tradidit Velius Longus antiquissimam τῷ Q effigiem C & V literas in se confusas ostendisse. Id enim nemo non animadvertit in Q figura Quæ tamen tractu temporis aliquantulum rotundata hodiernam speciem, Q, tandem aliquando adepta est.

Sic itaque veterum omnium de τὸ Κόππα & Q effigie testimonia in concordiam reduci posse arbitramur. In quorum numero quum recensuerimus illustrem Hesychii locum in Κάππα, obiter ille à gravi mendo liberandus est, atque pristino nitori restituendus. Quod enim Κάπτα pro Κάππα & Κόπτα pro Κόμπα reposuit Salmasius, bene est. Quod verò Bentleius scripsit, ἀπεστραμμένον Ρ καὶ Σ χαραχτηρισμὸς, pro ἀπεστραμμένον Ρ, ὡς ὁ μυκτηρισμὸς, non item. Jam enim docuimus illud, καὶ Σ, stare non posse. Deinde hanc vocem, χαραχτηρισμὸς, eodem sensu quo στοιχεῖον rectè usurpari vix credimus. Sed nec præcipuum hujus loci mendum à doctissimis viris animadversum fuit. Quid est enim quod ait Hesychius per Κάπτα significari τὸ ἐλάχιστον? Quis hanc vocem ita usurpavit unquam, aut exposuit? Quæ demum ratio esse potuit eam

Hesychius iterum emendatus.

in hunc ſenſum detorquendi? Quum Κόππα litera cæteris minor atque exilior non fuerit.

Ideo perſuaſum eſt nobis ita ſcripſiſſe Heſychium : Κόππα, τινὲς δὲ τὸ χάκιον· οὐκ εὖ γὰρ τοῦτο Καλλιμάχῳ γράφεται Κόππα (τὸ ἀντίγραμμον Ρ'ῶ) ὡς μυκτηρισμός. Vel potius : Κόππα, στοιχεῖον. Τινὲς δὲ τὸ χάκιον, &c. Hæc enim, τινὲς δὲ, aliquid præceſſiſſe ſatis oſtendunt. Quippe Heſychius omnes more ſuo τοῦ Κόππα ſignificationes expoſuit. Ac primùm hoc nomine unam ex literis appellari ait. Mox ſubjungit, irriſioni quoque hanc vocem inſervire, ac denotare aliquando quodcumque peſſimum eſt. Lapſum igitur eſſe Callimachum, qui Κόππα pro Κάππα ὡς μυκτηρισμὸν uſurpavit. Forſan quia ex iis fuit, qui Κάππα per Κόππα vitioſè enuntiabant. Euſtathius in Iliad. Κ. Τὸ Κάππα στοιχεῖον Κόππα τινὲς γλώσσαν ἐλέγετο. Quæ voces ne deinceps ob nominis ſimilitudinem confunderentur, addit Heſychius τοῦ Κόππα deſcriptionem.

Rectè hæc omnia. Etenim per Κόππα nunquam τὸ χάκιον deſignatum eſt. Per Κάππα ſæpiſſimè. Hinc vulgare adagium :

Καππαδόκες, Κᾶρες, Κίλικες, πρία Κάππα κάκιζα.

Cujus cavilli non ea ſolùm ratio fuit, quòd ab ea litera inciperent harum gentium nomina. Sed etiam quòd vocis Κακὸς Κ primum fuerit elementum. Quare ab eo bis occurrente in iſta voce, Κάππα διπλοῦν αἰτὶ τοῦ κακὸν jocularitèr quoque dixiſſe Græcos auctor eſt Suidas. Unde patet corruptiſſimum Heſychii locum ea, quam docuimus, ratione eſſe conſtituendum.

Et hæc de notarum arithmeticarum figura dicta ſufficiant. De typo enim τοῦ Σαμπὶ nulla eſt, quod ſciam, dubitatio. Illud ſolùm inter doctos controvertitur an ex hac nota Græcorum equi, Σαμφόραι dicti, nomen trahant. Quam in rem affertur inſignis Ariſtophanis Scholiaſtæ locus in Nubes pag. 123. Sed ita depravatus, ut nihil quicquam ſani ex eo elici queat. En locum integrum : Κοππαλίας ἵπποις ἐχάλων, οἷς ἐγκεχάραχτο τὸ Κ στοιχεῖον, ὡς Σαμφόραι τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ Σ. τὸ γὰρ Σ καὶ τὸ Ν χαρασσόμενον Σαὶ ἔλεγον. αἱ δὲ χαράξεις αὗται καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐπὶ τοῖς ἵπποις. συνεζευγμένω γὰρ τοῦ Κ καὶ Σ. τὸ σχῆμα τοῦ φ' ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι, ὃ παρηγέται τὸ Κ. καὶ τοῦτο γραμματικοῖς οὕτω διδάσκεται, καὶ καλεῖται Κόππα συνημμένον.

Ariſtophanis ſcholia emendantur.

Hunc locum expendens Joſ. Scaliger in Euſeb. pag. 108. pro Τὸ γὰρ Σ, καὶ τὸ Ν χαρασσόμενον, &c. repoſuit : Τὸ γὰρ C καὶ τὸ Π χαραττόμενον σαὶπι ἔλεγον. Cæteros errores intactos reliquit, non tam eos Librariis, quam ipſi Scholiorum auctori tribuens. At aliter ſentiens Salmaſius in Solin. pag. 892. totum hunc locum ita conſtituendum cenſuit : Κοππαλίας ἵπποις ἐχάλων, οἷς ἐγκεχάραχτο τὸ Ϛ σημεῖον, ὡς Σαμφόραι τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ C. τὸ γὰρ C καὶ τὸ Π χαρασσόμενον Σαὶ ἔλεγον. αἱ δὲ χαράξεις αὗται καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐπὶ τοῖς ἵπποις. συνεζευγμένω γὰρ τοῦ Π καὶ C τὸ σχῆμα τοῦ φ ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι, ὃ παρηγέται τὸ Ϛ &c.

Verùm multa hîc ſtare non poſſunt. Et leve quidem eſt, quòd Κόππα per Ϛ effinxerit Salmaſius. Sed, ſi Σαμφόραι equi à litera Σαὶ dicti ſunt, quo pacto verum eſſe poſſit hanc literam fuiſſe per C & Π effictam? Fatetur enim ipſe Salmaſius hujus literæ eandem effigiem fuiſſe, quæ Romani C. Sanè non alia litera fuit ab ea, quæ Σῖγμα etiam vocabatur. Sed hanc hoc nomine vocabant Iones, illo Dores. Herodotus lib. 1. cap. 139. Τ'αὐτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν σαὶ καλέουσι, Ἴωνες δὲ Σῖγμα. At ex nulla alia litera compoſitum fuit Σῖγμα, ergo nec Σαὶ Deinde, ſi C & Π literæ σαὶ typum effecerunt, quæ fuit, quæſo, inter hanc literam, & ἐπίσημον φ differentia? Illius enim notæ χῆμα literas Π & C confuſas præ ſe ferre agnoſcit quoque Salmaſius.

Hæc forſan induxerunt doctiſſimum Bentleium in Callimachi Fragmenta pag. 419. ut ſic Ariſtophanis Scholia emendaret: Τὸ γὰρ Σ σημεῖον χαρασσόμενον Σαὶ ἔλεγον. Cui emendationi fatendum eſt omnino favere Heſychium, Suidam, atque Euſtathium, qui una voce teſtantur Σαμφόρας equos à litera Σαὶ nomen habere.

Attamen à Σαὶπι deductum eſſe hoc nomen, ut ſummis viris Scaligero & Salmaſio, ita mihi quoque longè veriùs videtur. Quod, ut opinor, negabit nemo, ſi modò hanc vocem aure ſinceriore exploraverit. Sed, utcumque ſit, talem ſanè Græco Ariſtophanis enarratori mentem fuiſſe manifeſtiſſimum eſt. σημεῖον enim illud, à quo σαμφόραι dicti ſunt, poſt Κόππα locum in alphabeto obtinuiſſe teſtatur. Quod literæ σαὶ nullo mod congruit. Namque inter eam & Κόππα non ἐπίσημον σαὶπι ſolùm, ſed & Ρ'ῶ litera interjacent. Sic itaque locum hunc ſanandum eſſe arbitror : Κοππαλίας ἵπποις ἐχάλων, οἷς ἐγκεχάραχτο τὸ ϙ στοιχεῖον, ὡς σαμφόραι τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ Φ. τὸ γὰρ C καὶ τὸ Π χαρασσόμενον σαὶπι ἔλεγον. αἱ δὲ χαράξεις αὗται καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐπὶ τοῖς ἵπποις· συνεζευγμένω γὰρ τοῦ Π καὶ C, τὸ σχῆμα τοῦ Φ ἀριθμοῦ δύνα-

τοῦ τοιοῦτος, ὃ προσηγόρευται τὸ q, καὶ παρὰ γραμματικοῖς, &c. Ita enim levibus mutationibus planus fiet hic locus, qui fruſtra, ni fallor, doctiſſimorum virorum ingenia hactenus exercuit.

Quod verò ad trium ϛοιχείων ſitum attinet, de duobus tantùm ultimis controverſiam eſſe video. Nam τὸ Βαῦ inter E & Z locum obtinuiſſe omnes conſentiunt. Sed σαὶπι dicitur τὸ Κόππα ſedem occupaſſe, uti non ſolùm obſervavit Salmaſius in Solin. pag. 892. Sed etiam antea notaverat Scaliger in Euſeb. pag. 108. Quare hunc à Salmaſio reprehendi non oportuit, quòd in Græcorum alphabeto veteri τῷ Ϟ poſtpoſuerit τὸ Κόππα. Non enim id ignorantia aut errore fecit, ſed ne Phœnicii ac Græci alphabeti ſeries atque collatio turbaretur. Quod ego quoque in eadem comparatione, illius exemplo faciendum eſſe duxi.

Quin etiam, ut dicam quod ſentio, duarum iſtarum notarum perturbationem in alphabeto Cadmeo locum habuiſſe vix mihi perſuaſerim. Cadmum enim Phœnicem literarum Phœniciarum ordinem immutaſſe veriſimile non eſt. Ergo mutationem hanc non niſi ſubſequenti tempore accidiſſe arbitror. Quomodo autem contigerit aſſequi forſan poſſemus, ſi Græcorum numerorum rationem, uti à Cadmo inſtituta eſt, probè teneremus. Nec enim eadem eſſe potuit, quæ Ionum atque Græcorum recentium, qui novis literis Υ, Φ, Χ, Ψ, & Ω etiam in arithmeticis exercitationibus uſi ſunt. Si quidem Cadmea arithmetica Phœniciæ inſtar non XXVII. ſed XXII. tantum literis peragebatur. Ac proinde σαὶπι pro XC. forſitan, & Κόππα pro C apud Cadmeos, quemadmodum apud Phœnices, ſcribebatur. Utcumque ſit, quum primùm admiſſis quinque noviſſimis literis, numerorum quoque poteſtatem in quibuſdam, immutare fuerit neceſſe, tunc quoque Κόππα & σαὶπι notas ſuo loco motas eſſe probabile eſt. Saltem quid in tanta rei vetuſtate atque obſcuritate certius dici poſſit non video.

Joſ. Scaligeri, & Henric. Valeſii de Cadmearum literarum numero errores.

57. Illud ſolum præſtare auſim non XVI. ut plerique putant, ſed XXII. literis conſtitiſſe Cadmeum alphabetum. Quod quidem Joſ. Scaligero, licet parum ſibi conſtanti, quaſi per nebulam apparuiſſe videtur. Is enim in Euſeb. pag. 105 ſic ait: *Totum alphabetum Cadmeum, veterum Ionum, & Latinorum* XXII. *literis explicatum eſt. Ex quibus non omnes apud Ionas literarum vice fungebantur.* XVI. *enim tantùm ex illis in uſum ſcribendi aſſumptæ ſunt. Reliquæ vocatæ ſunt* ϛοιχεῖα. Sed quis hîc viri magni non miretur oſcitantiam? Si enim ex XXII. literis ſedecim tantùm literarum propriè vicem obtinuerunt, ſex in alphabeto ϛοιχεῖα extitiſſe omnino oportuit. Quod non ſolùm veritati, ſed & ipſi Scaligero repugnat. Ita enim loquitur ibidem, pag. 112. *Hactenus de literis Cadmeis, Ionum, & Græcis. Quæ omnes numero ſunt* XXVII. *ex quibus tres erant notæ numerorum, ſive ϛοιχεῖα. Reliquæ* XXIV. *verarum literarum vice funguntur:* XIX. *in alphabeto Cadmeo,* V. *autem extra alphabetum.* Ergo vel ipſo fatente Scaligero in alphabeto Cadmeo, præter tria ϛοιχεῖα, fuere XIX. veræ literæ. Ergo ex ipſius ore primum Græcorum alphabetum literis duntaxat XVI. conſtans Cadmeo vetuſtius eſt. Ac proinde vana ſunt, quæ Scaliger ibidem pag. 104. dixerat, ut Cadmo Græcarum literarum inventionem aſſereret.

Nec minor eſt doctiſſimi Henrici Valeſii ἀβλεψία. Is enim pag. 102. Obſervationum in Mauſſaci notas ad Harpocrationem, poſtquam veritatem penè attigiſſe viſus eſt, mox in manifeſtam repugnantiam delabitur. En ipſius verba: *Errant enim, qui* XVI. *duntaxat fuiſſe literas putant à Cadmo inventas.* (*Non enim confundenda ſunt* Καδμεῖα γράμματα *cum Atticis.*) *Fuerant enim minimum* XVIII. *quas Ariſtoteles apud Plinium memorat. Tzetzes in Chil.* XVI. *literas primò, deinde* XIX. *tum* XXIV. *factas ait.* XVI. *ſunt illæ Phœniciæ* XIX. *ſeu* XVIII. *Atticæ, addito* Z *&* Φ, *& ſi* XIX. *vis* H, *&c.* Quis hæc tanti viri verba niſi in opere poſthumo excuſare poſſit? Si enim non confundendæ ſunt Atticæ literæ cum Cadmeis, ſequitur Cadmeas non alias eſſe ab illis Phœniciis, quas ſedecim tantùm fuiſſe dicit. Ergo ſecum pugnat Valeſius dicens errare eos, qui XVI. duntaxat literas Cadmo adſcribant. De Atticis verò literis quod addit, falſiſſimum eſſe ex ſupra dictis ita, ni fallor, patet, ut reſponſione non egeat.

Cadmus novam arithmeticâ inducit.

58. Cur autem Græcum alphabetum iis notis auxerit Cadmus, quæ Græcis inutiles videbantur, in promptu cauſa eſt. Nempe ut Phœniciæ quoque arithmeticæ rationem introduceret, quæ totidem deſiderabat literas. Qua in re optimè certè de Græcis meritus eſt. Attici enim numeri & prolixiſſimi erant, & ad paulo intricatiorem operationem imparatiſſimi. Contra Phœnicii & compendioſi erant, & ad quamlibet computationem expediti. Hinc Phœnices perfectam numerorum peritiam ſupra cæteras omnes gentes aſſecuti eſſe dicti ſunt. Porphyrius in Vita Pythagoræ: Γεωμετρίας μὲν γὰρ ἐκ παλαιᾶς χειρὸς ϛοιχειωθείσης

Αἰγυπτίους. τὰ δ' περὶ ἀριθμοὺς καὶ λογισμοὺς Φοίνικας. Facilè igitur Græcis perſuaſerunt Cadmei, ut, exploſis priſcis atque importunis numeris, Phœnicios ſolos in uſu quotidiano uſurparent: ſerius tamen Atticis. Hi enim ut Cadmeam Grammaticam, ſic & arithmeticam omnium Græcorum ultimi admiſiſſe videntur. Imo eam in monumentis publicis nunquam adhibuere. Quod præter Oxonienſia marmora, aliaque plura Attica, quæ ſunt in omnium manibus, teſtatur etiam Herodianus Grammaticus.

Literis nomina imponit, & earum figuras paululum immutat.

59. Sed neque hîc Cadmus bene de Grammatica Græca merendi finem fecit. Nam & literis nomina impoſuiſſe dicitur, & earum figuras, ſi non effinxiſſe, ſaltem aliquantulum immutaſſe: Diodorus Siculus lib. III. Ἐπὶ δὲ Κάδμου κομίσαντος ἐκ Φοινίκης τὰ καλούμενα γράμματα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταθεῖναι διάλεκτον, καὶ τὰς προσῳδίας ἐκάστῳ τάξαι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας ἀλλοιῶσαι. Et libro v. ex Commentariis Cretenſium: Φασὶ τοὺς Φοίνικας οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὑρεῖν (ſcil. τὰ γράμματα) ἀλλὰ τοὺς τύπους τῶν γραμμάτων μεταθεῖναι μόνον. Et quidem; quod ad literarum nomina ſpectat, id veriſimillimum eſt. Si enim Cadmo antiquiora eſſent, quin ſimul cum ipſis literis ad Latinos tranſiiſſent, dubium non eſt. Atqui in literarum appellatione conſtat Latinos à Græcis plurimùm receſſiſſe. Nec ulla fides habenda eſt Salmaſio in Solin. pag. 892. affirmanti Latinos omnium quidem literarum nomina à Græcis mutuatos eſſe, ſed ea tantùm in pronuntiando dimidiata expreſſiſſe, uti *Be* pro Βῆτα. Quàm enim id falſum ſit manifeſtè oſtendunt A. C. F. G. H. I. L. P. S. &c. quarum literarum Latinis nominibus cum Græcis nihil omnino commune eſt.

Hinc Cadmus Græcarum literarum auctor dicitur

60. Quum igitur tot ac tantis beneficiis Cadmus Græcos devinxerit: eorum alphabetum ſex notis auxerit: Phœniciaſque omnes literas ad uſum vel ſcripturæ, vel novæ atque facillimæ arithmeticæ accommodarit: quum denique nomina literis imponendo Grammaticam in Græcia artem quodammodo condiderit, quid mirum ſi pro literarum auctore apud Græcos habitus fuerit, ac decantatus? Hinc non immeritò Φοινίκεια & Καδμεῖα elementa dicta ſunt, quæ antea Πελασγικὰ vocabantur. Hinc diſcipulorum favore, imo totius ferè Græciæ conſpiratione literarum ſervatoribus Pelaſgis debitus honos præreptus eſt, atque in unum Cadmum tranſlatus. Quid verò hac in re, ſicut in aliis, mendax potuerit Græcia, indicio eſt Palamedes, qui quum vix tres aut quatuor literas invenerit, ac forſan nullas, omnium utique inventor dictus eſt. Quod tum ex multis veterum teſtimoniis patet à G. J. Voſſio adductis Artis Grammat. lib. I. cap. 10. tum præterea ex Philoſtrato in Heroïcis.

Cadmeas literas admittunt aliæ Græciæ gentes, ac præcipuè Iones.

61. Reliquam Græcarum literarum hiſtoriam à Cadmo uſque ad Ionicam migrationem, quæ ſub Neleo Codri filio contigit, paucis complectitur Herodotus lib. v. cap. 58. Ait enim Cadmeis primùm literis eandem extitiſſe figuram, quæ Phœniciis. Mox Cadmi poſteros unà cum lingua, ſimul & τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων paululum immutaſſe. Quum verò ea tempeſtate Cadmeorum accolæ eſſent Iones, eos ab illis literas didiciſſe, & earum figuras etiam aliquantulum variaſſe. Quod patet accipiendum eſſe de iis Ionibus, qui Peloponneſum antiquitus incolebant, nec dum inde exceſſerant, ut in Aſiæ oram Coloniam ducerent. Itaque antiquiſſimorum Ionum literas non alias à Cadmeis fuiſſe certum eſt. Nec obeſt quod ait ibidem Herodotus Cadmeas literas magna ex parte conſimiles Ionicis fuiſſe. Unde colligit Salmaſius in Inſcript. Herod. pag 53. 54. non omnino etiam ſimiles extitiſſe. Herodoti enim verba de iis Ionum literis, quæ vigebant illius ætate, intelligi debere ita perſpicuum eſt, ut mirer id non vidiſſe Salmaſium.

De novo Ionum alphabeto, quod XXIV. literis conſtitit, & tribus σημείοις.

62. Novum autem iſtud Ionum alphabetum in confeſſo eſt, præter tria arithmetica σημεῖα, his explicatum fuiſſe XXIV. literis: A. B. Γ. Δ. E. Z. H. Θ. I. K. Λ. M. N. Ξ. O. Π. P. Σ. T. Υ. Φ. X. Ψ. Ω. Harum quinque poſtremæ omnium quoque recentiſſimæ ſunt. His addenda eſt H. Non quòd novum ſit hoc σημεῖον. Imo antiquiſſimum eſſe in ſuperioribus notavimus. Sed quòd poteſtas illius fuerit penitus immutata. Quum enim antea aſpirationis tantùm vice fungeretur, pro vera deinceps litera, nempe pro E longo, uſurpata eſt. Idque à Simonide factum omnes conſentiunt, ut & ab eodem Ω pro O longo introductum. De aliarum quatuor, Υ, Φ, X, Ψ, literarum repertoribus adeò variè atque incertè loquuntur Græci, ut qui rei veritatem inveſtigat, næ ille certam temporis jacturam faciat.

Nova inde arithmetica conſtituitur.

63. Illud non omittendum eſt, huic noviſſimæ quinque literarum acceſſioni noviſſimam quoque deberi Græcæ arithmeticæ rationem. Dum enim certus inter numeros locus unicuique novarum literarum aſſignatus eſt, priſcos ferè omnes numeros turbari oportuit, ac priſtinum valorem amittere. Hinc haud dubiè natæ illæ, quas ſupra memoravimus, circa numeralia Ϛ' σημεῖα

σημα mutationes. Atque inde etiam ea, quæ Phœniciam inter & Græcam arithmeticam obſervatur hodie diſcrepantia. Quum illa XXII. tantùm notis, hæc verò non niſi XXVII. abſolvatur.

Quare novum iſtud alphabetum Ionicum fuerit appellatum

64. Quare autem novum iſtud alphabetum à Græcis Ionicum fuerit nuncupatum, meritò à doctis quæritur. Nec enim Ionici generis fuere Palamedes, vel Simonides, aut Epicharmus, quibus nova iſta elementa Græci plerumque accepta referunt. Cadmus autem Mileſius non ullarum literarum, ut placet Tzetzi, ſed Proſæ orationis atque etiam Hiſtoriæ conditor fuit, uti prodidit Plinius Hiſt. Nat. lib. v. cap. 29. & lib. VII. cap. 56. Quod Tzetzem videtur in errorem induxiſſe. Quamobrem libenter accedimus Salmaſio ac Voſſio, quorum ille in Inſcript. Herod. pag. 228. & ſequ. Hic verò Artis Grammat. lib. I. cap. 30. non vana conjectura autumant in unum collectis à Calliſtrato quodam Samio, cujus ætas ignoratur, tam priſcis quàm additiis literis, ab illo, ut pote Ione, literas Ionicas eſſe appellatas.

Ab omnibus Græcis admittitur.

65. Quo verò tempore, aut qua ratione apud cæteras Græciæ gentes in uſu eſſe cœperit hoc alphabetum, fateor me juxtà cum ignariſſimis ſcire. Hoc unum ſcio temporis progreſſu ab omnibus tandem Græcis admiſſum illud fuiſſe. Et hoc eſt, quod ait Plinius Hiſt. Nat. lib. VII. cap. 57. *Gentium conſenſus tacitus primus omnium conſpiravit, ut Ionum literis uterentur.* Per gentes enim, quæ Ionico alphabeto uſæ ſunt, Græcos ſolos intelligi patet, non omnes orbis populos, uti viſum eſt Joſ. Scaligero in Euſeb. pag. 104. Quod ſanè tanto viro excidiſſe nollem.

Quando illud receperint Athenienſes?

66. Ab Athenienſibus tamen conſtat ſerò admodum receptas fuiſſe Ionum literas. Id enim non niſi Archonte Athenis Euclide contigit, Archinoi, ſeu potius Archini cujuſdam perſuaſione, Olympiad. XCIV. ann. II. Quod ex Suida, Apoſtolio, Scholiaſte Euripidis, aliiſque jam olim docuerunt Cl. Salmaſius in Inſcript. Herod. pag. 231. & ſeq. Joan. Meurſius de Archont. Athen. lib. III. cap. 4. G. J. Voſſius Artis Grammat. lib. I. cap. 30. Et Henr. Valeſius Animadverſ. in Mauſſaci notas ad Harpocrat. pag. 101. 102. Quorum accuratis hac de re diſquiſitionibus nihil nobis addendum ſupereſt.

Suidas & Apoſtolius emendantur.

Hoc ſolùm obſervabimus ab ipſis laudatos Suidæ & Apoſtolii locos in Σαμίων ὁ δῆμος non omnino videri eorum opera ſuo nitori reſtitutos. Ait enim Suidas ab Ariſtophane fabulam, quæ Βαβυλώνιοι inſcripta eſt, editam fuiſſe ſub Eucle Archonte annis XXI. ante illum Euclidem, qui Ionicas literas Athenis admiſit. Τὰς δ' Βαβυλωνίους ἐδίδαξε Δεξ' Καλλιστράτου Ἀμψφαίης ἐπὶ τοῦ τὸν Εὐκλείδου καὶ ὅτι Εὐκλείους. Hæc legens Salmaſius, ignoranſque Archontem ullum Εὐκλείους nomine fuiſſe, huic Stratoclem ſubſtituere non dubitavit, qui XXII. annis ante Euclidem magiſtratum geſſit. Unde ſic apud Suidam repoſuit: ἐπὶ τοῦ τὸν Εὐκλείδου, κβ'. ὅτι Στρατοκλείους. Quin & aliam paulo poſt ejuſdem loci excogitavit emendationem, ſed non minus à vero alienam. Fuit enim verè Archon Euclees quidam Olympiadis LXXXVIII. anno II. ac proinde ante Euclidem annis XXV. uti probavit Meurſius de Archont. Athen. lib. III. cap. 4. Ergo apud Suidam ita haud dubiè legendum eſt: ἐπὶ τοῦ τὸν Εὐκλείδου κε' ὅτι Εὐκλείους.

Inquinatior etiam eſt Apoſtolii locus. Sic enim habet: Τοὺς δ' Βαβυλωνίους ἐδίδαξε Δεξ' Καλλιστράτου Ἀμψφαίης ἐπὶ τοῦ τὸν Εὐκλείδου καὶ Ἐπικλείους κ'... Meurſius ex Suida ſcribit: ἐπὶ τοῦ τὸν Εὐκλείδου κα' ὅτι Εὐκλείους. Sed neque ſic omni ex parte vulnus ſanat. Ita enim certiſſimè reponendum: κε' ὅτι Εὐκλείους, vel ἐπ' Εὐκλείους.

Quod autem diximus Athenienſes ſub Archonte Euclide Ionicas literas primùm uſurpaſſe, id de publicis ſolùm monumentis intelligendum eſt. Jam enim antea has literas Athenis in privatum uſum fuiſſe receptas, & à Grammaticis expoſitas optimè obſervavit Henricus Valeſius. Idque indicat apud Athenæum lib. X. cap. 20. Callias Athenienſis Comicus Strattide, Euripide, atque Sophocle antiquior, in fabula quadam diſſerens de XXIV. Ionum literis tanquam uſu quotidiano receptis apud ſuos. Unde apparet nullam fidem habendam eſſe Græco Euripidis enarratori, dum ait in Phœniſſ. v. 688. ante Euclidis magiſtratum nullo prorſus modo Athenis in uſu fuiſſe Ionicum alphabetum.

De priſca Græcarum literarum figura.

67. Poſtquam de literarum Græcarum ortu ac progreſſu diximus, deceret nos & de antiquiſſima earum figura aliquid addere. Verùm ea de re nihil niſi incertiſſimum proferri poteſt. Illud duntaxat liquet eas priſcis Phœniciis, ſed converſis tamen, ſimiles fuiſſe. Quæ autem priſcæ Phœniciæ revera fuerint hactenus ambigitur. Joſ. Scaliger in Euſeb. pag. 103. aliique multi eum ſecuti eas ipſas eſſe affirmant, quæ apud Samaritanos viguere. At Steph. Morinus de lingua Primæv. Exercitat. II. cap. 5. & ſequ. ita oſtendit hanc opinionem nulla certa ratione niti, ut ab ea non omnino temerè receſſiſſe videatur.

Sanè, ſi de priſcis Phœnicum elementis ex Græcis conjecturam facere licet, quædam Græca ſunt, quæ ad Hebræa magis quàm ad Samaritana accedere negari nequit. Ea ſunt Z. I. L. Γ.

Ne quis autem his annumerari miretur L literæ figuram, ſciendum eſt talem antiquitus τῦ Ν̃ typum fuiſſe. Priſcianus lib. 1. cap. de Numero literarum : *Solebant enim vetuſtiſſimi Græcorum* L *pro* N *ſcribere. Unde quinquaginta quoque numeri ſignum, quod illi per* N *ſcribunt, nos per* L *more illorum antiquiſſimo ſcribimus.* Idem libro de figuris numerorum : *Quinquaginta notant per* L, *quia apud antiquos Græcos* L *pro* N, *quæ nota eſt quinquaginta, notabant teſte Apolloniде & Tarrhæo.*

E diverſo cæteras omnes Græcorum literas Samaritanis longè ſimiliores eſſe, quàm Hebræis, nemo æquus inficiabitur, quidquid in harum collatione dicat eruditiſſimus Morinus ibid. cap. 10. Quem tamen prætereundum non eſt per oſcitantiam inſignem literas quaſdam inter ſe contuliſſe, quæ nihil uſquam commune habuerunt. Sic Wau Phœnicium cum Υ Græco, & Koph cum X comparavit. Quo facto nihil abſurdius excogitari potuit.

Sed, ut unde divertimus revertamur, fruſtra ſunt ii omnes, qui ex hodiernis Græcarum literarum figuris de antiquiſſimis Græcis, aut etiam Phœniciis, judicari poſſe putant. Primitivum enim Cadmearum literarum ῥυθμὸν ab ipſis Cadmeis primùm, mox ab Ionibus etiam immutatum fuiſſe jam ſupra ex Herodoto oſtendimus. Quibus mutationibus quanta temporis progreſſu acceſſio facta ſit, res ipſa ſatis prodit.

Nec obeſt quod ait Herodotus lib v. cap. 59. Cadmea elementa Ionicis magna ex parte ſimilia fuiſſe. Τὰ πολλὰ ὁμοῖα ἐστὶ τοῖσι Φοινικηΐοισι. Id enim eo ſenſu dictum cenſeri debet, quo à nobis quoque dicitur veteres Græcorum literas magna ex parte converſis Samaritanis ſimiles eſſe. Licet ab earum figura non parum deſciverint. Sic etiam dixit Quintilianus inſtit. lib. 1. cap. 7. vetuſtiſſimis Romanis alias literarum formas fuiſſe, etſi revera eædem fuerint, ſed paululum immutatæ.

Equidem, ſi antiquiſſimæ inſcriptiones, quas à ſe viſas affert ibi Herodotus, iis characteribus fuerunt exaratæ, qui ab Ionicis parum differrent, non video quare alia inſcriptio iiſdem literis atque eodem ævo ſcripta ab Ænianibus haud quaquam legi potuerit. Cujus rei memoriam cum ipſa inſcriptione ſervavit Ariſtoteles in libro Περὶ θαυμασ. ἀκουσμάτων. Hinc enim perſpicuum eſt non niſi ab earum rerum peritis, & quidem ſeriò incumbentibus, percipi potuiſſe hanc ſimilitudinem. Atque inde etiam apparet fruſtra ſummos viros Joſ. Scaligerum in Euſeb. pag. 113. & ab eo in quibuſdam diſcrepantem Cl. Salmaſium in Inſcript. Herod. pag. 54. conatos eſſe inſcriptionum ab Herodoto laudatarum ſcripturam nobis repræſentare, maximè quum ambo eas Artica potius quam Cadmea ſcribendi norma exaraverint. Quem errorem in ſuperioribus exagitavimus.

68. Itaque, ut quæ huic diſputationi locum dedere ſummatim complectamur, pro certo ac definito tenendum putamus, non ſolùm ante Cadmi tempora, ſed etiam ante diluvium Deucalioneum priſcis Pelaſgis XVI. literas fuiſſe quas poſtea in Latium intulere. Eaſdem ab Atticis, qui & Pelaſgi fuerunt, uſque ad Olympiadis XCIV. annum II. inviolatè ſervatas eſſe. Utique Cadmum Phœnicem Græcum alphabetum ſex notis auxiſſe. Nempe tribus literis, ac totidem arithmeticis Ἐπισήμοις, ita ut σημεῖα XXII. fierent. Denique alias quinque literas à Grammaticis additas eſſe, quibus Græcum alphabetum literis XXIV. præter arithmeticas notas tres, completum eſt. Et hæc habuimus, quæ de priſcis Græcorum atque Latinorum literis, pleraque nova & à receptis ſententiis aliena diceremus. Concluſio.

FINIS.